que huic curie inutiliter adjacebat, partem aput ipſum inperatorem obtinuit, et ex hiis conjunctis quatuor areas ad utilitatem eccleſie noſtre tam ex gratia inperatoris quam ex noſtro conſenſu conſtituit, ſingulas areas duos ſolidos eccleſie noſtre in perpetuum perſolventes. Nos autem ad peticionem et ad inſtantiam predicti confratris et concanonici noſtri easdem areas Wenniken matrone et ſuis heredibus in perpetuum conceſſimus habendas, ita tamen ut cenſum inde ſupradictum eccleſie noſtre perſolvant. Et ne hujus rei aliqua poſſit haberi ambiguitas aut contradictio in poſterum, hanc cartam inde conſcriptam ſigillo capituli noſtri confirmari fecimus et conmuniri. Hujus rei teſtes ſunt Herwicus decanus, Ludolfus cuſtos, Johannes ſcolaſticus, Johannes de Brunesroth, Anno de Urithe, Thidericus, Johannes, Hildebrandus vicedominus, Henricus, Henricus, Ůlricus, Blatwinus, Johannes, Rotholfus, Blatwinus, Florinus. laici Guncelinus inperialis aule dapifer, Hinricus dapifer, Milo, Blattram, Rotgerus, Sifridus et alii quam plures burgenſes. Acta ſunt iſta jure civili anno dominice incarnationis m° cc° xvj, indicione iiij, v id. Martii.

1216 Dec. 14 Braunſchweig. Kaiſer Otto beſtätigt mit Zuſtimmung ſeines Getreuen Bernhard v. Dorſtadt das Aegidienkloſter im Beſitze von neun Hufen in Limbeck (Limbech). Acta ſunt hec anno incarnacionis dominice m° cc° xvj°, anno regni noſtri xix°, imperii vero ſeptimo. datum Bruneswic nonodecimo kal. Januarii, indictione tercia. [45

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt bei Rethmeier, Kirchen-Hiſt. 1, Beil. S. 35 und im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 62.

(1218?) Probſt Otto von Schöningen bekundet, daß Vogt Balduin v. Dahlum von ſeinem Kloſter mit Zuſtimmung der Vögte deſſelben eine Hufe bei Dahlum (prope Dalem) *für 9 Pfund gekauft und zum Heil ſeiner Seele der Kirche St Petri zu Schlieſtedterburg* (Sliſtedeborch) *gewidmet hat. Zeugen* Johannes prior, Fridericus cuſtos, Bruno, Tidericus. de familia advocati Jordanis presbiter, Conradus de Sliſtede, Arnoldus de Szillinge, Heinricus de Dalem, Bernardus de Berclinge. [46

Original zu Wolfenbüttel.

(Um 1219?) Vogt Balduin v. Dahlum, Truchſeß Gunzelin v. Wolfenbüttel und deſſen Sohn Ekbert bekunden den gütlichen Vergleich des Kloſters Riddagshauſen mit Herrn Albert v. Ahlum (de Adenem) *über deſſen Güter in Maſcherode* (Marſceroth). [47

Original zu Wolfenbüttel, die beiden Siegel an rothen Zwirnſträngen, dasjenige Vogt Balduins (ſ. No 54) ſtark beſchädigt. Gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 71. — Vgl. ebend. S. 72.

(1219?) Cäſarius v. Halberſtadt genehmigt an ſeinem Theile den zwiſchen dem Kloſter Riddagshauſen und Herrn Albert v. Ahlum (de Adenem) *vollzogenen Tauſch gewiſſer Güter in Maſcherode* (Marſkeroth). *Erſter Zeuge* Baldewinus advocatus de Dalem. [48

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. I, S. 73, bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt I, S. 457 und im Urk.-B. des Geſchl. v. Blankenburg-Campe I, S. 101.

(1219?) Pfalzgraf Heinrich überträgt dem Kloſter Riddagshauſen den Patronat der Kirche in Maſcherode (Marſceroth). *Unter den Zeugen* Godefridus advocatus. [49

Original zu Wolfenbüttel.

1219. Biſchof Friderich von Halberſtadt überläßt dem Kloſter Riddagshauſen tauſchweiſe gegen ſechzehn Hufen in Ohrum, Bungenſtedt und Halchter (Orem, Bungenſtide, Halctere) *die Stiftsgüter ſammt der Kirche und der Vogtei zu Maſcherode* (Maſkerot), *die von ihm die drei Söhne Graf Elgers v. Hohnſtein, von dieſen Cäſarius v. Halberſtadt, von letzterm Albert v. Ahlum* (de Adenem), *ein Dienſtmann der halberſtädter Kirche, zu Lehn trugen, und beſtätigt ferner dem Kloſter auch die von Kaiſer Otten gekauften ſechs Hufen daſelbſt. Unter den Zeugen* Baldwinus advocatus de Dalheim. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis m° cc° xix°, indictione vij. datum Halberſtat . . . [50

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt in den Orig. Guelf. III, S. 770 und bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt II, S. 454.

(1220—1240.) Zehntgut des Edeln Luthard v. Meinerſen am Richenberge bei Braunſchweig. Hec ſunt bona domini Luttardi de Meinerſem, que habent milites ab eo in beneficio . . . Pueri de Wolcmerrode . . decimam Richenberge prope Bruneswik. [51

Aus dem bei Sudendorf, Urk.-B. I, S. 7 abgedruckten Lehnsregiſter, Eintrag erſter Hand, die nach Sudendorfs Annahme während der angegebenen Zeit ſchrieb.

(1220.) Gunzelin v. Kroſigk (de Crozuc) *an Biſchof Friderich von Halberſtadt: willigt in den zwiſchen dem Kloſter Riddagshauſen und Vogt Balduin v. Dahlum* (de Dalheim) *vollzogenen Tauſch des Zehnts zu Rautheim* (Rotne), *den er, Gunzelin, von dem Biſchof, Balduin von ihm zu Lehen trug, und wogegen der letztere dem Biſchof funfzehn Hufen von ſeinem Eigengute zu Oſchersleben, Wackersleben, Wobeck, Luklum, Sickte, Berklingen und Beier-*

ſtedt (Hotſkensleve, Wackersleve, Wobike, Luckenem, Scichte, Berclinge, Beiierſtide) *aufgetragen hat.* [52

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel fehlt: gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt 1, S. 471.

1220 Halberſtadt. Biſchof Friderich von Halberſtadt eignet dem Kloſter Riddagshauſen den Zehnt zu Rautheim (Rotne), *den Vogt Balduin v. Dahlum* (Dalhem) *nach Wiederkauf von Gunzelin v. Kroſigk* (redemptam a Guncelino de Crozuc) *von ihm zu Lehn getragen und ihm aufgelaſſen hat. Zum Entgelt hat er Balduin hinwider mit den Gütern zu Baders- und Groß-Oſchersleben* (in Badesleve, majori Hoſkensleve) *belehnt, die das Kloſter ihm tauſchweis überlaſſen.* Acta anno dominice incarnationis m cc xx, indictione octava. datum Halverſtat conſecracionis noſtre anno decimo. [53

Aus dem Riddagshäuſer Copialbuch zu Wolfenbüttel gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt 1, S. 469.

(1220?) Vogt Balduin v. Dahlum (de Daleim) *bekundet, daß vor ihm in ſeinem Hauſe zu Dahlum ſein Eigenmann Thietmar v. Alversdorf* (de Algothesthorpe) *dem Kloſter Riddagshauſen ſein Meierrecht an deſſen drei Hufen dort, von denen er fünf Scheffel Roggen und vier Scheffel Weizen zinſte, für 10 Pfund aufgelaſſen hat.* Erant eciam preſentes huic facto Heinricus de Wenethen filius fratris mei, Johannes filius meus, Arnoldus de Szillinge, Heinricus Junchvrowe, Conradus de Slizſtede, Conradus Rex junior, Alexander de Rothne, Ludolfus de Adenem et alii plures de familia noſtra. [54

Original zu Wolfenbüttel, das Herzſiegel an weißrothem Seidenſtrange zeigt im Schilde die zwei Schrägbalken des Wappens derer v. Wenden und die Umſchrift: SIGILLUM· BALD. . NI· ADVOCA . .

1220 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich bekundet, daß der Edle Bernhard v. Dorſtadt dem Aegidienkloſter für 89 Mark neun Hufen zu Limbeck (Lenbeke) *verkauft und in ſeiner, des Pfalzgrafen, Gegenwart Kaiſer Otten aufgelaſſen hat.* Facta eſt hec confirmatio Bruneswic anno dominice incarnationis m° cc° xx°, indictione vij^a^, concurrente iij^a^. [55

Original zu Wolfenbüttel. — Vgl. No 45.

1220 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich ſchenkt mit Zuſtimmung des Capitels zu St Blaſien zu ſeinem, ſeines Bruders Kaiſer Ottens und deſſen Gemahlin Seelenheil ſein Erbe im

Dorfe Börſſum (Borsne) *und den dortigen Patronat dem Kloſter Wöltingerode, wogegen ihm dieſes ſeine Rechte in der Holzmark Stöckheim* (Stockem), *ſowie das* hachtworde *genannte Recht und die Nutzung von vierzehn Hufen zu Dudingerode* (Dudincrode) *überläßt. Unter den Zeugen* Giſilbertus advocatus et frater ejus prepoſitus ſancti Ciriaci. Acta ſunt Brunswic anno dominice incarnacionis m cc xx, indictione vij, in eccleſia ſancti Blaſii. [56

Original zu Hannover.

1222. Pfalzgraf Heinrich eignet dem Kloſter Riddagshauſen drei Hufen zu Hedeper (Hathebere), *die ſein Marſchalk Willekin dem Kloſter verkauft, ſowie eine Hufe zu Offleben* (Offenleve), *die ihm Vogt Balduin aufgelaſſen hat.* Acta ſunt hec anno dominice incarnationis m° cc°xxij°, indictione x. [57

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt in den Orig. Guelf. III, S. 692.

1222 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich bewidmet den auf ſeinen Befehl zu Behuf täglicher Seelmeſſen für all ſeine Vorfahren und Nachfolger inmitten der Kirche St Blaſien errichteten Bartholomäusaltar mit viertehalb Hufen zu Supplingen (Suplinge), *die er von deren Lehnsträger, dem Grafen Sigfrid von Blankenburg, wiedergekauft hat. Unter den Zeugen* Baldewinus de Dalem et Baldewinus juvenis advocatus. Acta ſunt hec Bruneswic anno verbi incarnati milleſimo ducenteſimo vigeſimo ij°, indictione vij. [58

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt in den Orig. Guelf. III, S. 693.

1223. Pfalzgraf Heinrich, kaiſerlicher Legat, erneuert das alte Statut des von ſeiner Mutter Mechtild inmitten des Chores zu St Blaſien gegründeten Marienaltars. Unter den Zeugen Godefridus advocatus. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis milleſimo, ducenteſimo viceſimo iij°. [59

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt in den Orig. Guelf. III, S. 676.

1223 Juli Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich ſetzt ſeinen Neffen, Herzog Otten von Lüneburg, zum Erben der Herrſchaft Braunſchweig und ſeiner Lehen. [60

Das Original im welfiſchen Geſammtarchive zu Wolfenbüttel, wonach Scheid laut ſeiner Angabe dieſe Urkunde in den Orig. Guelf. IV, S. 98 hat drucken laſſen, iſt jetzt weder dort noch in Hannover zu finden. Verwandtſchaft mit der in einem Copialbuche des XIV Jahrh. zu Hannover enthaltenen Abſchrift (H) zeigt der Ab-

druck bei Rehtmeier, Chron. S. 1824 (R); die Vorlagen der Abdrücke bei Pratje, Die Herzogthümer Bremen und Verden IV, S. 106 (P) und bei Erath, Cod. dipl. Quedlinburg. S 141 (E) laſſen ſich nicht beſtimmen, ihre Abweichungen geben ſich theilweis als Flüchtigkeitsfehler zu erkennen.

HEnricus Dei gracia dux Saxonie, comes palatinus Rheni, omnibus in perpetuum. Si juxta potiſſimum domini mandatum amor proximorum mutuo inter ſe precipitur obſervari, multo magis inter affines ratione humani affectus pariter et nature amor et dilectio eſt tenenda. ſed mortua eſt dilectio, niſi amicitie et dilectionis exhibitio ſubſequatur. Notum igitur facimus tam preſentibus quam poſteris univerſis, quod nos poſt multa obſequia, expenſas et labores, quos kariſſimus nepos noſter Otto, dux de Luneborch, propter nos pertulit inceſſanter, ei dilectionem debitam non immerito duximus exhibere et communicato fidelium noſtrorum conſilio ipſi tanquam heredi noſtro et legitimo ſucceſſori cupheo noſtro a capite dempto porreximus et in proprium dedimus Brunswich civitatem cum univerſis miniſterialibus et cum omnibus caſtris et bonis pertinentibus ad eandem. Aſſignavimus quoque et dedimus ei omnem hereditatem et proprietatem noſtram tam in aliis civitatibus quam in caſtris et villis, liberis ſeu porrectis, rogantes univerſos miniſteriales noſtros et monentes eos per eam, qua nobis et noſtris progenitoribus tenentur, fidem et dilectionem, ſimiliter burgenſes et ruricolas noſtros, ut fideliter ei ſerviant et tanquam ſuo legitimo domino ſint ſubjecti, quando perceperint, nos obiiſſe. Pheoda etiam noſtra ipſum de manu noſtra recognoſcimus accepiſſe, que tenemus ab eccleſia Bremenſe, Verdenſe, Mindenſe, Magdeburgenſe, Halberſtadenſe, Hildenſemenſe, Werdinenſe, Quedelingeburgenſe, Gandershemenſe et Corbeyenſe, et ſupplicamus omnibus dictarum eccleſiarum dominis noſtris, ut ei favorabiliter porrigant pheoda noſtra, ad honores et profectus ipſum ſollicite promoventes. Sane ut hoc factum noſtrum perpetuo maneat inconvulſum, ſigilli noſtri munimine ſcriptum iſtud fecimus roborari. Actum eſt hoc in palatio noſtro Brunsvic anno dominice incarnationis mccxxiij in menſe Julio, preſentibus noſtris fidelibus Jordane dapifero, Willekino marſcalco, Juſario pincerna, Baldowino de Runinge, Bernhardo de Dorſtad, Bertrammo de Velthem ſeniore et juniore, Ludolfo de Honlage, Ludolfo et Frederico de Bortvelde, Ludolfo de Rotthorp, Widekindo de Derſem, Johanne notario, Gevehardo et Gerardo de Holland, Herewico de Schowen, Johanne Criſpo, Baldewino de Volcmerodhe, Henrico filio Alexandri de Werden et pluribus aliis fidelibus noſtris.

12 propriam *R*   13 omnem et *P*   15 quam *HR*   17 obiiſſe *P*   20 Corbagenſe *HR*   22 inconvolſum *H*   25 mareſcalco *P*   Juſario] Infario *P*   Baldouino *E*   Dorſtadt *P*   Bertramo *E*   26 Friderico *P*   27 Rotthorpe *P*   Deſſem *P*   Geverhardo *P*   Gerhardo *E*   28 Schowe *Scheid* u. *H*   Schove *R*   Schoven *P*   Baldeuino *E*   Volcmerodhe *H*   Volmerode *Scheid*   Wolmerode *R*   et Henrico *HRPE*

1224 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich nimmt das mit Almoſen gegründete Johannisſpital in Schutz und Schirm. [61

Nach dem vormals in der Diakonatsbibliothek zu Eſchershauſen befindlichen, jetzt verſchollenen Originale gedruckt in den Gelehrten Beyträgen zu den Braunſchw. Anzeigen 1774, S. 353.

IN nomine ſancte et individue trinitatis H. Dei gracia dux Saxonie et comes palatinus Rheni univerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem in domino. Si ſacra loca divino cultui mancipata non ſolum elemoſinis dotare, verum eciam noſtre poteſtatis munimine defenſare ſtatuerimus, certorum ex ſanctorum patrum teſtimoniis certum habemus, quod ipſo largiente, qui bonorum omnium largitor eſt fideliſſimus, pro terrenis celeſtia et pro temporalibus recipiemus eterna. Hac igitur certitudine inducti, veſtigia noſtrorum anteceſſorum fideliter proſequentes notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus preſentibus et futuris, quod ad laudem et gloriam conditoris omnium ac benigniſſime genitricis perpetue virginis ſanctique Johannis baptiſte, ob ſpem quoque peccatorum noſtrorum domum hoſpitalis, que in civitate noſtra Bruneswik ab elemoſinis fidelium ad honorem Dei et in ſubſidium pauperum fundata eſt et conſtructa, in noſtram ſuscepimus protectionem, ad firmam defenſionem eadem libertate eam munientes, qua univerſe domus eiusdem ordinis ex donacione regum ac principum munite ſubſiſtunt, firmiter ac diſtricte prohibentes, ne quisquam in noſtra poteſtate conſtitutus eam gravare aut quomodo moleſtare preſumat, immo, quicunque aliqua temeritate ſeductus id attemtare preſumpſerit, penam debitam incurrat. Hoc eciam adjicere decrevimus, ut ſi quisquam ſub noſtra juridicione manens ſe aut ſua rite prefate domui conferre voluerit, liberam habeat facultatem faciendi et ex tunc ſemper maneat ab omni vexatione ſecurus, nec ab aliquo hoc factum quacunque occaſione impediatur. Ne igitur hec ulla mutatione temporum oblivioni tradantur, hanc cartam inde conſcriptam ſigilli noſtri munimine corroborari fecimus ac conſignari, nomina teſtium, qui huic facto noſtro interfuerunt, adjicientes: Bernardus de Dorſtat, Luthardus de Meinerſem, Juſarius pincerna, Jordanus dapifer, Baldewinus advocatus, Bertrammus de Veltheim, Baldewinus frater dapiferi, Wilkinus marſcalcus, Godefridus advocatus, inſuper univerſi cives noſtri Bruneswikſenſes. Acta ſunt hec anno dominice incarnacionis milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto, indicione undecima, in civitate noſtra Bruneswik.

1224 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich eignet dem Blaſienſtifte einen Garten am Rennelberge und eine Hufe in Sambleben. [62

Original zu Wolfenbüttel mit Heinrichs Reiterſiegel an rothem Seidenſtrange: gedruckt in den Orig. Guelf. III, S. 694.

HEnricus Dei gratia dux Saxonie, comes palatinus Reni. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris hoc ſcriptum videntibus, quod Conradus dilectus noſter, filius Ode, ortum quendam in Renneberge ſitum, duodecim ſolidos ſolventem, quem de nobis in feodo tenuit, eccleſie beati Blaſii Brunswich contulit perpetuo poſſidendum. Inſuper dilectus miniſterialis noſter Johannes de Bůrneim manſum unum in Scampeleve ſitum eidem contulit eccleſie, quinque modios magnos et duos parvos annuatim pro cenſu ſolventem. Sed quoniam ſupradictorum donatio, licet ex conſenſu heredum facta, rata tamen ad plenum ſine noſtro conſenſu haberi nec potuit nec debuit, ad plenitudinem confirmationis utriusque facti noſtrum poſtulaverunt adeſſe favorem et aſſenſum. Nos igitur eorum conſiderantes bonam voluntatem et piam intentionem, largitionem ipſorum debito, ſicut debuimus, collaudavimus aſſenſu. Et ne factum ipſorum ulla in poſterum obfuscare poſſit vetuſtatis oblivio, aut ſuboriri valeat indebita contradictionis objectio, hanc kartam inde conſcriptam ſigilli noſtri teſtimonio communiri fecimus et confirmari. Affuerunt etiam huic facto viri probi et idonei, quorum opinio in tantum fuit integra, quod ad tante rei ſufficeret teſtamentum: Bernardus nobilis vir de Dorſtat, Bertrammus de Veltheim miniſterialis noſter, Jordanus dapifer noſter, Wilchinus maraſcalcus noſter, Balduinus frater dapiferi, Henricus et Bertoldus fratres de Witlinſtede, juvenis Bertrammus de Veltheim, Widechindus de Derſeme, Godefridus tunc temporis advocatus et Henricus de Dorſtat et alii quam plures. Acta ſunt hec in domo noſtra Brunswich anno dominice incarnationis m° cc° xxiiij°, indictione decima, anno decemnovenalis cycli octavo. data per manum Johannis notarii noſtri.

1224 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich eignet dem Kloſter Riddagshauſen fünf Hufen mit den anliegenden fünf Wurten zu Honsleben (Hosleven) *und der Holznutzung im Walde Aſtbruch* (cum jure quodam, quod echtwart dicitur, ad ignem et ad edificationem, in ſilva, que vocatur Aſtbroch), *die Marſchalk Willekin von ihm zu Lehn getragen und dem Kloſter verkauft hat. Unter den Zeugen* Godefridus advocatus, Wasmodus de Dobelhuſe et filius ejus Hermannus. Acta ſunt hec Bruneswich in noſtra kemnata anno domini m° cc° xxiiij°, indictione xij. [63

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 97 und im Urk.-B. des Geſchlechtes v. Blankenburg-Campe 1, S. 114.

1225. Abt Arnold von Riddagshauſen bekundet den Austrag ſeines Kloſters mit den Bauern von Kl. Schöppenſtedt (cives de parvo Scepenſtede) *über ihre Gemeinnutzung am Wäldchen* Stuthe. Hujus quoque conpoſitionis auctores et cooperatores fuerunt viri fideles et honeſti, perſone tam eccleſiaſtice quam ſeculares, quorum ſigillis et nominibus carta preſens teſtimonium

accipit et munimen: canonici ſancti Ciriaci Georius vicedominus, Johannes, Lutbertus, Henricus de ſancta Katerina plebanus, Sifrydus de Lukenem, Wernerus ejusdem ville ſacerdos, Thedericus de Apelderſtede. layci vero Baldewinus advocatus de Dalem. Fridericus et Fridericus et Henricus de Esbeke, Johannes de Bornem, Conradus de Scliſtede. Bruno et Fridericus milites de Dalem, Fridericus de Rothene et alii quam plures. [64

Original zu Wolfenbüttel mit dem Siegel Vogt Balduins (wie No 54) an erſter, dem des Capitels St Cyriaci an zweiter Stelle; Abt Arnolds Siegel, wofür der Einſchnitt vorhanden iſt, fehlt. Das Jahr dieſer Urkunde ergiebt ſich aus der Datierung eines Inſtruments über den gerichtlichen Austrag des Falles (Original zu Wolfenbüttel, unter den Zeugen dominus B. advocatus de Dalem): id. Junii . . . vj. feria proxima, que fuit ante feſtum ſancti Viti martiris *(Juni 13). — Vor* Lutbertus *(1) ohne Punctum, wie ſolches nach jedem der übrigen Namen geſetzt iſt, ſteht* Lob; *das* b *iſt ausgelöſcht, das Ganze muthmaßlich eine unvollendete, aber nicht getilgte Fehlſchreibung für das folgende* Lutbertus.

1225 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich läßt auf Bitten der Kanoniker des Stifts St Cyriaci vor Braunſchweig (extra muros Bruneswich) *zu, daß die Hebungen der durch Todesfall erledigten Pfründen, wie im erſten Jahre den Erben des Verſtorbenen, ſo im zweiten der Kirche zu ihrer Nothdurft ſollen zugewandt werden. Unter den Zeugen* Godefridus advocatus. Datum Bruneswich anno domini m°cc°xx°v°, indictione quartadecima. [65

Original zu Wolfenbüttel.

1225 Januar 20 London (apud novum templum Londinenſe anno regni viiij). *König Heinrich von England geſtattet auf Verwendung Herzog Ottens dem Kaufmanne Heinrich von Braunſchweig, bis Michaelis gegen die üblichen Abgaben in England zu handeln.* [66

Nach Junghans' Regeſt aus dem Rotul. lit. pat. im Tower zu London bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. 1, S. 58.

(Um 1226?) Balduin, Vogt der Stiftskirchen zu Braunſchweig (Dei gracia conventualium eccleſiarum in Bruneswic advocatus) *verpfändet mit Zuſtimmung ſeiner Brudersſöhne dem Cyriacusſtifte für 12 Mark die Vogtei in Benſtorf* (Bennestorp). [67

Original zu Wolfenbüttel mit Balduins beſchädigtem Siegel (wie No 54). In einer beſondern Urkunde (Orig. ebd.) erklärt Heinrich, Vogt zu Wenden (H. advocatus de Wenethen), *daß ihm kein Recht an dieſer Vogtei zuſtehe.*

1226 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich eignet dem Cyriacusſtifte die Vogtei über deſſen Güter zu Benſtorf (Bennesthorp), *die Heinrich von Wenden* (de Wenethen) *ihm aufgelaſſen*

hat, und beſtätigt die bisherige Vogteifreiheit anderer Beſitzungen des Stiftes, darunter montem beati Cyriaci cum appendiciis et agros eidem adjacentes, molandinum in Eyſerbetle, in Runinge tres manſos, in Lenthorpe dimidium manſum. Acta ſunt anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto, indictione quartadecima. data Bruneswich. [68

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt. I, Beil. S. 8 und in den Orig. Guelf. III, S. 710.

1226. Abt Dietrich zu St Aegidien in Braunſchweig und Dompropſt Meinhard zu Halberſtadt beurkunden einen Ausgleich zwiſchen dem Pfarrer zu St Magni und dem Kloſter Riddagshauſen über das Pfarrecht an den Höfen zu Gliesmarode, Honsheim und Kaunem. [69

Original zu Wolfenbüttel mit dem Siegel Abt Hermanns: das des Dompropſtes, wofür der Einſchnitt vorhanden, iſt abgefallen oder niemals angehängt worden.

Tidericus Dei graçia abbas ſancti Egidii in Bruneswich, Meinardus major prepoſitus in Halberſtat univerſis Chriſti fidelibus obſequium et ſalutem. Noverint univerſi eccleſiarum pacem amantes et querentes, quod, cum parrochianus ſancti Magni in Bruneswic cauſam haberet adverſus abbatem de Ridageshuſen et ſuos fratres ſuper quibusdam ipſorum grangiis, ſcilicet Glismederod, Honeshem et Cownem, eo quod de ejus parrochia fuiſſent antiquitus, cum ville eſſent et habitationes ſecularium, et pro earundem exemptione nullum eccleſie ſue factum reſtaurum poterat demonſtrari, placuit domino Arnoldo tunc temporis abbati et Alberto parrochiano confederari utrasque eccleſias et inter ſe pacem facere eamque ſuis relinquere ſucceſſoribus in hunc modum. Dedit abbas conſentientibus ſuis fratribus eccleſie beati Magni ſex jugera prope civitatem ſita, de agris curie de Glismederoth accepta, et inſuper ſeptimum quoddam ob incuriam a cultura diu neglectum et propterea a transeuntibus quaſi in viam redactum et inutile factum ſuperaddidit. et hanc formam predictus parrochianus acceptavit gratanter et libenter, eccleſie ſue et ſibi in omnibus reputans ſatisfactum. Nos quoque eandem pacis et conpoſitionis formam ratam habentes et gratam, ne qua poſſit oblivione deleri, eam litterarum noſtrarum et ſigillorum teſtimoniis confirmamus. Hujus rei teſtes ſunt fratres eccleſie ſancti Egidii, videlicet Fridericus prior, Wernerus, Thidericus, Ludolfus, Johannes, Hermannus, et in Riddageshuſen fratres univerſi et preterea cives beati Magni Hermannus Galle, Heinricus de Colonia, Wigandus, quibus omnibus notificari placuit in conmune. Acta ſunt **hec anno incarnationis domini m°cc°xx°vj°.**

1226 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich eignet der Kirche St Marien und St Petri zu Wennigſen (Weningeſſem) *Güter zu Lemmja* (Lemmede) *und Sutheren und geſtattet ihr, von ſeinen*

Vaſſallen und Dienſtmannen Güter in ihrem Sprengel kauf- oder tauſchweiſe an ſich zu bringen. Unter den Zeugen Heinricus ſancte Katerine in Bruneswic plebanus. Datum Bruneswic anno dominice incarnacionis m°cc°xx°vj°, indictione xiiij. [70

Original zu Hannover, gedruckt im Calenberger Urk.-B., Abth. VII, Heft 1, S. 2.

(Ende 1226 oder Anfang 1227.) Biſchof Konrad von Hildesheim bekundet, daß ihm bei Weihe der Kirche St Johannis d. T., St Blaſii und St Thomä des Martyrers zu Braunſchweig Pfalzgraf Heinrich zu deren Bewidmung gemäß Kaiſer Ottens letztem Willen Scheverlingenburg (Scheverlingeburch) *ſammt Zubehör übergeben, über die Güter zu Börßum* (Borsne) *jedoch und die Kirche zu Elmsburg* (Helmesborch) *anderweit verfügt hat, und daß er, Biſchof Konrad, die erſtere Schenkung unter Biſchofsbann genommen. Unter den Zeugen* Godefridus advocatus, Baldewinus advocatus de Dalem. [71

Original zu Wolfenbüttel. Die Urkunde über die hier erwähnte Weihe des Domes (Original zu Wolfenbüttel) datiert vom 29. December 1226.

1226 Juni 8 Newbury (apud Neubiriam). *König Heinrich von England geſtattet den Kaufleuten Heinrich Lupus von Groningen, Heinrich von Braunſchweig und Gerard de Quatermares von Köln, bis Oſtern nächſten Jahres in England zu handeln.* [72

Nach Junghans' Regeſt aus dem Rotul. lit. pat. im Tower zu London bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. 1, S. 67.

(1227 Ende Aprils oder Anfang Mais.) Die Rechte und Freiheiten des Hagens, von Herzog Otten dem Kinde beſiegelt. [73

1, S. 1; ein Facſimile dieſer und der nächſtfolgenden Urkunde in den »Urkunden aus dem Stadtarchive« etc. (ſ. No. 1). Über ihre Herkunft, Echtheit und Datierung ſ. Hänſelmann, Die älteſten Stadtrechte Braunſchweigs, in den Hanſ. Geſch.-Bll. 1892, S. 1 ff.

(1227 Ende Aprils oder Anfang Mais.) Das Recht der Altſtadt, von Herzog Otten dem Kinde beſiegelt. [74

1, S. 4.

1227 (Ende Aprils oder Anfang Mais). Herzog Otto ſchenkt den Bürgern der Altſtadt ſeine dortige Vogtei. [75

Das Original iſt verſchollen: nach einer ſchlechten, von dem Notar Johannes Alshuſen vidimierten Abſchrift des XVI Jahrhunderts gedruckt bei Sudendorf, Urk.-B. VI, S. 105 in der Note. In dem hier folgenden Abdrucke ſind die von Sudendorf vorgeſchlagenen Emendationen eingefügt und mehrfach die älteren Schreibungen hergeſtellt. — Das Formular klingt an das der Urkunde Kaiſer Ottens von 1204 (No 33) an. Vgl. Hänſelmann, Die älteſten Stadtrechte Braunſchweigs, Hanſ. Geſch.-Bl 1892 S. 21.

IN nomine ſancte et individue trinitatis. Otto Dei gracia dux de Bruneswic univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris preſentem paginam inſpicientibus ſalutem. Juſtum eſt et pium et noſtram decet honeſtatem, ut non ſolum fidelibus noſtris, verum eciam omnibus juſte et racionabiliter petentibus aſſenſum facilem preheamus et eis deſiderata concedamus. Unde ſcire tam preſentes quam futuros volumus Chriſti fideles, quod dilecti burgenſes noſtri de antiqua civitate noſtra Bruneswic a nobis petebant, ut eis advocaciam in predicta civitate cum omni jure et utilitate plenarie et libere donaremus. Quia vero ipſos in omni ſervicio avi noſtri necnon patruorum noſtrorum fideles ſenſimus et adhuc ſentimus, ipſorum admiſimus peticionem et advocaciam predictam cum omni jure et utilitate ipſis liberaliter et benevole donavimus. In reſtaurum vero hujus donacionis predicti burgenſes noſtri nobis triginta talenta denariorum brunswicenſis monete quolibet anno donabunt. Ut igitur hec donacio rata ſtabilisque conſervetur, et ne per nos aut ſucceſſores noſtros infringatur, preſentis ſcripti firmamento et impreſſione noſtri ſigilli fecimus communiri, omnem malignandi aditum precludentes. Teſtes ſunt marchio Johannes de Brandenborch, comes Henricus de Luchowe, Techenardus advocatus de Saltwedele, Conradus de Bodenſele, Albertus advocatus de Spandowe, Henricus de Wadenbachen, Johannes Aura, Bodo et Wernerus de Soltwedele, Henricus et Henricus de Heimborch, Ceſarius de Halverſtat, Borchardus advocatus de Luchowe, Henricus de Hamelen, burgenſes Conradus advocatus, Timmo, Henricus et Johannes filii Windelmari, Conradus filius Unburgis, Henricus Holtnicker et fratres ſui, Ludolfus de cimiterio, Johannes et Henricus filii Tymmonis, Ludolfus filius Sophie, Bernhardus et Daniel de Pattenhuſen et alii quam plures. Actum anno dominice incarnacionis **milleſimo cc°xxvij°, indictione xv.**

1204: 8 noſtram] regalem 10 burgenſes] cives 11 ſepius a nobis 12 pro fideli et indefeſſo obſequio patri noſtro pie recordationis et nobis ſepius adhibito

1228 Sept 6. König Waldemar von Dänemark begabt die Bürger von Braunſchweig mit Zollfreiheit und dem Rechte, bei Schiffbruch ihr Gut ungehindert zu bergen. [76

Original im Stadtarchive mit einer Trümmer des königlichen Doppelſiegels: auf der Vorderſeite die thronende Königsgeſtalt, auf der Rückſeite das Schild mit den drei Leoparden. Gedruckt in den Orig. Guelf. IV, S. 111, bei Thorkelin, Dipl. Arna-Magnaeanum I, S. 104 und im Mecklenburg. Urk.-B. I, S. 342; Regeſt bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. I, S. 71.

WAldemarus Dei gracia Danorum Sclavorumque rex omnibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, in perpetuum. Cum dignum ſit, ut dilectioni burgenſium de Brunswic, quam nobis in ſervando fidelitatem dilecto nepoti noſtro domino O. duci de Luneburg exhibuerant, reſpondeamus devotione quantalibet, univerſis conſtare volumus, quod nos memoratos burgenſes, ubicunque eos infra regni noſtri terminos negociandi cauſa devenire contigerit, ſub noſtra protectione ſusceperimus et eſſe voluerimus liberos a thelonio. Et ſi eosdem forte ſiniſtro caſu contingente naufragium pati contigerit, volumus et mandamus, ut, quecunque ſalvare poſſint de naufragio, libere poſſideant, nec ullus officialium noſtrorum ſive quicunque alius ipſis aut bonis ipſorum aliquam injuriam irrogare preſumat. Quicunque autem ipſis contra prohibitionem noſtram auſu temerario aliquam injuriam intulerit, noſtram profecto ſenciet ultionem. Et ne ſuper libertate conceſſa eis ulla ipſis in poſterum oriri poſſit calumpnia, preſentem paginam in teſtimonium ipſis ſigilli noſtri munimine relinquere dignum duximus conſignatam. Datum anno domini m°cc°xxviij° viij° idus Septembris.

(1229 Januar oder Februar.) Herzog Otto, aus ſeiner Gefangenſchaft zu Schwerin entlaſſen, leiſtet dem Grafen Gunzelin v. Schwerin Urfehde, beſtätigt ihm, ſeiner Mutter und ſeiner Schweſter die alten Lehen und gelobt, dem Könige von Dänemark gegen ihn keine Hilfe zu leiſten. Mercatores et homines Guncelini in eundo ea libertate fruentur, qua de jure uti debent. Ut hanc compoſitionem inconcuſſam teneamus, quinque noſtri nobiles juraverunt et fide data promiſerunt cum xxx miniſterialibus noſtris, quod, ſi nos contra juramentum et fidem datam venerimus, dicti homines Zwerin intrabunt, inde non exituri niſi de Guncelini comitis juſſione, quod et xxx burgenſes de Bruneswic promittent et jurabunt, quod et xx civitatenſes de Luneborg facient . . . [77

Original zu Schwerin, gedruckt in der Zeitſchr. des hiſt. V. für Niederſachſen 1857, S. 33, im Jahrb. des V. für mecklenb. Geſch. u. Alterthumsk. xxv, S. 153 und im Mecklenb. Urk.-B. 1, S. 349, wo die Datierung begründet worden iſt.

1230 Nov. 10 Weſtminſter. König Heinrich von England nimmt die Bürger von Braunſchweig in ſeinen Schutz und gewährt ihnen ungehinderten Handel und Wandel in ſeinem Reiche. [78

Das Original iſt verloren, gedruckt in den Orig. Guelf. iv, S. 116, bei Rymer, Foedera 1, S. 199, bei Lappenberg, Geſch. des hanſiſchen Stahlhofes in London, Urk. S. 11 und bei Sudendorf, Welfen-Urk. S. 108; Regeſt bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. 1, S. 80.

REx omnibus etc. ſalutem. Sciatis, nos ſuscepiſſe in protectionem et defenſionem noſtram homines de Bruneswic, homines videlicet dilecti conſanguinei noſtri Othonis ducis de Bruneswic, has litteras noſtras patentes deferentes ſimul cum litteris ipſius ducis patentibus teſtificantibus, quod ſint homines ipſius ducis de Bruneswick, concedentes eisdem hominibus, quod ſalvo et ſecure veniant per totam poteſtatem noſtram cum rebus, catallis et mercandiſiis ſuis ad negotiandum ibidem, faciendo inde rectas et debitas conſuetudines, et ſalvo ibidem morentur et ſalvo inde recedant. Et ideo vobis mandamus, quod hominibus ducis has litteras noſtras patentes deferentibus ſimul cum litteris ipſius ducis patentibus teſtificantibus, quod ſint homines ipſius ducis de Bruneswick, in veniendo per totam poteſtatem noſtram cum rebus, catallis, et mercandiſiis ſuis et ibidem morando et inde recedendo, ſicut predictum eſt, nullum faciatis aut inferri permittatis inpedimentum, dampnum aut gravamen. In cujus etc. fieri fecimus. Teste rege apud Weſtmonaſterium decimo die Novembris anno etc. decimo quinto. Per Steph. de Selgrave.

1230 Januar Braunſchweig. Herzog Otto eignet den Sonderſiechen zu St Leonhard einen Wald bei ihrer Wohnung, den ihnen Ritter Heinrich v. Dorſtadt verkauft hat. [79

Original im Stadtarchive mit dem letzten Siegel des Herzogs (ſ. Hanſ. Geſch.-Bll. 1892, S. 23) in gelbem Wachs an rothen Seidenſchnüren.

IN nomine ſancte et individue trinitatis. O. Dei gracia dux de Brunswic omnibus in perpetuum. Actiones hominum, que ſucceſſivis temporum vicibus pereunt et recedunt, ſcriptis ac teſtibus utiliter confirmantur. Notum igitur facimus univerſis preſentibus et futuris, quod fidelis noſter Henricus miles de Dorſtat ſilvam quandam, que contigua eſt habitaculo infirmorum, et quam a noſtris tenere manibus in pheodo videbatur, ad uſum et neceſſitatem eorundem infirmorum, quos lepra vel pocius plaga domini affligit in corpore, vendidit cum omni jure ſuo, noſtra voluntate et beneplacito accedente. Ad hoc autem multi fideles ſuas elemoſinas ſatis liberaliter ſunt largiti pro ſuorum remedio et indulgencia peccatorum. Nos vero univerſam proprietatem, quam in ſilva eadem habebamus, ſepedictis infirmis liberali dedimus et aſſignavimus voluntate. Et ut tale factum maneat coram nobis et omnibus noſtris ſucceſſoribus inconvulſum, huic pagine bullam noſtram juſſimus adhiberi. Acta ſunt apud Brunswic anno dominice incarnacionis m°cc°xxx° in menſe Januario, preſentibus Henrico comite de Dannenberge, Thethardo de Woztrowe, Gevehardo de Luneborch, Thiderico de Monte, Conrado de Baldenſele, Ottone Magno, Godefrido advocato, Henrico Holtnikker et Crachtone notario et aliis multis.

1231. Der altſtädter Rath verleiht den Goldſchmieden in der Altſtadt die Meiſterſchaft ihres Handwerks. [80

1, S. 7. Facſimile unter den »Urkunden aus dem Stadtarchive« (ſ. No 1). Vgl. Hanſ. Geſch.-Bll. 1892, S. 40.

1231 Apr. 16 Braunſchweig. Propſt Dietrich und Convent zu Dieſtorf (Diſtorp) *verkaufen dem Kloſter Riddagshauſen eine Hufe zu Hedeper* (Hadebere). *Unter den Zeugen* Godefridus advocatus, Eico civis de Lata platea. Acta ſunt hec Bruneswic anno dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo xxxj°, indictione quarta, xvj° kal. Maj. [81

Original zu Wolfenbüttel. Von der Beſiegelung iſt nur noch die blaue Zwirnborte erhalten.

(1232 vor Dec. 31 Braunſchweig.) Graf Sigfrid von Oſterburg reſigniert Biſchof Friderich von Halberſtadt zu Gunſten des dortigen Johanniskloſters den Patronat über die Kirchen zu Veltheim und zu Oſterrode ſammt deren Witthum. Unter den Zeugen fratres minores in Bruneswic. [82

Aus dem Copiarius St Johannis zu Jena gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſtifts Halberſtadt 1, S. 559.

(1233) Herzog Otto bekundet, daß Helemburgis, Witwe des Ritters Dietrich v. Werben (de Wereben), *mit Wiſſen und Willen ihrer Söhne Bertram und Rother* (*v. Veltheim,* de Veltthem) *dem Kloſter Riddagshauſen für 45 Mark drei Hufen ihres Eigenguts zu Hachum* (Hachem) *verkauft hat. Unter den Zeugen* Baldewinus advocatus de Dalem, Johannes filius ejusdem. [83

Original zu Wolfenbüttel. — Die Datierung der Urkunde wird einer andern zu entnehmen ſein, worin Herzog Otto bekundet, daß Helemburgis dem Kloſter für 72 Mark vier *Hufen zu Hachum verkauft hat:* Acta anno dominice incarnationis m° cc° xxxiij°, xv° kal. Septembris *(Aug. 18, Original zu Wolfenbüttel), gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 118, wo die älteren Drucke aufgeführt ſind. Dort werden auch die Söhne der Verkäuferin mit ihrem oben eingefügten Familiennamen genannt.*

(1234?) Braunſchweig. Der kaiſerliche Truchſeß Gunzelin bekundet, daß ſeine Schweſterſöhne Ekbert, Baſilius und Gunzelin dem Kloſter Riddagshauſen für 45 Pfund hildesheimſch vier Hufen in Lebenſtedt (Levenſtede) *verkauft haben. Zeugen* Fridericus de Daleim, Burchardus filius noſter, Conradus de Vimmelhuſen, Johannes advocatus ejusdem ville, Heinricus de Thithe, Bertoldus filius ſuus, Bertoldus de Brothſiem, Hermannus de Swilbere, Godeſchalcus de Lafforde, Heinricus de Ampelleve, Ecgehardus de Moneſtede, in cujus domo hec facta ſunt in Bruneswic.

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt bei Scheidt, Vom Adel, Mantiſſa document. S. 435 und im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 123. — An letzter Stelle die auch hier angenommene Datierung.

(1234?) Der kaiſerliche Truchſeß Gunzelin bekundet, daß vor ihm auf ſeinem Hauſe Peine Ludolf v. Schwiechelt (de Swichlithe) *dem Kloſter Riddagshauſen eine Hufe zu Sölſchen* (Solceim) *verkauft hat. Unter den Zeugen* Alexander de Bruneswich, Lambertus de Levenſtede, Hermannus de Silbere, Ludegerus de Thiten. [85

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt bei Scheid, Vom Adel, Mantiſſa S. 435, bei Vogell, Geſchlechts-Geſch. des Hauſes Schwichelt, S. 11 und im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 124. — Nach letzterm die hier angenommene Datierung.

1234. Truchſeß Gunzelin v. Wolfenbüttel ſchenkt dem Kloſter Riddagshauſen anderthalb Hufen ſeines Eigenguts zu Kl. Schöppenſtedt (in parvo Schepenſtede) *und gelobt ferner, bei Gelegenheit drei Hufen dort, die er von der Herrſchaft zu Lehn trägt, zu Gunſten des Kloſters aufzulaſſen. Unter den Zeugen* Baldewinus advocatus de Dalem. Acta ſunt hec anno gracie m° cc° xxxiiij°. [86

Zwei nur wenig von einander abweichende Originalausſertigungen zu Wolfenbüttel, die eine mit dem Siegel Gunzelins gedruckt bei Scheid, Vom Adel, Mantiſſa S. 436, bei Leyſer, Obſervata de patria poteſtate, S. 6 und Opuscula collecta, S 162; die andere mit den Siegeln ſeiner Söhne Ekbert und Burchard — das Gunzelins d. j. iſt abgefallen — bei Leyſer, Obſervata etc. S. 7; beide im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 121 f.

1235. Abt Dietrich zu St Aegidien überläßt mit Zuſtimmung ſeines Kapitels Margarethen und ihren Söhnen Arnold, Ludolf, Johannes eine halbe Hufe zu Wierthe (Wirethe) *für 5 Schilling Erbzins. Unter den Zeugen* Conradus frater domine Sophie, Ecbertus et frater ſuus, Bertoldus Faber. Acta ſunt hec anno m° cc° xxx° v. [87

Original zu Wolfenbüttel.

1235 April 15 Roſenthal. Biſchof Konrad von Hildesheim belehnt den Küſter Johannes zu St Blaſien auf Lebenszeit mit dem Novalzehnt bei Münſtedt, Braunſchweig und Lichtenberg.

Original zu Hannover mit Ringſiegel. [88

C. Dei gratia Hildenſemenſis epiſcopus omnibus hoc ſcriptum inſpecturis ſalutem in domino. Notum eſſe volumus et conſtare, quod nos dilecto noſtro Johanni, cuſtodi ſancti Blaſii in Bruneswic, decimam novalis ſiti juxta Munnenſtede cum aliis novalium decimis circa Brunes-

wic et Leictenberge jacencium, que vite ſue temporibus excoluntur et ad noſtram donationem libere pertinent, in pheodo contulimus, quoad vixerit, poſſidendas. Et hoc preſentis ſcripti tenore et ſigilli noſtri munimine duximus declarandum. Eo autem mortuo, eorundem novalium decime, quas de manu noſtra poſſidet in preſentiarum vel futuris temporibus poſſidebit, ad nos vel ad noſtros ſucceſſores ſine contradictione qualibet integre revertentur. Datum Roſendale anno domini m°cc°xxxv° xvij kalendas Maji, pontificatus noſtri anno quarto decimo.

1235 Mai 13 Braunſchweig. Herzog Otto tauſcht vom Blaſienſtifte dreißig Schilling Fiſchpfennige ein, die den Kanonikern jährlich von den Bürgern gereicht zu werden pflegten. [89

Original zu Wolfenbüttel mit den Siegeln des Herzogs und des Truchſeß Jordan an einem rothen Seidenſtrange. Gedruckt in den Orig. Guelf. IV, S. 152 und im Urk.-B. der Familie v. Blankenburg-Campe I, S. 141, wo auch die beiden Siegel abgebildet ſind.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia O. dux de Brunesvich omnibus in perpetuum. Cum tempus et univerſa, que ſub tempore fiunt, cottidianis curſibus transeant et nunquam in eodem ſtatu permaneant, caute ſatis et rationabiliter ab hominibus eſt conſuetum, ut actiones ſuas memoriali vigore dignas in ſcriptum redigant et ſubnotatis teſtium nominibus illas roborent et confirment. Ad noticiam igitur univerſorum preſentium et poſterorum volumus pervenire, quod nos de bona voluntate et conſenſu venerabilis et dilecti nobis capituli ſancti Blaſii in Brunesvich redditus xxx ſolidorum, qui dicebantur denarii piscinales et ſolebant canonicis ejusdem eccleſie annuatim a burgenſibus miniſtrari, ad noſtrum beneplacitum atque uſum duximus convertendos. In illorum autem triginta ſolidorum reconpenſationem et reſtaurum predicte eccleſie aſſignavimus et dedimus tres manſos de patrimonio noſtro in Allenem et unum manſum in Tſampelleve ſitum, ſingulos eorum ſolventes octo ſolidos annuatim, quiete ſemper et pacifice poſſidendos, ita tamen, ut jus et dominium advocatie nobis et noſtris heredibus maneat reſervatum. Sane ut eidem eccleſie noſtre a periculo dampni et calumpnie et nobis a detrimento anime caveremus, preſentem paginam hinc inde confectam ſigilli noſtri juſſimus munimine roborari. Actum hoc eſt aput Brunesvich anno dominice incarnationis m°cc°xxxv°, indictione octava, iij° idus Maji. Teſtes preſentes aderant Ludolfus comes de Halremunt, Hermannus comes de Waldenberg, Bernardus de Dorſtat, Jordanus dapifer, Willekinus marſcalcus, Juſarius pincerna, Baldewinus de Volcmerrodhe, Everardus de Odem, Theodericus de Dorenwort, Joannes advocatus, Thidericus advocatus et quidam burgenſes noſtri, Conradus Sophie, Heinricus advocatus et alii quam plures. Datum per manum Crachtonis prepoſiti, notarii noſtri.

1236 Juli Braunſchweig. Herzog Otto und ſeine Gemahlin Mathilde bekunden den Auſtrag des Kloſters Wöltingerode mit dem Blaſienſtifte um Pfalzgraf Heinrichs Güter zu Börßum (Borsne). Actum eſt hoc apud Bruneswic anno domini m°cc°xxxvj° inmenſe Julio. *Unter den Zeugen* Heino advocatus de Wenethen. [90

Original zu Hannover, nach einem dortigen Copiarius gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 134.

1237. Dekan und Kapitel zu St Blaſien überlaſſen dem Aegidienkloſter tauſchweis gegen eine vogteifreie Wurt und neun Morgen zu Börßum (Borsne) *eine halbe vogteifreie Hufe zu Broitzen* (Brothſem). *Unter den Zeugen* Ethelerus et Conradus frater ſuus, Brunsvicenſes. Datum anno domini m°cc°xxx°vij°. [91

Original zu Wolfenbüttel.

(1239?) Marſchalk Willekin verkauft Ludolf v. Schapen und dem Bauermeiſter im Hagen zwei Hufen zu Schapen. [92

Original zu Wolfenbüttel, von der Beſiegelung iſt nur ein Stück des Pergamentbandes erhalten. Die untere Seite der Charte iſt abgerundet, für die letzten vier Zeilen ſind Linien mit Tinte vorgezogen, die oberen ſieben ſchwanken auf und ab.

Willekinus marſcalcus dictus univerſis hoc ſcriptum viſuris ſalutem et omne bonum. Notum facimus tam preſentibus quam futuris, quod duos manſus, quos habuimus in Scepen, vendidimus Ludolfo de Scepen et magiſtro civium in Indagine libere et abſolute cum omni jurisditione poſſidendos et cum pratis et ceteris nemorum utilitatibus, cum advocatia et cum omni pertinentia ad eosdem manſus. Hec videlicet bona preſcripta duorum manſuum porreximus in juris libertatem eidem Ludolfo in foribus eccleſie beate Katerine virginis et magiſtris et heredibus ſuis in juris proprietatem ſine omni contradictione in perpetuum. Hujus confirmate porrexionis teſtes ſunt nobilis homo dictus de Zicthe Sigefridus, Henchelardus et filius ſuus, Heinricus, Hildebrandus Criſpus et frater ſuus, Gerhardus et filius ſuus Ludolfus, Luderus filius Temmonis, Theodericus frater ſuus. Ricquardus, Fridericus, Heinricus, Luderus frater ſuus, Johannes de Scepen et frater ſuus, qui eorundem manſuum cultores ſunt, Heinricus magiſter civium de Via lapidea, Heinchelbertus de Valesleveſtrate, Stephanus de Bollewege, Johannes filius Reinburgis, Theodericus de Meinem, Johannes de Daldorpe et filius ſuus Bertoldus, Balterammus, Johannes ſervus Rotcheri et cocus ſuus. Et ne aliquis in poſterum preſumat infringere, ſigilli noſtri munimine fecimus confirmare.

29 Johanne *Orig.*

1239. Herzog Otto verleiht den Bürgern von Oſterode mit anderen Gnaden auch ewige Zollfreiheit in Braunſchweig: dedimus dictis burgenſibus et eorum pueris et ſequacibus, ut liberi ſint perpetuo a telonio in civitate Bruneswic, ita ut velimus, ne ab eis vel eorum ſequacibus nunquam telonium requiratur . . . . Acta ſunt hec anno dominice incarnationis m°cc° xxxviiij°. [93

Original zu Oſterode, gedruckt bei Max, Geſch. des Fürſtenth. Grubenhagen, Urk.-B. S. 5; vorher fehlerhaft in den Orig. Guelf. IV, S. 180.

1239 März Braunſchweig. Das Aegidienkloſter verkauft Herzog Otten ſeine Fiſchweide zu Gifhorn mit Wäldern, Wieſen und allem Zubehör. Actum eſt hoc apud Bruneswic anno dominice incarnationis m°cc°xxxviiij° in menſe Marcii. *Unter den Zeugen* Johannes de Brunesrodhe advocatus Bruneswicenſis. [94

Original zu Hannover, gedruckt bei Sudendorf, Urk.-B. I, S. 18.

1239 Auguſt. Konrad v. Bodenſtein verzichtet zu Gunſten des Kloſters Riddagshauſen namens ſeiner Frau auf deren Rechte an ſieben Huſen zu Ahlum. [95

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel, gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. I, S. 146.

Conradus de Bodenſten omnibus hanc litteram inſpicientibus ſalutem et obſequium. Notum eſſe cupio tam preſentibus quam futuris, quod, cum Thidericus de Piscina, frater videlicet uxoris meę, vendidiſſet ſeptem manſos ſitos in Adenem Conrado burgenſi de Bruneswich, et idem Conradus eosdem pro eterna mercede contuliſſet eccleſie de Riddageshuſen, uxor mea, eo quod ad dicta bona jure hereditario reſpectum haberet, cepit pro jure ſuo agere et eccleſiam conabatur querimoniis moleſtare. Unde Baldewino advocato de Dalem et Ekberto de Aſſeburech compoſitionis formam procurantibus ego et uxor mea et heredes noſtri, acceptatis et acceptis xiij marcis argenti, juri noſtro, quod in ſupradictis manſis habuimus, renuntiavimus unanimi voluntate et eos ſopita omni querimonia et rancore concedimus eccleſie memorate proprietate perpetua poſſidendos. Ne autem huic facto noſtro aliqua poſſit in poſterum calumpnia ſive malignitas obviare, preſentem paginam ſuper eo traditam et conſcriptam ſigilli mei inpreſſione ſignavi. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis m°cc°xxx°viiij° in menſe Auguſto. Teſtes ſunt: Helmoldus nobilis de Biwende, Fridericus de Esbeke, Guntherus de Bertensleve, Johannes prope ſanctum Michahelem, Baldewinus et Heinricus filii David, Conradus domine Sophie filius, burgenſes de Bruneswic, et alii quam plures.

29 fillii *Orig.*

1239 December Braunſchweig. Herzog Otto verkauft dem Kloſter Riddagshauſen ſein Vorwerk in Rautheim (allodium noſtrum in Rothne), *das der Sohn ſeines Getreuen Cäſarius v. Halberſtadt von ihm, Daniel v. Pattenhuſen von dieſem zu Lehn trug und beide aufgelaſſen haben, wogegen ihm ſein Dienſtmann Ritter Friderich v. Esbeck auf Bitten des Abtes das ganze Dorf Rieslingen mit Ausnahme eines Hauſes* (majorem villam Reslinge totam excepta una tantum domo) *zu eigen gegeben und wieder zu Lehn genommen hat.* Datum Brunswic anno dominice incarnationis m° cc° xxxviiij° in menſe Decembri. *Unter den Zeugen* Baldewinus advocatus. [96

Original zu Wolfenbuttel, gedruckt in den Orig. Guelf. IV, praef. S. 68.

1239 December Braunſchweig. Herzog Otto eignet dem Kloſter Steterburg zwei Hufen bei Nortenhof (juxta villam Northeim), *die die Ritter Hermann und Ludolf v. Dinklar* (de Dinkelere) *und ihre Brüder ihm aufgelaſſen haben.* Datum Brunswich anno dominice incarnacionis m° cc° xxx° ix° in menſe Decembri. *Unter den Zeugen* Baldewinus advocatus. [97

Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel S. 121; gedruckt in den Orig. Guelf. IV, praef. S. 67.

1240. Vogt Hermann v. Börßum ertheilt im Namen Herzog Ottens den Bürgern der Altenwik das Recht der Innung. [98

I, S. 9.

1240. Propſt Bernhard und Convent zu Steterburg bekunden, daß ſie die Kirche zu Melverode (Meinelverode) *aus der Abhängigkeit von ihrer Mutterkirche zu Stöckheim* (Stockem) *mit Zuſtimmung des Patrones, Propſt Hugos zum H. Kreuz (in Hildesheim), und Pfarrer Sigfrids zu Stöckheim durch Ueberweiſung einer Hufe und einer Wurt zu Stöckheim an die dortige Kirche gelöſt haben. Zeugen* Johannes plebanus ſancti Martini et Lambertus de Lindum ſacerdotes, Widekindus et Bartoldus et Johannes laici, Johannes de Brunswich, Ludolfus frater. Datum anno incarnationis m° cc° xl°. [99

Steterburger Copialbuch zu Wolfenbüttel S. 578.

Um 1240. Ritter Konrad v. Dorſtadt, Burgmann auf dem Lichtenberge, eignet dem Kloſter Dorſtadt anderthalb Hufen in Hoirinrot, *die Ritter Simon v. Flöte* (de Vlothede) *von ihm zu*

Lehn getragen und dem Kloſter verkauft hat. Unter den Zeugen Heinricus Boneke, Burchardus de Ganderſem, Ecbertus, cives in Bruneswic, et alii quam plures. [100

Original zu Dorſtadt.

1240. Luthard v. Meinerſen d. j. verkauft dem Kloſter Dorſtadt von ſeinem Eigengute vier Hufen zu Machterſen (Machterſum) *bei Lichtenberge.* Actum anno gratie m°cc°xl°. *Unter den Zeugen* Hillebrandus de Luccenem, Elyas filius Meinberni, Bernardus Teigelere, Ludolfus de cimiterio, Johannes filius Reimburgis, Conradus filius Hermanni, Burchardus de Biſchopestorp, burgenſes in Bruneswic, et alii quam plures. [101

Original zu Dorſtadt.

1241 October 25 Braunſchweig. Propſt Rudolf von St Blaſien verpachtet dem Kreuzkloſter auf dem Rennelberge das Vorwerk Eichthal. [102

Original mit zwei Siegeln zu Wolfenbüttel, gedruckt in den Braunſchw. Anz. 1746, S. 668, in den Hannov. Beiträgen 1762, S. 52 und im Mecklenb. Urk.-B. IV, S. 200, wo auch das Siegel Propſt Rudolfs, nachmaligen Biſchofs von Schwerin, abgebildet und erörtert iſt.

UNiverſis Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, Dei gracia Rodolfus prepoſitus ſancti Blaſii in Bruneswic ſalutem in eo, per quem nobis ſalus et gratia aucta eſt. Notum eſſe volo tam preſentibus quam futuris, quod ego de conſenſu capituli mei ſancti Blaſii abbatiſſe et conventui ſancte Crucis in Renneleberch allodium, quod Ekendal vocatur, cum pratis et ortis quindecim, qui nunc attinent aquis, et omnibus pertinentiis ſuis locavi ſub penſione trium librarum et dimidie in feſto Michahelis annuatim perſolvenda. Et quia idem allodium redemi de diverſis heredibus quondam Rodolfi, predicta locacione recepi viginti quatuor marcas examinati argenti ita, quod liberum erit tam michi quam ſucceſſoribus meis, quandocumque voluero quolibet anno inter feſtum Michahelis et Petri, hujusmodi pecunia conventui reſtituta et edificiis ſive aliis juſte inpenſis ſecundum arbitrium bonorum virorum perſolutis, dictum allodium recipere et in uſus meliores, ſi potero, convertere, daturus nichillominus juſtam et rectam in eisdem bonis warandiam a quolibet inpetente. Ut autem hujusmodi contractus ſive locacio inter eccleſias predictas celebrata rata et firma permaneat, hanc paginam inde conſcriptam ſigillo capituli mei et proprio roboravi. Teſtes ſunt milites Johannes de Waledhe, Anno dapifer, Juſarius pincerna, Bertrammus de Veltem, Theodericus de Bortvelde, burgen-

20 perſolvende *Orig.*

ſes Ecbertus de cemetorio, Henricus quondam advocatus, Henricus Boneko, Hildebrandus Criſpus, Baſilius Sutor et alii quam plures. Acta ſunt hec anno gratie m° cc° xl° j°. Datum Bruneswic octavo kal. Novembris.

1241 Juni 26. Herzog Otto ertheilt der Stadt Hannover unter Bürgſchaft einer Anzahl ſeiner Edeln, Dienſtleute und Burgenſen von Braunſchweig ein Recht, das u. a. als Norm für ihren Handel die Privilegien Braunſchweigs anerkennt. Extra civitatem vero fruentur [burgenſes de Honovere] illo jure et gracia, quibus civitas noſtra Bruneswic et illi burgenſes utuntur, in ſuis rebus et mercimoniis ſine exactione et theloneo ſicut illi de Brunswic deducendis . . . Sane ut hoc factum et ſtatutum inconvulſum permaneat, ſigillo noſtro et dilecte uxoris noſtre ſigillo fecimus roborari. Et ad majorem cautelam fide data promiſerunt nobiles, miniſteriales et burgenſes noſtri. Qui fidem dederunt hii: . . . burgenſes autem Elgerus, Conradus Sophie, Henricus David, Ludeko Meinrici, Conradus Penting, Engelardus, Ludolfus Parvus et alii quam plures. Datum Honovere in die beatorum martirum Johannis et Pauli anno dominice incarnacionis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo. *(In einer zweiten Urkunde vom ſelben Tage:* Absque theolonio et absque ulla exactione ut cives de Bruneswic merces ſuas ſub dominio ducis ejusdem civitatis amplius deducent. Ut autem hoc datum et ſtatutum ſtabile et inconvulſum permaneat, data fide promiſerunt nobiles, miniſteriales et burgenſes jam dicti ducis de Bruneswic in manus militum burgenſium de Honovere. Qui fidem dederunt hii ſunt: . . . burgenſes Elgerus, Conradus Sophie, Heinricus David, Ludeke Meinrici, Conrad Pentinhc, Einclardus, Ludolfus Parvus et alii quam plures. Ne autem aliquis ſucceſſorum noſtrorum factis noſtris temerarie preſumat contradicere, preſentem paginam ſigilli noſtri et dilecte conjugis noſtre M. duciſſe de Bruneswic munimine roboramus. Datum Honovere in die beatorum Johannis et Pauli anno incarnacionis domini m° ducenteſimo quadrageſimo primo.) [103

Die Originale im Stadtarchive zu Hannover, gedruckt bei Fiedler und Grotefend, Urk.-B. der Stadt Hannover S. 10 und bei Doebner, Die Stadtrechte Herzog Otto des Kindes, S. 22. Die Echtheit dieſer Urkunden wird von Doebner a. a. O. beſtritten: Frensdorff, Die Stadtverfaſſung Hannovers, Hanſ. Geſch.-Bll 1882, S. 8 Anm. 3 und S. 16 Anm. 3 ſowie Ulrich, Die beiden Privilegien Herzog Ottos für die Stadt Hannover, Zeitſchr. des hiſt. V. für Niederſachſen 1886, S. 105 ff. halten ſie aufrecht.

(1241 Aug. 28.) Braunſchweig an Hamburg: verzichtet auf Schadenerſatz für die in Hamburg angehaltenen Güter. [104

Aus dem 1842 verbrannten Liber privilegiorum quadratus zu Hamburg gedruckt im Hamb. Urk.-B.

HOneſtis et discretis viris, Conſulibus et univerſitati burgenſium in Hamborch Conſules et univerſitas burgenſium in Bruneswic ſinceram ſemper ad obſequia voluntatem. Verum eſt, ut ipſi noſtis, quod bona noſtra per vos et apud vos anno extiterunt preterito impedita, et ex hoc ſuſtinuimus grave dampnum. Tamen, ut inter civitatem veſtram et noſtram mutua vigeat hactenus amicitia, et bonum concordie perſeveret, renunciamus ſimpliciter hujusmodi bonis et omni noſtro dampno, quod tunc ſustinuimus et intuliſtis nobis, et hoc preſenti civitatis noſtre littera publice proteſtamur. Datum Bruneswic v kal. Septembris.

(1241—42?) Herzog Otto ſchenkt der Kirche St Marien und St Jacobi zu Oſterode ſeinen zur Vogtskote gehörenden Wald (ſilvam noſtram, que pertinet ad caſam advocati). *Unter den Zeugen* Baldewinus advocatus de Dalem. [105

Original zu Hannover, gedruckt bei Sudendorf, Urk.-B. 1, S. 19

1242. Das Cyriacusſtift überläßt Heinrich, ſeiner Frau und ihren Nachkommen vier Hufen bei Braunſchweig zu Erbzins. [106

Original zu Wolfenbüttel, die angehängt geweſenen drei Siegel fehlen.

IN nomine ſancte et individue trinitatis O. decanus totumque capitulum ſancti Cyriaci apud Bruneswich univerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in ſalutis auctore. Cum ex longo temporis protractu periculoſa legitimorum actuum cauſari ſoleat ut frequenter oblivio, conſultum utique fore nullus ambigit ſane mentis, ea ſcriptorum teſtimonio confirmari, quorum ad elidendum omne dubium utilis memoria pro tempore debet haberi. Omnibus igitur tam preſentibus quam futuris volumus eſſe notum, quod nos plena voluntate et communi totius capituli noſtri conſenſu dilectis in Chriſto Henrico et Elyzabeth uxori ſue, filiis quoque et filiabus ipſorum, ſi quos progenuerint, et filiorum filiis necnon et omnibus, ad quos hereditatis ſucceſſio juſta ducit, porreximus quatuor manſos ſitos juxta Bruneswich jure cenſuali perpetuo poſſidendos, quamdiu cenſum debitum, ſcilicet xxiiij ſolidos, annuatim in feſto ſancti Martini ſolverint expedite. Si autem predictus Henricus ex uxore ſua Elyzabeth, cui nunc matrimonialiter eſt conjunctus, heredem non habuerit inter eos morte ſolvente vinculum conjugale, et aliam vel terciam ac deinceps ſecundum chriſtiane permiſſionis indulgenciam ſuperducerit, de quacunque uxore heredes habuerit, mater cum filiis id juris habebit per omnia, quorum ſuperius fecimus mencionem. Denique ſi prenominatus Henricus debitum carnis exſolverit univerſe,

27 ſuperductt *Orig.*

uxore, filio vel filia non ſuperſtite fratres ſui carnales et heredes fratrum ſuorum bona nominata ſub cenſu debito libere poſſidebunt. Porro ſi uxorem ſine liberis poſt mortem ſuam reliquerit, relicta totius vite ſue temporibus poſſeſſionem bonorum illorum et jus inviolabile retinebit, et poſtquam mortua fuerit, manſos antedictos cum omni jure percipient, qui fratres ejus, id eſt uxoris, fuerint et heredes. Hujus facti noſtri teſtes ſunt canonici eccleſie noſtre Hermannus prepoſitus, Olricus decanus, Johannes cuſtos, Johannes vicedominus, Johannes Criſpus, Georgius, Hermannus, Hartmannus, Wernerus, Conradus, Johannes, Henricus. It̄ canonici ſancti Blaſii Winandus decanus, Wernerus cuſtos, Willekinus vicedominus, Zacharias, Alexander, Wilhelmus, Engelhardus, et plebani in Bruneswich Johannes de ſancto Martino, magiſter Regenbodo de ſancto Ulrico. It̄ milites Johannes de Welede, Ludolfus de Bortvelde, Ludolfus advocatus, Martinus Edelerus. It̄ burgenſes Conradus frater domine Sophie et filius ejus David, Henricus filius Windelmari, Johannes de ſancto Michahele et filius ejus Johannes, Conradus filius domine Sophie, Stephanus de Indagine et filii ſui Geroldus et Stephanus, Baldewinus filius domini David, Engellardus de Indagine et filii ſui Henricus, Theodoricus et Johannes, filii domini Conradi de Indagine Hermannus et Henricus et Conradus et Johannes, Hildebrandus de Luckene, Hermannus Boneke, Henricus Boneke, filii Hildeſidis Jordanus et Henricus et David, fratres Herbordus et Henricus, Ludolfus filius domini Meinrici, Ludeke de ſancto Michahele, fratres Bruno et Johannes, Johannes de Scimmenſtede, Henricus filius Hildebrandi, fratres de Wobeke Albertus et Geroldus, Daniel filius David et alii quam plures. Ut igitur hoc factum noſtrum ſine omni cavillacione ratum et ſtabile perſeveret, preſens ſcriptum eis dedimus roboratum ſigillis eccleſiarum, noſtre videlicet et beati Blaſii, necnon et burgenſium in teſtimonium et in ſignum. Datum anno domini incarnacionis m° cc° xl° ij°.

1243 Braunſchweig. Herzog Otto läßt zu, daß beim Stifte St Cyriaci vor Braunſchweig (extra muros Bruneswic) *die Hebungen der durch Todesfall erledigten Pfründen wie im erſten Jahre den Erben des Verſtorbenen, ſo im zweiten der Kirche zu ihrer Nothdurft ſollen zu gewandt werden, und erſtreckt dieſe Nutzung zugleich auf das erſte Jahr der Erledigung von Pfründen durch Profeß der Inhaber zu einem Mönchsorden. Unter den Zeugen* Henricus Engelhardi. Datum in Bruneswic anno incarnationis dominice m° cc° xliij°. [107

Das Original iſt verſchollen: gedruckt in (Hinübers) Sammlung ungedruckter Urk. und anderer zur Erläuterung der Niederſ. Geſch. u. Alterth. gehörigen Nachr. II, St. 3, S. 67. — Vgl. No 65.

1243 März 9 Halberſtadt. Biſchof Meinhard eignet dem Kloſter Königslutter den Zehnt in Schorſtedt, den die Holtnicker zu Lehn trugen .... Cum vir nobilis Hermannus de Eleſe de-

cimam in Schoderſtede de manu noſtra jure feodali teneret et eam Wasmodo et Henrico fratribus de Schoderſtede et eorum uxoribus Eliſabet et Jutten in feodum conceſſiſſet, et medietatem ejusdem decime, que Wasmodum et uxorem ejus contigit, Hermannus et Henricus, burgenſes in Brunsvig, qui Holtnicker dicuntur, et eorum filii ab eodem Wasmodo tenerent in feodo, dilecti nobis in Chriſto Ludolfus abbas et conventus in Luttere omnes hos premiſſos ad hoc conduxerunt, quod prefati burgenſes in Brunsvig medietatem prefate decime Wasmodo, Wasmodus vero et uxor ſua eandem medietatem, et Jutta, vidua prefati Henrici fratris ejusdem Wasmodi, ſuam medietatem, quam adhuc non infeodatam tenebat, dicto Hermanno nobili et idem nobilis de voluntate et conſenſu Hermanni filii ſui nobis liberam reſignarent . . . . Acta ſunt hec anno ab incarnatione domini m cc xliij. . . . Datum Halb. per manum Alberti notarii noſtri vij Idus Martii, pontificatus noſtri anno ſecundo. [108

Aus Meyboms handſchriftlicher Chronik von Königslutter zu Wolfenbüttel gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſtifts Halberſtadt II, S. 42.

1244. Propſt Eberhard und Convent zu Steterburg überweiſen zum Entgelt für die Seelſorge zu Melverode (cura in Meinolverode), *die Archidiaconus Burchard dem Biſchof Meinhard von Halberſtadt aufgelaſſen und dieſer ihrem Kloſter beigelegt hat, der Kirche zu Stöckheim eine Hufe, zwei Wurten und einen Morgen Landes, wogegen das Dorf Melverode hinfort von aller bisherigen Pflicht* (ab omni jure et debito, ſcilicet a luminaribus, ab oblacionibus ſacerdotis in Stockem, a tectis et ſtructuris ejusdem eccleſie reficiendis, a precio eccleſiaſtici) *befreit ſein ſoll.* Arbitri ſunt Johannes de Tſeverlingeborch, canonicus in monte apud Brunswich, Johannes ſancti Martini, Nicolaus ſancte Catharine, Albertus ſancti Magni plebani Brunswicenſes, Johannes de Atleveſſen, Henricus Holtnicker. teſtes vero Henricus de Witmere (plebanus), magiſter Syfridus de Hildenesheim, Bartoldus de Mandere, Johannes de ſancto Michaele et filii ſui Johannes et Eiko et alii quam plures burgenſes in Brunswich. Acta ſunt hec anno gracie m°cc°xliiij°. [109

Steterburger Copialbuch zu Wolfenbüttel S. 581. — Vgl. No 99.

1244. Johannes, Canonicus zu St Cyriaci, und die Pfarrer Johannes zu St Martini, Nicolaus zu St Katharinen, Albertus zu St Magni in Braunſchweig und Johannes zu Atzum (Atleveſſen) *bekunden, daß das Kloſter Steterburg zum Entgelt für die ihm durch Biſchof Meinhard von Halberſtadt nach Verzicht des Archidiaconus Burchard übertragene Seelſorge zu Melverode der Mutterkirche zu Stöckheim eine Hufe, eine Wurt (!) und einen Morgen Landes*

geſchenkt hat, deren Hebungen der dortige Pfarrer (miniſter) *genießen ſoll. Zeugen* Conradus ſancti Andree, Henricus plebanus in Withmere, magiſter Siffridus, Johannes de ſancto Michahele et filii ſui Johannes et Eiko, Bertoldus de Mandere, burgenſes in Brunswich. Acta ſunt anno gracie m° cc° xliiij°. [110

Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 126.

(1245.) Junker Balduin v. Schöppenſtedt eignet dem neuen Spitale die Hälfte von anderthalb Hufen in Rottorf. [111

Original im Stadtarchive mit wohlerhaltenem dreieckigem Siegel: quer getheilter Schild, oben ein Topfhelm von vorn, mit ſieben Büſchen beſetzt, unten zwei mit Ringen belegte Sparren: Umſchrift ✠ SIGILLUM· BOLDEWINI·DE·DALEM. *Rückvermerk des XIV Jahrh.* de ij ma. in Rodtorpe.

UNiverſis in Chriſto fidelibus Boldewinus juvenis de Schepenſtide hanc litteram inſpecturis ſalutem in domino. Noſcant univerſi, quod ego Boldewinus ob dei amorem et intemerate virginis Marie dilectionem novo hoſpitali in Bruneswic contuli proprietatem a manſo et dimidio in Rodtorpe dimidietatem. Unde noſcant univerſi, quod, quicunque predicta infeſtaverit bona, quia ipſis omnem dabo warandiam ſuper bona prefata, omni qua potero moleſtare non tardabo.

12 amore *Orig.* 13 dilectione *Orig.*

1245. Herzog Otto ertheilt allen Einwohnern der Altenwik das Recht der Innung und alles Recht der Bürger in der Altſtadt. [112

1, S. 10. — Vgl. No 98 u. Nitzſch, Niederd. Genoſſenſchaften (Ber. d. K. Akad. d. W. zu Berlin 1879) S. 15.

1245 November 13 Braunſchweig. Herzog Otto beſtätigt die Gründung des neuen Marienſpitals, nimmt ſelbiges in ſeinen Schutz und befreit es von aller fremden Botmäßigkeit. [113

Original im Stadtarchive, cm 32×37, ſehr zierliche Schrift, mit Otto letztem Siegel (ſ. No 79) an rothem Seidenſtrange. Gedruckt bei Rehtmeier, Chron. 1, Beil. S. 137, in den Orig. Guelf IV, S. 204, bei Piſtorius, Amoenitates hiſtorico-juridicae VIII, S. 2330 und im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 166.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia Otto dux de Bruneswic omnibus in perpetuum. Quecunque ad honorem omnipotentis Dei laudabiliter inchoantur, ab omnibus Chriſti fidelibus merito promoventur, quia a retributore bonorum omnium proinde premium exſpectatur, qui pro transitoriis eterna retribuit, immo eciam adicit quod oratio non preſumit. Noverit igitur preſens etas, et futura poſteritas plenius intelligat et cognoſcat, quod dilecti burgenſes noſtri de Bruneswic pietatis ſpiritu inſpirante utilius conſiderantes, talenta ſibi a

31 inſprante *Orig.*

domino commiſſa cum fructu multiplici reportare quam in terra abscondere negligenter, de bonis ſibi a domino collatis hoſpitale unum in honore beate Marie virginis in Vico veteri conſtruxerunt, in quo recipiantur debiles et infirmi, et eis ibi neceſſaria miniſtrentur. Et juſte in laudem matris miſericordie domus illa conſtructa eſt, in qua debent multa miſericordie opera favente domino exerceri. Nos igitur inſpecto pio devotionis eorum affectu, ut opera eorum bona proximis luceant et alios ad ſubveniendum illi loco provocent et inducant, ipſis ad hoc noſtrum conſenſum et bonam voluntatem adhibuimus et favorem, ita ut hoſpitale ſuperius memoratum ſemper ſit ſub nobis et noſtris heredibus et ſucceſſoribus et burgenſibus civitatis Bruneswic et liberaliter ſit ſolutum a quolibet magiſtratu, ſed bona, que infirmis de bonorum elemoſinis fuerint conquiſita, ad uſus pauperum ſolummodo convertantur nec alias ad locum aliquem deportentur. Que bona ab advocatia eſſe libera volumus et ſicut propria bona noſtra illa defendere volumus et tueri. Sane ut hoc factum nemo in poſterum poſſit propter maliciam inmutare, preſentem paginam inde conſcriptam roboravimus ad cautelam. Hujus rei teſtes ſunt clerici Rotholfus prepoſitus ſancti Blaſii, Winandus decanus, Wernerus cuſtos, milites dominus Bernardus de Dorſtat, dominus Luthardus de Meinerſem, Ekbertus de Wlferbutle, Anno de Heimborch, Heinric Grubo marſcalcus noſter, Anno dapifer noſter, Heino de Wenethen, Ludolfus et Gevehardus fratres de Borthvelde, burgenſes Ekbertus prope cimiterium, Hermannus Holtniker, Johannes Longus, Heinricus Timmonis filius, Hermannus de Indagine, Albertus de Wobeke, Lutbertus de puteo, David monetarius, Hermannus, Heinricus, Thidericus fratres Bonekones, Ethelerus de domo, Heinricus de Saldere, Henricus de Oldenthorpe, Conradus filius Sophie, Conradus frater Sophie, Henricus Windelmari filius et Johannes frater ſuus, Conradus Holtnicker, Johannes de ſancto Michahele et alii quam plures. Acta ſunt hec anno dominice incarnacionis m° cc° quadrageſimo v°. Datum Bruneswic per manum Henrici notarii in die Brictii.

1 neglienter *Orig.* 5 excerceri *Orig.*

1245 November 15 Langenſtein. Biſchof Meinhard von Halberſtadt nimmt das neue Marienſpital in ſeinen Schutz und ertheilt deſſen Förderern zwanzig Tage Ablaß. [114

Original im Stadtarchive mit wohlerhaltenem Siegel an rothweißem Seidenſtrange. Rückvermerk des 14 Jahrh. de confirmacione epiſcopi Halberſtadenſis. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. hiſt.-jur. VIII, S. 2331 und bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſtifts Halberſtadt II, S. 69.*

IN nomine ſancte et individue trinitatis Meinardus Dei gratia Halberſtadenſis epiſcopus in perpetuum. Pia predeceſſorum noſtrorum ſequi cupientes veſtigia, ea que per devotionem fidelium ad gloriam Dei et ſuſtentationem pauperum, in quorum perſonis ipſe dominus veſtitur,

hoſpicio recipitur, paſcitur et potatur, feliciter inchoantur, ita ducimus pio affectu proſequenda, ut de die in diem per Dei gratiam accipiant incrementum et proceſſu temporis maneant inconvulſa. Cum igitur fideles et Deo devoti burgenſes in Brunswic inſpirante domino in eadem civitate conſtruere diſpoſuerint hoſpitale, in quo recipiantur pauperes et infirmi, et jam infra terminos noſtre dioceſis ad hoc comparaverint locum aptum ad perficiendum deſiderium voti ſui, nos eis in hac parte pium per omnia prebentes aſſenſum, locum ipſum cum omnibus nunc habitis et habendis in futurum ſub noſtram protectionem ſuſcipimus, ipſum ad ordinationem jam dictam banno noſtro in nomine domini confirmantes et perpetuum ei libertatem concedentes, ita quod ſolius domini ducis et ſuorum heredum dominio ſit ſubjectus nec alicui in poſterum poſſit ſubici vel donari, quod et nos ſub pena excommunicacionis diſtrictius inhibemus. Si quis etiam ſuadente diabolo hoſpitale idem ſeu bona ſua habita et habenda et perſonas ſibi attinentes temere moleſtare preſumpſerit, indignationem Dei omnipotentis et noſtri anathematis ſe noverit incurriſſe. Ut eciam ad perfectionem dicte domus magna fidelium devotio excitetur, omnibus, qui ad perfectionem ejus ſuum curaverint auxilium inpertiri, de omnipotentis Dei confiſi miſericordia viginti dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Actum et datum Langenſten anno gratie mº ccº xlvº xvij kalendas Decembris, pontificatus noſtri anno quarto.

1245 Nov. 30. Abt Dietrich von St Aegidien überläßt mit Zuſtimmung ſeines Convents den Brüdern Arnold, Johann und Ludolf und ihrer Mutter Margarethen eine halbe Hufe zu Wierthe (Wirete) *zu freiem Beſitz. Unter den Zeugen* dominus Henricus Boneke, dominus Henricus advocatus, dominus Ethelerus, dominus Ekbertus et frater ſuus, dominus Lutbertus prope fontem. Acta ſunt hec anno gracie mº ccº xlº vº, data per manum prenominati abbatis in clauſtro ſancti Egidii in die videlicet ſancti Andree. [115

Original zu Wolfenbüttel.

1246. Propſt Eberhard und Convent zu Steterburg (in einer beſondern Urkunde auch Biſchof Konrad von Hildesheim) bekunden, daß die Witwe Ritter Ludolfs v. Geitelde (Getlede) *dem Kloſter Steterburg alles Recht an fünftehalb Hufen daſelbſt und an fünf Hufen in Steder* (Stedere), *die ihr Eheherr einſt von dem Kloſter zu Lehen getragen, um die aber ſie dann dieſes angefochten hatte, nunmehr unter Vorbehalt einer Leibzucht für ihr dortiges Kloſterkind überlaſſen hat. Unter den Zeugen* Hermannus advocatus domini ducis, Edelerus, Johannes de ſancto Michahele, Henricus Holtnicker, Henricus Boneke burgenſes in Brunswich. Acta ſunt hec anno gracie mº ccº xlº vjº. [116

Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 129 ff., gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 167

1246 November 28 Braunſchweig. Biſchof Heinrich von Merſeburg mahnt zu Beiträgen für den Bau des neuen Marienſpitals und gewährt deſſen Förderern vierzigtägigen Ablaß.

Original im Stadtarchive mit wohlerhaltenem Siegel. [117

HEinricus permiſſione divina Mersburgenſis epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum audituris ſalutem in omnium ſalvatore. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu ſeminare in terris, que multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, eternam de benedictionibus metet vitam. Cum igitur hoſpitale pauperum infirmorum in Bruniswich de novo glorioſe conſtruatur, et dictum hoſpitale ſine plebis fidelis auxilio minime valeat conſummari, univerſitatem veſtram monemus, rogamus et in domino ſalubriter exhortamur, quatinus de bonis vobis a Deo collatis prefate ſtructure pia caritatis ſubſidia erogetis, ut propter hec et alia bona, que domino inſpirante feceritis, pater miſericordie graciam in preſenti et gloriam vobis augeat in futuro. Nos vero confiſi de omnipotentis Dei miſericordia et auctoritate noſtra omnibus, qui juxta facultates ſuas ſepedicte ſtructure ſuas elemoſinas largiuntur, ſi vere confeſſi contritique fuerint, xl dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Datum Bruniswik anno gracie m°cc°xlvj°, iiii kalendas Decembris, quarta indictione, pontificatus noſtri anno ſecundo.

1247. Braunſchweig an Hamburg: verheißt deſſen Bürgern auf den Fall eines Krieges der beiderſeitigen Landesherren vierzigtägige Sicherheit an Gut und Leben. [118

Nach der Abſchrift in dem 1842 verbrannten Liber privilegiorum quadratus zu Hamburg gedruckt im Hamb. Urk.-B. 1, S. 457. Regeſt im Hanſ. Urk.-B. 1, S. 115. Vgl. Koppmann, Die älteſten Handelswege Hamburgs S. 9, und Hänſelmann, Die Beziehungen Braunſchweigs zu den Harz- und Seegebieten (Hanſ. Geſch.-Bll. 1873, S. 1 und Werkſtücke 1, S. 37). »Dreyers Notiz im handſchriftlichen Index chronol. dipl. archivi zu Lübeck: Pacta conventa inter Lubecam, Hamburgum et Brunsvigam de mercibus Lubecenſium et Hamburgenſium omnimodo ſalvis, ſi quando dux Brunsvicenſis ipſam Brunsvigam bello adoriatur, *1247, Hamb. Urk.-B. 1, No 542 Anm., Lüb. Urk.-B. 11, No 20, ſcheint auf einem Mißverſtehen unſeres Schreibens von Braunſchweig zu beruhen und iſt unbrauchbar: Dreyer, unzuverläſſig wie einer, führt faſt überall irre.« Höhlbaum, a. a. O. Anm. 2.*

HOnorabilibus viris ac merito laude dignis Conſulibus in Hamborg Conſules de Bruneswic expoſitam ad eorum beneplacita voluntatem. Quoniam intereuntibus hominibus ipſorum facta pariter intereunt, neceſſe eſt, ut que a memoria hominum poterunt evagari, litte-

30 digni *Handſchrift*

rarum ſuperſcriptionibus fulciantur. Ydoneitati veſtre preſente ſcripto cupimus declarari, quod omnem amicitiam vobis univerſis et ſingulis ad nos venientibus, quam exhibere valemus, inpendentes, medio vero tempore, ſi forte, quod abſit, inter dominum noſtrum et dominum veſtrum oriri contigerit discordiam, bona veſtra ſimul et corpora tamquam noſtra penes nos volumus eſſe protecta, quousque xl dies vobis ante dedicamus. Igitur, ut hec omnia firma maneant et illibata, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine in robur perpetuum neceſſarium duximus communire. Datum per manum David de Bruneswic anno gracie m°cc°xlvij°.

4 contingerit *Handſchrift*

1247 Braunſchweig. Herzog Otto ertheilt den Bürgern von Duderſtadt außer mehren anderen Gnaden auch die Befugniß, ſich beliebig das Recht irgend einer ſeiner Städte zu erwählen und zollfrei in Braunſchweig zu handeln: liberaliter promittentes eis nihilominus confirmationem juris de una civitatum noſtrarum electi . . . et quod libere ſemper emant et vendant ſine theloneo in civitate noſtra Brunswic . . . . Datum aput Brunswic anno gratie mcc quadrageſimo ſeptimo. [119

Nach dem Drucke bei Wolf, Geſch. u. Beſchr. der St. Duderſtadt, Urk. S. 4, bei Jager, Urk.-B. d. St. D. S. 1. Vorher auch bei Gengler, Cod. jur. munic. S. 913 und bei Doebner, Die Städteprivil. Herz. Otto des K. etc. S. 30. Doebner zweifelt die Echtheit der Urkunde an.

1248 Braunſchweig. Abt Dietrich und Convent zu St Aegidien bekunden, daß ſie von Herrn Heinrich, Prieſter zu Weſtmander (Weſtmandere), *dem Sohne Herrn Wichberts von Braunſchweig, 20 l. Mark zum Ankauf von anderthalb Hufen zu Kl. Denkte* (in parvo Denethe) *empfangen und ſich dagegen verpflichtet haben, Herrn Heinrich lebenslang alle Jahr, und ein Jahr nach ſeinem Tode wem ers zuwenden will, zehn Marktſcheffel* (modios forenſes) *Korn aus ihrem Kornhauſe zu reichen, hernach aber den ganzen Zinsertrag halb zu ſeiner Jahrzeit, halb zu gemeinem Nutzen des Kloſters zu kehren. Unter den Zeugen* Heinricus Holtnicker, Heinricus filius Engelardi, Rodolfus monetarius, Wicpertus de Golingeſtrate. Datum Bruneswic anno domini m°cc°xl°viij°, anno biſextili. [120

Original zu Wolfenbüttel.

(1249.) Rath und Burgenſen zu Stade an die von Braunſchweig: nehmen die dortigen Kaufleute in Schutz. [121

Das Original, welches Rehtmeier im Stadtarchive noch vorfand, ift inzwifchen verfchollen. Gedruckt bei Rehtmeier, Chronica 1, S. 481 und bei (Pratje), Die Herzogthümer Bremen und Verden VI, S. 119; Regeft im **Hanf. Urk.-B. 1, S. 121.**

HOnorabilibus viris ac providis virtutibusque decoratis, univerfis Confulibus ceterisque burgenfibus in Bruneswic conftitutis univerfi Confules totaque communitas burgenfium in Stadio paratum ac fidele in omnibus obfequium. Literis noftris prefentibus veftre univerfitati infinuamus, quod burgenfes veftros ad civitatem noftram cum bonis et rebus fuis venientes ac redeuntes in protectionem noftram ac defenfionem recipimus erga omnes illos, qui pro nobis quicquam facere et dimittere voluerint et noftri amici exiftunt, ut, fi qui malefactores antedictos veftros burgenfes in perfona vel in bonis fuis moleftaverint vel dampnum aliquod fecerint, eisdem, tanquam noftris burgenfibus factum effet, refiftere fecundum poffibilitatem noftram nullatenus intermittemus. Si aliqua inimicicia inter nos orietur, hoc vos medio tempore ad diem prefixum prefcire faciemus, ut de rebus veftris, fi quas in civitate noftra habetis, prout vobis placuerit, ordinabitis.

1249. Vögte, Rath und Burgenfen zu Stade verheißen den Kaufleuten von Braunfchweig ungehinderten Verkehr und Schutz ihrer Perfonen und Güter. 122

Original im Stadtarchive; von dem mittlern, dem Stadtfiegel, ift nur noch das Band, ein rother Seidenftrang, vorhanden; die ebenfo befeftigten der Vögte zeigen im Zinnenfchnitt gefpaltene Schilde und das erfte, kleinere die Umfchrift ✠ SIGIL . . OCAT . . . DION . . ., *das andere die Umfchrift* SIGILLUM·HEIN-RICI·ADVOCATI·DE·STADIO. *Rückvermerk des XIV Jahrh.* Judicum et confulum Stadenfium fuper le . . ., *des XV Jahrh. von älterer Hand* Regiftrata, *von jüngerer* Friheit to Stade. *Die durch ein eingefchnittenes großes Loch zerftörten Theile von vier Zeilen find hier nach einer Abfchrift des XVI Jahrh. ergänzt.* **Gedruckt im Hanf. Urk.-B. 1, S. 121.**

UNiverfis Chrifti fidelibus, quibus prefens fcriptum infpicere contigerit, Godefridus et Henricus advocati Stadenfes, Confules ceterique burgenfes ejusdem loci in falutis auctore gaudium cum falute. Quoniam intereuntibus hominibus ipforum facta pariter intereunt, neceffe eft, ut que a memoria hominum poterunt evagari, litterarum fuperfcripcionibus fulciantur. Noverit igitur fidelis etas prefencium et difcat felix fucceffio futurorum, quod nos univerfis burgenfibus et negociatoribus de Bruneswic indulfimus accedendi et incedendi inter nos in negociis et negociacionibus fuis, infuper et recedendi, qua hactenus gavifi fuerint, liberam facultatem. Infuper ubi noftrorum jurium viget aminiculum, indempnitati eorum bona fide caventes

Lücken im Original: 29 neg[ociato]ribus 30 neg[ociacionibus fu]is 31 u[bi noftrorum ju]rium

benivoli erimus et parati, ipſos ipſorumque bona, undecumque perveniant, tanquam noſtra omni quo poſſumus patrocinio defendere. Quicumque enim eos ſuper hoc infeſtaverit, noſtra publica ſentencia proſequatur. Ut igitur factum iſtud firmum maneat et illibatum, preſentem paginam hanc inde conſcribi fecimus et ſigillis noſtris corroborari. Actum anno gracie m°cc°xl°ix°.

Lücke im Orig. 1 erim[us et parati]

1249. Der Rath zu Braunſchweig verheiſst den Stadeſchen Kaufleuten ungehinderten Verkehr und Schutz und Schirm ihrer Perſonen und Güter. [123

Original mit dem alten Burgenſenſiegel an gelben Seidenſchnüren zu Stade; gedruckt bei (Pratje) Die Herzogthümer Bremen und Verden VI, S. 120; Regeſt bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. I, S. 121. — Im Tenor lautet dieſe Urkunde No 122 faſt gleich.

UNiverſis Chriſti fidelibus, quibus preſens ſcriptum inſpicere contigerit, Conſules Brunesvicenſes in ſalutis auctore gaudium ac ſalutem. Honeſte conſuetudinis eſt et probate racionis, ut ea faciamus ſcripturis auctenticis confirmari, que nec a nobis nec a poſteris volumus ignorari. Noverit igitur fidelis etas preſencium et diſcat felix ſucceſſio futurorum, quod nos univerſis burgenſibus et negociatoribus de Stadhis indulſimus accedendi et incedendi inter nos in negociis et negociacionibus ſuis, inſuper et recedendi, qua hactenus gaviſi fuerint liberam facultatem adeo: ubi noſtrarum virium viget aminiculum, indempnitati eorum bona fide caventes benivoli erimus et parati, ipſos ipſorumque bona, undecumque perveniant, tamquam noſtra omni quo poſſumus patrocinio defendere. Quicumque enim eos ſuper hec infeſtare preſumpſerit, noſtra publica ſentencia proſequetur. Ut igitur factum iſtud firmum maneat et illibatum, preſentem paginam hanc inde fecimus conſcribi et ſigilli noſtri munimine corroborari. Acta ſunt hec anno gracie m°cc°xl°ix°.

No 122: 12 cum ſalute 16 adeo] Inſuper virium] iurium 19 ſuper hoc infeſtaverit 20 ſigillis noſtris

(1249?) Abt Dietrich von St Aegidien tauſcht mit dem altſtädter Rathe gewiſſe Wurtzinſe aus. [124

Original im Stadtarchive mit dem beſchädigten runden Kloſterſiegel. — Dietrich wird als Abt 1226—49 genannt; die Reihe der Rathleute giebt keinen Fingerzeig für eine genauere Datierung.

NOtum ſit univerſis Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, preſentem litteram inſpecturis, quod ego Teodericus Dei gracia abbas ſancti Egidii confeſſoris in Bruneswic ad peticionem Conſulum Antique civitatis unanimi conſenſu mei conventus feci concambium

28 *Im Originale* bruneſuuik

quorundam denariorum cenſualium, qui vulgariter worthpenninge dicuntur, ad xiii ſolidos ſingulis annis eſtimatorum, octo deinceps ſolidos in vigilia beati Jacobi omni contradictione excluſa annuatim recepturus. Et ne quis hanc conmutacionem a me factam in poſterum caſſare valeat, preſentem litteram eccleſie mee ſigilli appenſione roboravi. Hujus conmutacionis teſtes ſunt prefati Conſules, videlicet Hermannus de Achem, Heinricus Holtnicker, Heinricus Timmonis filius, Johannes prope ſanctum Michahelem, Tidericus Boneco, Balduwinus filius David.

1 uulgaliter *Orig.* ad'a: *im Orig. an Stelle des* d *anſcheinend Raſur* 3 a me *im Orig. über durchſtrichenem* a nobis 4 mee] noſtre *Orig.* apenſione *Orig.* 5 videliced *Orig.* 6 balduuuinus *Orig.*

1249. Propſt, Priorin und Collegium des Kloſters Dorſtadt verkaufen dem Marienſpitale viertehalb Hufen ſammt Zubehör zu Biewende. [125

Original im Stadtarchive mit wohlerhaltenem Siegel an gelbrothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. de iiij manſis in Bivenden. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoenit. pol.-jur. VIII, S. 2332.*

IN nomine ſancte et individue Trinitatis Bertholdus Dei gracia prepoſitus, Johanna prioriſſa totumque collegium beate Marie virginis in Dorſtat univerſis Chriſti fidelibus hanc litteram inſpecturis veram in domino caritatem. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, poni ſolent in lingua teſtium et litterarum memoria perhennari. Sciant ergo preſentes ac poſteri, quod hoſpitale novum beate Marie virginis in Bruneswic manifeſta et racionabili cauſa nobis perſuadente conmuni conſenſu et unanimi voluntate tres manſos et dimidium cum areis et aliis attinentibus ſitos in Biwende conparavit a nobis titulo empcionis. Ut igitur factum iſtud firmum maneat et illibatum, preſentem paginam hanc inde fecimus conſcribi et ſigilli noſtri munimine corroborari. Hujus rei teſtes ſunt humiles ancille Chriſti et ffratres noſtri cenobii Gertrudis de Wincenborh, Oda et Cecilia de Wittenvils, Eckehardus ſacerdos, ffratres Winandus, Jordanis, Luderus, Albertus. Conſules Bruneswicenſes Conradus Sophie, Conradus Holtniker, Arnoldus de Calve, Henricus Engelardi, Hermannus Conradi, Hermannus Wlverammi, Johannes de ſancto Michahele, Ecbertus, Johannes Longus, Heiſo Timmonis, Jordanis, Henricus Davidis et alii quam plures. Actum anno gracie m° cc° xl° viiij°.

1249 Braunſchweig. Ritter Johann v. Wöhlde (dictus de Woledhe) *verkauft und eignet dem Kreuzkloſter elf Hufen mit der Kirche zu Lehndorf* (vendidimus et in proprium dedimus undecim manſos cum eccleſia in Lendorp ſitos cum omni jure, videlicet curiam eccleſie adjacentem cum ſeptem manſis, ipſam eccleſiam in Lendorp cum curia et quatuor manſis cum patronatu et advocatia). *Unter den Zeugen* Ekbertus de cimiterio et Ludolphus de ſeptem turribus,

Baſilius, Henricus advocatus, Henricus Boneko, Rolandus. Acta ſunt hec Brunswic anno domini m° cc° quadrageſimo nono. [126

Original zu Wolfenbüttel mit dem Siegel des Edeln Bernhard vom Hagen an weißem Zwirnſtrange. — Bernhardus miles dictus de Indagine *bekundete dieſen Verkauf ſeines Schwagers Johann von Wöhlde ſchon 1245 (Original zu Wolfenbüttel); vom Patronat heißt es damals:* qui tantum ad eundem Johannem ... predictum pertinebat, nulli hominum in eodem patronatu aut electionem in ſacerdote[m] aut aliud aliquod jus recognoſcens.

1249 Jan. 8 Weſtminſter. König Heinrich von England erläßt Konrad von Braunſchweig die Buße für unvorſätzliche Tödtung Dietrichs vom Oſtlande und befiehlt dem Sherif von Northampton, ihn in ſeiner Ballei zu dulden und ſeine arreſtierte Schiffsladung freizugeben. [127

Nach Junghans' Regeſt aus dem Rotul. lit. clauſ. im Tower zu London bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. 1, S. 122.

1249 Apr. 12 Achim. Die Witwe und Kinder Herrn Alards von Bremen verkaufen dem dortigen Deutſchordenshauſe Güter in Horn (Horna), *geloben deren Eigenthum vom Erzbiſchofe zu erwerben und ſtellen hierfür Bürgen, die Einlager in einer von neun Städten geloben, wohin ſie ſich ohne Lebensgefahr begeben können.* Nomina civitatum ſunt hec: Bruneswic, Hildeſſem, Honovere, Szelle, Nienburg, Hoya, Verda, Brema et Wildeshuſen. Acta ſunt hec proxima ſecunda feria poſt octavam paſche in Hachem juxta pontem, quo transitur per aquam, que Alre vocatur, anno domini m° cc° xl° ix°. [128

Original zu Bremen, gedruckt im Brem. Urk.-B. 1, S. 282.

1249. Propſt, Dekan und Capitel zu St Cyriaci übertragen dem Prieſter der Liebfrauenkapelle einen Garten vor dem Hohen Thore. [129

Original zu Wolfenbüttel mit zwei ſtark beſchädigten paraboliſchen Siegeln an weißen Schnüren, das erſte unkenntlich, an zweiter Stelle das des Capitels St Cyriaci.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Hermannus Dei gratia prepoſitus, Georius decanus, totumque capitulum ſancti Cyriaci in Bruneswic univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem et ſinceram in domino caritatem. Quoniam ea, que geruntur in tempore, ne labi poſſint cum tempore, litterarum apicibus ſolent frequentius eternari, ſciant preſentes ac poſteri, quod divina mediante gracia ortum quendam contra Altam portam civitatis

Im Orig. 24 Hermannus] Her. Georius] G.

ſitum, quem a nobis Adelheidis vidua jure tenuit feodali, ipſa vidua ceterisque ſuis heredibus reſignantibus ad ſacerdotis capelle beate virginis Marie ſubſidium liberaliter contulimus et expedite, eidem eciam ſacerdoti omne jus in illius orti locatione pariter aſſignando. Ne quis igitur peſtilens hanc noſtram ordinationem in poſterum temere valeat infirmare, preſentem paginam ſuper his conſcriptam ſigilli noſtri munimine pariterque ſigillo noſtre eccleſie duximus roborandam. Teſtes autem hujus rei ſunt memoratus Hermannus prepoſitus, Georius decanus, Johannes Criſpus, Johannes de Tſeverliggeborgh cuſtos et vicedominus, Rotherus, Arnoldus, Luderus canonici noſtre eccleſie, et Wernerus de Bortvelde et Jordanis de Blankenborgh canonicus majoris eccleſie in Hildenſem, et Willekinus, et magiſter Alexander canonicus ſancti Blaſii in Bruneswic et alii quam plures. Acta ſunt hec anno domini m° cc° xl° nono.

1249. Vicedominus Burchard von Halberſtadt, Archidiaconus (zu Atzum), eximiert das Marienſpital von der Pfarre St Magni. [130

Original im Stadtarchive mit den Siegeln des Archidiaconus und des Pfarrers zu St Magni. Das erſte, parabolisch, in grünem Wachs, zeigt eine Prieſtergeſtalt mit Buch und Palmzweig und die Umſchrift: ✠ BURCHARD᷒ · HALBERSTADENS · VICEDNS *; das andere, rund, in Naturwachs, einen achtblättrigen Blumenkelch, Umſchrift:* DNS · VOBISCVM. *Rückvermerk des* XIV *Jahrhunderts:* de ſ. Magno. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoenit. pol.-jur.* VIII, *S. 2350 und bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt* II, *S. 105, wo Taf.* VIII *No 52 auch das Siegel des Archidiaconus abgebildet iſt.*

B. Dei gracia vicedominus Halberſtadenſis et archidiaconus omnibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in Chriſto ſalutari. Beatus qui intelligit ſuper egenum et pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Si prophetice ſententie diligenter intendimus, ſumme ſalutis eſt, ut domibus pauperum, id eſt hoſpitalibus, conſilio et elemoſinis devote ſuccurramus, ut in die mala ſecuri ante tribunal Chriſti ſtare poſſimus. Hinc igitur eſt, quod aree tantum, in qua hoſpitale et cappella beate virginis ſita ſunt, curam cum ſepultura A. plebano beati Magni conſentiente liberam predicte domui perpetuo dimiſimus, hac videlicet racione mediante, ut magiſter hoſpitalis predicti duos ſolidos annuatim prebendarios in reſtaurum cure dimiſſe plebano beati Magni in feſto beati Mauritii promte inpendat. Ut igitur tam rationabilis actio inconwlſa permaneat, ſigilli noſtri munimine dignum duximus roborari. Teſtes vero hujus rei ſunt Teodericus abbas ſancti Egidii, Hedenricus ſacerdos ejusdem loci, Johannes de ſancto Michahele, Bertoldus Sartor et alii quam plures tam cleri quam laicorum. Datum anno milleſimo ducenteſimo, quadrageſimo nono.

(Um 1250.) Lehnsregiſter des Kloſters Steterburg. [131]

Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel. S. 9.

Hec ſunt pheodalia bona eccleſie in Steterborch.

HEc ſunt pheodalia eccleſie Stederborch aput Brunswich. Curia, que vocatur Richenberche, cum octo manſis et piſcatura et pratis. filii Martini habent. Wacken una curia et pomerium cum tribus manſis. Slengerdus habet. Veleten una curia cum duobus manſis. Stapel habet. Lauwerdesbutle curia cum uno manſo et Hilbettingerode decima. Hildebrandus et frater ejus habent. Brunſele quinque manſi cum aliis attinenciis. Cruceman de Lefforde habet. Wendhenhuſen duo manſi, et in Getlede dimidius manſus. Ludeke Mathie habet. In minore Eckelſem curia cum tribus manſis. Selegen habent. In minori Swlbere quatuor manſi et decima tocius ville cum piſcatura. Holtnickeri Conradus et Johannes habent. Gledinghe unus manſus. filius domini Henrici de Bortvelde habet. In Stedium tres manſi. Edelerus de Brunswich habet. Getlede duo manſi et ſeptem jugera. Ludeke Mathie et Ludolfus Sutor habent. Item in eadem villa unus manſus, quem habet Johannes de Bornem et uxor ipſius. poſt mortem unius iſtorum dimidius manſus vacabit eccleſie, poſt mortem vero amborum eccleſie Stederburgenſi manſus ex toto vacabit ſepedictus. In Stedere unus manſus habens triginta duo jugera. dominus Fridericus miles habet. Beddinghe eciam duos manſus Luderi progenies habet. Thide octo manſi. dominus Johannes miles dictus de Stockem habet tres cum curia ſua, filii Johannis Stapel habent tres, Wedekindus de Ganderſem habet unum. Hermannus Eyken dimidium, Olricus Dives habet dimidium. Vimmelſen due curie cum attinenciis earum. Lu. Geltwort habet unam, Eckelingus aput cymiterium unam. Bungenſtede una curia cum duobus manſis. Johannes de Luckenem habet. Meynolverode molendinum. Hackelenberch habet. Kapenſtockem quatuor manſi et unus manſus in campo, qui dicitur Woſtemarke. mater domini Conradi ſacerdotis, qui nominatur de Dhidikeſſen, habet. Lindum unus manſus et dimidius. Henricus Boneke habet unum, et dominus Spiring habet dimidium. Senedhe una curia et decima ſuper curiam. filii Florini habent et filius Conſtin habet quosdam agros. Conradus et Henricus filii Johannis Elye habent duos ſolidos aput Renneberche. Hermannus de Bortvelde habet unum manſum in campo Gledinghe.

Hec ſunt ſpiritualia: eccleſia in Lindum, eccleſia in Aderſeim, eccleſia in Beddinghe, eccleſia in Northeim, eccleſia Stedium et eccleſia in Meynolverode, eccleſia in Vechtelde.

11 filius—Bortvelde *ausradiert* 17 eciam duos manſos *nach ſpaterer Correctur* dimidius manſus

(Um 1250.) Burgenſen von Braunſchweig als Lehnsleute der edlen Herren v. Meinerſen. . . . Conradus et Conradus Holtnickeri [tenent ab illis de Meynerſem] decimam in Alvedeſſen et allo-

dium cum quatuor manſis. dominus Heinricus Timmonis quatuor manſos in Machterſem. dominus Johannes de Veletſtede ij^{or} manſos in Getere. dominus Hermannus de Guſtede monetarius dimidiam decimam in Guſtede . . . [132

Aus dem Lehnsregiſter bei Sudendorf, Urk.-B. 1, S. 11, Z. 12ff. Eintrag zweiter Hand, die nach Sudendorfs Annahme um 1250 ſchrieb.

1250. Propſt Winand und Kapitel zu St Blaſien übertragen dem Bürger Ekbert zu Erbzins eine Rodung bei der Stadt. [133

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel an gelbrothem Seidenſtrange

UNiverſis, qui hoc ſcriptum viderint, W. decanus et totum capitulum ſancti Blaſii in Brunswic devotas orationes in domino. Omnibus tam preſentibus quam futuris innoteſcat, quod nos Ecberto burgenſi quoddam novale juxta civitatem noſtram ſitum hereditario jure porreximus excolendum tali conditione, ut de quolibet jugere det eccleſie noſtre quatuor denarios annuatim. Hoc autem novale primis tribus annis ei dimiſimus ſine cenſu. quibus elapſis aut ipſe aut heredes ſui poſſidebunt ulterius, quamdiu prefatum cenſum ſolverint expedite. Datum anno domini m° cc° quinquageſimo.

1250. Herzog Otto verpfändet dem Kreuzkloſter die Vogtei über zwei Hufen zu Lehndorf (Lenthorpe) *und fünf Hufen am Rennelberge. Unter den Zeugen* burgenſes Henricus Boneko, Henricus filius Engelardi, Ludeko magiſter monete et Baſilius. Datum . . . anno dominice incarnationis m°cc°quinquageſimo. [134

Original zu Wolfenbüttel; gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 181.

1250 März 14 Braunſchweig. Herzog Otto verpfändet dem Marienſpitale die Wendenmühle.

Original im Stadtarchive, das Siegel Ottens letztes (ſ. Hanſ. Geſch.-Bl. 1893, S. 22 f.) an roth und gelbem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrhunderts: de molendino ante valvam Slavorum. *Gedruckt in den Braunſchw. Anzeigen 1747, S. 725 und im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 180.*

DEi gracia Otto, dux de Bruneswic, omnibus in perpetuum. Cum omnia, que fiunt ſub tempore, mutabilitatem temporis imitantia ſimul a memoria defluant hominum, niſi munimine ſcripturarum et teſtibus confirmentur, decet nos ea, que a nobis racionabiliter ordinantur, proborum virorum teſtimoniis committere atque ſcriptis. nam ſcriptura que ſibi fuerint inpreſſa,

etiam hominibus morientibus non patitur interire. Audiat igitur preſens etas et futura plenius intelligat et cognoſcat, quod nos de heredum noſtrorum voluntate pariter et conſenſu molendinum noſtrum ante valvam, ubi exitur verſus Wenethen, novo hoſpitali, quod eſt apud Longum pontem in Veteri vico, poſuimus in pignore pro octoginta marcis puri argenti tali condicione appoſita et ſubjuncta, ut dictum hoſpitale omnem cenſum, quem debet ſolvere prehabitum molendinum, totaliter recipiat, quousque nos vel noſtri heredes ſummam perſolverint antedictam. Ne ergo iſta obligacio nulli dubia in poſterum habeatur, vel a nobis vel noſtris heredibus infringatur, preſentem paginam inde conſcriptam et noſtro ſigillo inſignitam in teſtimonium erogavimus veritatis. Hujus rei teſtes ſunt Luthardus nobilis de Meinerſem, Ecbertus ſenior de Aſſeborh, Henricus de Heimborh, Gevehardus de Bortvelde, Herewicus camerarius noſter. Conſules vero civitatis Conradus filius domine Sophie, Heinricus Engelardi filius, Ekbertus, Arnoldus de Calve, Hermannus filius domini Conradi, Johannes Longus, Hermannus filius Wlverammi, Heiſo, Johannes prope ſanctum Michahelem, Jordanis, Conradus Holtnycker, Henricus et David fratres. Preterea Henricus Boneke, Henricus advocatus, Hillebrandus de Luckenem, Ethelerus et alii quam plures. Datum Bruneswic per manum Henrici notarii noſtri anno dominice incarnationis m°cc°l° pridie idus Marcii.

1250 October 17. Biſchof Meinhard von Halberſtadt beſtätigt dem Marienſpitale den ihm von dem Edeln Helmold v. Biewende geſchenkten Kirchenpatronat zu Groß Biewende. [136

Original im Stadtarchive mit drei Siegeln. das paraboliſche des Biſchofs (abgebildet im Urk.-B. des Hochſtifts Halberſtadt II, Taf. VII No 47) zerbrochen; wohlerhalten das runde des Archidiaconus Ludolf v. Schladen (ebd. T. VIII No 53) und das Helmolds v. Biewende (abgebildet bei v. Schmidt-Phiſeldeck, Geſchichte der Edeln v. Biewende, in der Zeitſchr. des Harz-V. VIII Taf. I No 3). Rückvermerk des XIV Jahrh. de ecclefia in Bivenden et de manſis. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoenit. pol.-jur. VIII, S. 2333 und im Urk.-B. des Hochſt. Halberſt. II, S. 112.*

MEynhardus Dei gratia Halberſtadenſis ecclefie epiſcopus imperpetuum. Cum inter precipua caritatis opera hoſpitalitatem diligere ſummopere jubeamur, dignum eſt et ſalubre, ut per pontificatus noſtri patrocinia ad hoſpitalitatis incrementa modis omnibus intendamus, ideoque notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod dilectus fidelis noſter Helmoldus de Biwinde, vir nobilis, de conſenſu heredum ſuorum Helmoldi, Liudolfi et Gunzelini contulit eccleſiam in Biwinde, proprietatis ſue, cum manſis et aliis omnibus attinentiis ſuis novo hoſpitali beate Marie virginis in Brunswich libere et abſolute cum omni jure et utilitate perpetualiter poſſidendam ſalvo jure noſtro et ſucceſſorum noſtrorum epiſcoporum et archidiaconorum loci in omnibus permanente. Ad habundantem etiam cautelam promiſit idem Hel-

moldus cum jam dictis pueris ſuis data fide in preſentia noſtra nobilibus viris Wlrado de Hesnem et Tiderico de Hesnem, Hermanno Boniken, Heinrico filio Engelhardi, civibus Brunswicenſibus, pro omni impedimento, ſi quod de hiis bonis dicto hoſpitali quocumque modo forſitan inmineret, ad juſtitiam reſpondere. Hujus rei teſtes ſunt Wicherus decanus, Burchardus vicedominus, Cono de Diepholt, Liudolfus de Sladem archidiaconus loci, Halb. eccleſie canonici, Hermannus prepoſitus de Stuterlingeburch, laici vero Bernardus de Horneburch, Ŭlricus de Strobike, Hugoldus de Rodhen, Heinricus de Conenrodhe, Bruno de Derneburch et alii quamplures. Acta ſunt hec anno domini m°cc° quinquageſimo xvj° kalendas Novembris. Et ut hec prefate domui hoſpitalis firma ſemper et ſalva conſiſtant, hanc paginam tribus ſigillis, noſtro videlicet Liudolfi archidiaconi loci necnon predicti Helmoldi, ſuper eo duximus roborandam, ſub interminatione anathematis firmiter inhibentes, ne quis quocumque auſu temerario contra ejus tenorem venire preſumat. Datum Halb. pontificatus noſtri anno nono.

Ego Helmoldus continentiam hujus pagine ratam habeo et hoc per appenſionem ſigilli mei fideliter recognoſco.

Lücken im Orig. 7 **Conenr[odhe, B[runo]**

1251. Heino v. Wenden, Schenk Juſarius, Burchard v. Wolfenbüttel und Ethelerus de domo *ſchlichten als Schiedsleute den Zwiſt des Kloſters Riddagshauſen mit den Brüdern Arnold und Dietrich v. Ohrum* (Orem), *Söhnen Herrn Albrechts v. Ahlum* (Adenem), *um Güter in Maſcherode* (Marſcheroth). *Zeugen* Johannes de Jerexhem, Conradus frater domine Sophie, Conradus filius ſororis ſue, Heinricus filius domini Eggelardi, Heinricus de Lata platea, Heyſo, Johannes et Bruno et alii plures. Acta ſunt hec anno domini m°cc°lj°. [137

Original zu Wolfenbüttel.

1251 Mai 29. Albertus, Archidiaconus in Denſtorf, verkauft an Ekbert vom Kirchhofe den Kamp zu Lehndorf. [138

Original zu Wolfenbüttel mit drei Siegeln. Rückvermerk des xv Jahrh. de agris in Lendorpe.

Albertus Dei gratia in Dennestorp archidiaconus omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in nomine ſalvatoris. Ad cautelam futuri temporis per hoc ſcriptum liqueat univerſis, quod ego agros quosdam in Lendorp ſitos, ad bannum Dennestorp pertinentes, qui Camp wlgariter appellantur, domino Ecberto de Bruneswic burgenſi, cujus habitacio eſt juxta eccleſiam ſancti Martini, pro decem marcis vendidi de conſenſu domini mei epiſcopi Henrici et capituli Hilden-

ſemenſis, quorum intereſt, ita ſibi et eccleſie Hildenſemenſi proſpicere, ut in dampnoſam rei eccleſiaſtice alienacionem non debeant aliquatenus conſentire. Ne eciam ego de precio vendicionis videar querere ſingulare lucrum, jam preordinavi utilitatem eccleſie de conſilio discretorum virorum. Ut autem factum meum maneat in poſterum, domini mei epiſcopi et capituli Hildenſemenſis et meo ſigillis duxi ſcriptum ſuper hoc roborandum. Actum anno gracie m° cc° li° iij° kalendas Junii.

4 in *im Original wiederholt.*

1251 November 26 Hildesheim. Biſchof Heinrich von Hildesheim bekundet, daß Johann v. Salder, ſeine Brüder, ſeine Frau Alheidis und ſeine Söhne Bodo und Burchard auf jeden Anſpruch gegen das Kloſter Riddagshauſen wegen drittehalb Hufen zu Lebenſtedt (Levenſtede) *verzichtet haben. Unter den Zeugen* Henricus de Bruneswic *und* Elerus de domo. Datum Hildenſem in craſtino beate Katerine anno domini m° cc° l° j° pontificatus noſtri anno v°. [139

Original zu Wolfenbüttel.

1252. Kloſter Dorſtadt verkauft Herrn Heinrich Boneken in Braunſchweig und ſeinen Erben drittehalb Hufen zu Kramme ſammt Zubehör zu Lehnrecht. [140

Original zu Dorſtadt, die drei Siegel beſchädigt. Das Burgenſenſiegel wie No 80.

BErtoldus Dei gratia prepoſitus in Dorſtat omnibus hanc paginam inſpicientibus et audientibus cum devotis orationibus ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod nos cum communi conſenſu noſtri conventus tercium dimidium manſum Cramme ſitum cum omnibus fructibus attinentibus tam in campo quam in villa et unum uſum ligniferum, qui dicitur holtnut, Dorſtat attinentem domino Henrico Boneconi vendidimus hoc promiſſo, ut nos aliique noſtri ſucceſſores, clauſtri Dorſtat prepoſiti exiſtentes et rectores, dicto Henrico Boneconi et mulieri ſue legitime puerisque ſuis tam filiabus quam filiis, juſtis heredibus, ex parte noſtra et tocius conventus feodali jure porrigamus et eadem bona de recto herede in rectum heredem hereditario jure devolvi permittamus. Cum igitur ea, que geruntur in tempore, ſimul cum ipſo a memoria humana Letheo flumine abluantur, niſi validis et evidentibus ſcripti coloribus memorie inpingantur, ne aliqua ſuper hujus vendicionis et emptionis forma in poſterum poſſit oriri calumpnia, hec littera ſuper hoc conſcripta tam noſtro quam noſtri conventus ſigillo burgenſiumque in Bruneswic nobis totoque noſtro conventu conſentientibus exiſtit roborata. Preterea ad majorem hujus conventionis evidentiam tam domine quam fratres

28 hec] hac *Orig.*

ſub hiis nominibus: Oda prioriſſa, Eufemia, Sophia, Mechthildis, Wildelburgis, ... Everhardus ſacerdos, Jordanus, Albertus, Bertoldus, Henricus, Radolfus, Tidericus, ad teſtimonium in hac littera ſunt expreſſi. Cujus rei eciam teſtes ſunt homines clauſtri dominus Hildebrandus de Luckenem, Johannes Longus, Hermannus domini Wlwerammi filius et alii quam plures burgenſes Bruneswic exiſtentes. Datum cum voluntate conventus de manu Bertoldi in Dorſtat prepoſiti et ſcriptum per manum Bertoldi brunewicenſis notarii anno incarnacionis domini m° cc° l° ij°.

1 *offener Raum im Orig.*

*1252 Januar 25 bis April 3 und zum zweiten Male April 25 bis Mai 2 König Wilhelm in **Braunſchweig**.* [141

S. Böhmer, Regeſta imperii, neu herausgegeben und ergänzt von Jul. Ficker v 2, S. 949 ff.

1252 Januar 31 Braunſchweig. Cardinallegat Hugo ermahnt zur Beiſteuer für den Neubau der Katharinenkirche und verheißt den Mildhändigen vierzig Tage Ablaß. [142

Original im Stadtarchive mit paraboliſchem Siegel an gelbrothem Seidenſtrange: Biſchofsgeſtalt mit der Umſchrift: S · FRIS · HVG · TT · SCE · SABINE · PBRI · CARD. — *Formular wie No 117. Am 5. Januar war Hugo noch in Köln; am 29. ertheilte er von Braunſchweig aus dem Predigerkloſter zu Halberſtadt Ablaß, weilte hier noch, wie die nächſtfolgende Urkunde ergiebt, am 1. Februar, urkundete am 8. in Halberſtadt, vom 12. bis 20. in Magdeburg, am 23. in Helmſtedt, am 25., 28. (No 144. 145) und 29. wieder in Braunſchweig, vom 1. bis 14. März in Hildesheim, vom 21. bis 25. zum dritten Mal in Braunſchweig, am 1. April in Bremen: Schmidt, Urk.-B. der Stadt Halberſtadt 1, S. 78 und Urk.-B. des Hochſtifts Halberſtadt 11. S. 130.*

Univerſis Chriſti fidelibus per Alamanniam conſtitutis, ad quos preſentes littere pervenerint, frater Hugo, miſeracione divina tit. ſancte Sabine presbyter cardinalis, apoſtolice ſedis legatus, ſalutem in domino ſempiternam. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu ſeminare in terris, q u o d reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus e t metet vitam eternam. Cum igitur, ſicut dilecti in Chriſto rector et parrochiani eccleſie beate Katherine de Indagine in Bruneswic Halberſtadenſis dioceſis nobis intimare curarunt, iidem eccleſiam ipſam de novo edificare ceperint opere ſumptuoſo, et ad edificationem ipſius fidelium ſuffragia noſcantur plurimum oportuna, univerſitatem veſtram rogamus, monemus et exhortamur in domino, in remiſſio-

26 ualeam *Orig.*

nem vobis peccaminum injungentes, quatinus de bonis a Deo vobis collatis pias ad id elemoſinas et grata ei caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram dictum opus valeat conſummari ac vos per hec et alia bona, que domino inſpirante feceritis, ad eterne poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui eis ad hec manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus, preſentibus poſt conſumationem operis minime valituris, quas mitti per queſtuarios diſtrictius prohibemus, eas, ſi ſecus actum fuerit, carere juribus decernentes. Datum Bruneswich ij kalendas Februarii, pontificatus domini Innocentii pape iiij anno nono.

2 eis *Orig.*

1252 Februar 1 Braunſchweig. Cardinallegat Hugo verheißt denen, die die Katharinenkirche an gewiſſen Feſttagen beſuchen, vierzigtägigen Ablaß. [143

Original im Stadtarchive mit Siegel wie an No 142.

FRater Hugo miſeracione divina tit. ſancte Sabine presbyter cardinalis, apoſtolice ſedis legatus, dilectis in Chriſto . . rectori et parrochianis eccleſie ſancte Katherine de Indagine in Bruneswik Halberſtadenſis dioc. ſalutem in domino. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundancia pietatis ſue, que merita ſupplicantium excedit et vota, benefacientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri, volentes tamen populum domino reddere acceptabilem, Chriſti fideles ad complacendum ei quibusdam illectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet et remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apciores. Cupientes igitur, ut eccleſia veſtra congruis honoribus frequentetur, omnibus Chriſti fidelibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad eccleſiam ipſam in beatorum apoſtolorum Petri et Pauli ac ſancte Katherine virginis, in cujus honore eadem eccleſia fundata exiſtit, necnon dedicacionis ipſius ſollemnitatibus et infra octavas earum annis ſingulis cauſa devocionis acceſſerint, quadraginta dies de injuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus. Datum Bruneswik kalendis Februarii pontificatus domini Innocentii pape iiij anno nono.

24 Octabas *Orig.*

1252 Februar 25 Braunſchweig. Cardinallegat Hugo verheißt den Theilnehmern gewiſſer Feſte zu St Petri vierzigtägigen Ablaß. [144

Original im Stadtarchive, das Siegel (ſ. No 142) an weißrothen Seidenfäden. — Formular wie No 143.

FRater Hugo miſeracione divina tit. ſancte Sabine presbyter cardinalis, apoſtolice ſedis legatus, dilecto filio rectori eccleſie ſancti Petri in Bruneswic Hildenſemenſis dioceſis ſalutem in domino. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundancia pietatis ſue que merita ſupplicantium excedit et vota, benefacientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri, volentes tamen populum domino reddere acceptabilem, Chriſti fideles ad complacendum ei quibusdam illectivis muneribus, indulgenciis ſcilicet et remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apciores. Cupientes igitur, ut eccleſia tua congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad eccleſiam ipſam in ſollempnitate beati Petri, in cujus honore eadem eccleſia fundata exiſtit, necnon et in die dedicationis ipſius ac infra octavas eorum annis ſingulis cauſa devocionis acceſſerint, quadraginta dies de injuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus. Datum Bruneswick vj kal. Marcii, pontificatus domini Innocencii pape iiij anno nono.

9 octabas *Orig.* acceſſeſſerint *Orig.*

1252 Februar 28 Braunſchweig. Cardinallegat Hugo ertheilt Allen, die zum Neubau der lange ſchon altersverfallenen Magnikirche beiſteuern, vierzigtägigen Ablaß. [145

Original im Stadtarchive, ſtellenweiſe ſtark vermodert, das Siegel abgefallen. — Formular wie No 142.

UNiverſis Chriſti fidelibus per Alemanniam conſtitutis, ad quos preſentes littere pervenerint, frater Hugo miſeracione divina tit. ſancte Sabine presbyter cardinalis, apoſtolice ſedis legatus, ſalutem in domino. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur, ſicut dilectus noſter in Chriſto rector eccleſie beati Magni in Brunswich Halberſtadenſis dioc. nobis intimare curavit, eccleſiam preſcriptam, que dudum vetuſtate collapſa erat, reparare cupiat opere ſumptuoſo, nec ad conſummationem ipſius proprie ſue ſuppetant facultates, univerſitatem veſtram rogamus, monemus et hortamur in domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatinus a bonis vobis a Deo collatis pias elemoſinas et grata ei ad hec caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram dictum opus valeat conſummari et vos per hec et alia bona, que domino inſpirante feceritis, ad eterne poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad id manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus, preſentibus poſt conſummationem operis minime valituris, quas mitti per queſtuarios diſtrictius inhibemus, eas, ſi ſecus actum fuerit, carere juribus decernentes. Datum Brunswich iij kalendas Martii pontificatus domini Innocentii pape quarti anno nono.

1252 April 3 Braunſchweig. König Wilhelm beſtätigt dem Rathe und den Bürgern von Goslar die ihnen von den Kaiſern verliehenen Freiheiten und Rechte, gewährt ihnen neue und genehmigt ihre alten Schutzbünde mit Hildesheim und Braunſchweig: Preterea omnia ſacramenta et juramenta pro bono pacis et ſtatu terre facta inter ipſos cives et Hildeſemenſes ac Brunswicenſes civitates grata habemus et rata. Datum Brunswich iij nonas Aprilis, indictione x, anno domini m° cc° l° ſecundo. [146

Original zu Goslar, gedruckt bei Bode, Urk.-B. der St. Goslar II, S. 115; »nach einer nicht fehlerfreien Copie« bei Göſchen, Die Goslarſchen Statuten S. 116.

1253. Der altſtädter Rath verkauft an Heinrich Gremedon das alte Rathhaus. [147

Original mit dem Burgenſenſiegel im Stadtarchive. Fehlerhaft gedruckt bei Sack, Alterthümer der Stadt und des Landes Braunſchweig, Abth II, S. 5 No 19.

NOtum ſit omnibus preſentem paginam inſpicientibus et audientibus, quod nos Brunewicenſis civitatis Conſules, Hermannus Holtniker, Hildebrandus de Luckenem, Henricus advocatus, Johannes Longus, Henricus Boneco, Henricus Davidis, Ludolfus archimonetarius, Henricus Clericus, Jordanus ad ſanctum Paulum, Hermannus Wluerammi, Rolandus Arnoldi, Johannes Stapel, unanimi conſenſu locum, in quo quondam conſilium habebatur, Henrico Gremedoni vendidimus ſic, ut nos omnesque alii ad conſilium electi ipſum H. et ſuos juſtos heredes dictum locum ſub hereditario jure civitatis optinere perpetualiter permittamus. Unde, ne aliqua ſuper hac vendicione in poſterum poſſit oriri calumpnia, ipſam conſcribi fecimus ſigillo noſtre civitatis roborantes. Datum per manum Bertoldi Brunewicenſis notarii anno incarnationis domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tercio.

1253. Die Brüder Balduin und Balduin v. Wenden bekunden, daß und wie ſie dem Kloſter Riddagshauſen den Zehnt in Ahlum überlaſſen haben. [148

Original zu Wolfenbüttel mit ſtark beſchädigtem Siegel; gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. I, S. 192. — Mittels einer undatierten Urkunde (Original zu Wolfenbüttel) reſigniert Halt de Hertibike *dieſen Zehnt,* quam nos de manu veſtra et fratres de Dalem B. et B. a nobis et item quidam burgenſium de Brunswich de manu ipſorum jure tenuerant feodali, *dem Biſchof Volrad von Halberſtadt.*

BAldwinus et Baldwinus fratres de Dalem omnibus hanc litteram inſpecturis in domino ſalutem. Recognoſcimus et preſentis littere teſtimonio profitemur, porrexiſſe nos in pheodo decimam in Adenem domino Conrado fratri domine Sophie et filio ejus Heinrico, Ethelero et Heinrico advocato ad manus eccleſie de Riddageshuſen pro cl marcis examinati argenti. Cum

vero de proprietate dicte decime in Adenem privilegium Halberſtadenſis eccleſie optinuerimus, feodum, quod dictis burgenſibus porreximus, expirabit. Ego vero et frater meus cum aliis xij, quos denominaverit nobis abbas, nos obligabimus fide data, ſi a feſto Johannis baptiſte proximo nunc venturo usque ad annum dictam pecuniam non ſolverimus, intrabimus Bruneswic non exituri, donec pecuniam totam exſolvamus. Abbas vero et conventus optenta proprietate decime bona, que jam acceptata ſunt in reſtaurum nobis, ſicut eſt pollicitus, aſſignabit, ſcilicet in Hethebere viij manſos et dimidium xx modios et unum avene, xvj tritici et xvj ſiliginis exſolventes, in Begerſtede iiij^{or} ſolventes xx modios tritici, in Gevensleve ij et dimidium ſolventes xv modios tritici, in Winnigſtede ij et dimidium ſolventem octo modios tritici et viij ſiliginis, in Hotthxensleve j iiij^{or} modios tritici et j avene ſolventem et molendinum in Lukkenem xij modios ſiliginis et duos tritici exſolventem, ita tamen ut proprietate decime optenta abbas cenſum bonorum iſtorum recipiat pro fructibus decime, que tamen ad eum ex preterita emptione pertinuit anno uno. Teſtes et mediatores hujus rei ſunt Heinricus de Wenethen, Guncelinus junior de Peine, Gevehardus de Bortfelt, Ludolfus de Adenem, Alexander de Slizſtede et predicti quatuor: Conradus et filius ſuus Heinricus, Hethelerus et Heinricus advocatus et alii plures. Acta ſunt anno domini m° cc° l° iij°.

1253. Herzog Albrecht beſtätigt das Kloſter Riddagshauſen im Beſitze zweier Hufen und eines Hofes zu Lebenſtedt (Levenſtede), *die Ritter Burchard v. Salder von ſeinem Eigengute dem Kloſter verkauft hat. Unter den Zeugen* Winandus advocatus et Winandus filius ſuus et Godefridus de Varsfelde et plures alii. Acta ſunt hec anno gracie m° cc° l° iij°. [149

Original zu Wolfenbüttel.

1253. Propſt Werner, Priorin Beatrix und Convent St Adriani zu Lamſpringe verkaufen dem Kloſter Riddagshauſen für 15 Mark eine Hufe zu Lebenſtedt (Levenſtede). *Laienzeugen* Ethelerus cum filio ſuo, Conradus de domo et Henricus filius ſuus, Heinricus advocatus, Johannes de Veltzſtede et filius ſuus, Heinricus Longus et alii plures amici eccleſie de Riddageshuſen, burgenſes in Bruneswic. Acta ſunt hec anno gracie m° cc° l° iij°. [150

Original zu Wolfenbüttel.

1253 November 23. Vom Marienſpital wird bekundet, daß Herr Heinrich bei St Michaelis dem Prieſter und den Armen daſelbſt ſechs Schilling Scharrenzins und vier Schilling Zins von einem Hauſe, das Berthold Schrader dem Spitale übertragen, gewidmet hat. [151

Original im Stadtarchive mit dem paraboliſchen Spitalsſiegel: die Muttergottes mit dem Kinde, in der Rechten das Lilienſcepter; Umſchrift: ✠ SIGIL·NOVI·HOSPITALIS·SCE·MARIE·VIRGINIS·BRUNESWIC. *Rückvermerk des* XIV *Jahrhunderts* Bertoldus Sartor de vj ſol.

NOtum ſit omnibus preſentem paginam inſpicientibus et audientibus, quod Bertoldus Sartor quandam domum juxta novum hoſpitale ſitam dicto contulit hoſpitali, de qua dominus Henricus et pueri ſui juxta ſanctum Michahelem ſex ſolidos, et de quodam macello ipſorum proprio quatuor quolibet anno, quamdiu vixerint, ſunt accepturi. Ex illis decem unum in paſca et unum in feſto ſancti Michahelis dabunt ſacerdoti in eodem hoſpitali celebranti, et cum aliis octo hujus hoſpitalis in die palmarum pauperes in cibariis procurabunt. Unde ne aliqua in poſterum ſuper hiis poſſit oriri calumpnia, preſens littera ſigillo dicti hoſpitalis exiſtit roborata. Preterea Conſules Brunewicenſis civitatis ſub hiis nominibus: Ecbertus juxta cimiterium, Arnoldus de Calve, Johannes Longus, Conradus domine Sophie filius, Burchardus de Ganderſem, Henricus domini Enghellardi filius, Jordanus juxta ſanctum Paulum, Davit in Lata platea, Henricus domini Davidis, Ludolfus cum ſeptem turribus, Hermannus domini Wlverammi filius, Heiſo domini Hildebrandi de Luckenem filius, in teſtimonium huic littere ſunt inſcripti. Datum Bruneswic anno incarnationis domini m° cc° l° iij° in die Clementis.

7 ſunt *fehlt im Orig.*

1254 Braunſchweig. Herzog Albrecht bekundet, daß Ritter Heinrich von Ührde dem Marienſpitale drei Hufen zu Ührde, die bis auf einundzwanzig Morgen Eigengut ſind, verkauft hat. [152

Original im Stadtarchive, das Siegel an gelb und rothem Seidenſtrange: Rückvermerk des XIV *Jahrhunderts* de tribus manſis in Urethe. *Gedruckt bei Piſtorius Amoen. pol.-jur.* VIII. *S. 2342.*

DEi gracia Albertus dux de Bruneswic omnibus in perpetuum. Quia veritas multociens calumpniam patitur, expedit, ut fide teſtium et inſtrumentorum, que parem vim habent in agendis negociis, roboretur. Notum ſit igitur preſentibus et futuris, quod Henricus de Urethe miles in noſtra conſtitutus preſencia publice recognovit, ſe tres manſos ſitos in Urethe cum omni uſu et jure, quod ei conpetebat, hoſpitali novo ſancte Marie ſuper Longum pontem Brunsw. vendidiſſe. Hii quidem manſi proprii ſui erant exceptis viginti et uno jugeribus, quos ſibi dimiſimus de conſenſu fratrum noſtrorum, quorum proprietatem a nobis in parvo Sladem pro manſo et dimidio conmutavit. Similiter uxor ejus coram nobis exiſtens vendicioni conſenſit, ratum et gratum reputans factum viri. Promiſit autem dictus Henricus cum aliis militibus, videlicet Ludolfo de Weverlinge, Johanne de Eveſſem et fratribus de Urethe, ſecum promit-

tentibus, quod, cum pueri ad annos pubertatis pervenerint, vendicioni conſentiant et nullam de bonis venditis movere debeant queſtionem. Preſens igitur ſcriptum in memoriam et teſtimonium hujusmodi facti ſigillo noſtro appoſito fecimus conmuniri. Teſtes ſunt domini de Meinershem, Conradus de Dorſtat, Heno de Wenethen, Ludolfus de Weverlinge, W. advocatus noſter, G. de Bortvelde, Johannes de Brunesrode et alii quam plures. Datum per manum notarii noſtri Jordanis in curia prepoſiti Henrici anno gracie milleſimo ccº lº iiijº.

1254. Herzog Albrecht eignet dem Marienſpitale eine halbe Hufe zu Salzdahlum, auf Bitten des Bürgers Rudolf und mit Zuſtimmung Propſt Heinrichs zu St Blaſien als Lehnsherrn, von dem Rudolf hingegen einen Garten zwiſchen dem Hohen und dem Petrithore zu Lehen genommen hat. [153

Das Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. Dalum. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. pol.-jur. VIII, S. 2328.*

DEi gracia Albertus dux de Bruneswic omnibus in perpetuum. Notum facimus tam futuris quam preſentibus univerſis, quod nos dimidium manſum et proprietatem ejus, ſitum in villa Dalem, quem Rodolphus burgenſis noſter tenebat in pheodo a Henrico prepoſito ſancti Blaſii, de conſenſu ipſius contulimus hoſpitali novo ſuper pontem pro reverencia beate virginis et merito dicti Rodolphi nobis pro eo devocius ſupplicantis. Ipſe vero Rodolphus proprietatem cujusdam orti, qui ſitus eſt inter Altam valvam et ſancti Petri, ſolventem xiiij ſolidos et octo pullos annuatim, contulit prepoſiture ſancti Blaſii, quem a prepoſito recepit in pheodo, ſicut memoratum tenuerat dimidium manſum, cujus nos manſi proprietatem dicto donavimus hoſpitali. Ut autem factum noſtrum evidens ſit et firmum, preſens ſcriptum ſigillo noſtro appoſito fecimus conmuniri. Teſtes hujus ſunt Conradus de Dorſtat, fratres de Meinershem, Juſarius pincerna, Heno de Wenethen, Winandus advocatus noſter, Johannes de Brunesrode, Ludolfus de Honlage, Gevehardus de Bortvelde, Jordanis notarius noſter et alii quam plures. Datum Bruneswic anno gracie milleſimo ccº liiijº, xijª indictione.

5 Rodolpus *Orig.*

1254. Das Marienſpital und der Rath urkunden über die Erwerbung von viertehalb Hufen zu Dahlum durch Herrn Rudolf bei St Ulrich und deren Stiftung zu Behuf des Spitals. [154

Das Original im Stadtarchive — die Siegel, des Spitals (wie No 150) und der Burgenſen, an rothweißen Wollenſchnüren — iſt infolge von Durchnäſſung bei einer Überſchwemmung ſtellenweiſe unleſerlich; die Ergänzung der Lücken ermöglicht der freilich öfters incorrecte Abdruck bei Piſtorius, Amoen. pol.-jur. VIII, S. 2335.

Sicut in geſtis hominum ſepius eſt expertum, ea, que geruntur in temporis ſubterfugio, interdum ſubtrahit ab humana memoria oblivionis interventio, ſi non occurritur ei litterarum teſtimonio. Notum ſit igitur preſentem paginam inſpicientibus et audientibus, quartum dimidium manſum eſſe in villa Dalem, quorum duo proprii fuerunt domini Henrici de Lankele militis, quos in pheodo porrexerat domino Herewico monetario, cujus Herewici proprius manſus exiſtebat tercius, dimidius vero prepoſiture ſancti Blaſii pertinebat, quem etiam idem Herewicus a dicte prelationis prepoſito, videlicet Henrico, jure tenuit pheodali. Quos manſos cum conſilio mulieris ſue et puerorum ſuorum dominus Rodolfus juxta ſanctum Olricum, quondam manens in Indagine, emens tam ab eorum poſſeſſoribus quam ab aliis aliquod jus in hiis bonis habentibus cum quinquaginta marcis puri argenti totaliter expedivit, de quibus domino Herwico prefato, qui hec bona in ſua habuerat poſſeſſione, triginta ſex, fratri ſuo Frederico due, domino Henrico de Lankile ſex, domino duci quatuor, eccleſie ſancti Blaſii et ejus prepoſito due marce ipſo tempore donabantur. Qua donatione inducti ipſi et eorum mulieres et pueri ad preſentiam domini ducis Alberti venientes renunciabant coram eo omni jure, quod in hiis bonis habuerunt, pro pueris ſuis in annis diſcretionis adhuc non exiſtentibus promittentes. Dominus vero dux pro reverentia beate virginis Marie et ad peticionem domini Rodolfi omnem iſtorum manſorum proprietatem, que ad ipſum ſpectabat, novo ſuper pontem contulit hoſpitali. Quos manſos ſepedictus Rodolfus pecunia ſua emptos et ab omnibus aliquod jus in eis habentibus expeditos cum conſenſu omnium heredum ſuorum prefato hoſpitali divinis inſpirationibus ammonitus aſſignavit tali condicione, ut ipſe et uxor ſua Mechthildis et tres pueri ſui, Hermannus et due filie ſue, Mechthildis et Ghertrudis, hos manſos in ipſorum locationibus et capiendis fructibus, quamdiu vixerint, ſub ipſorum habeant poteſtate. Set ſi aliquis iſtorum quinque divino nutu diſponente ab hoc ſeculo migraverit, ipſius mortui pars in uſum cedet hoſpitalis, et ſic erit de partibus aliorum inter hos quandoque morientium, de quibus tamen partibus non hoſpitale, ſed alii inter hos quandoque adhuc viventes manſis totaliter obtentis procurabunt annuatim quandam refectionem pauperum in hoc hoſpitali jacentium in die obitus iſtorum hiis bonis attinentium mortuorum, ut hec refectio ſuarum conſolationem generet animarum. Mortuis vero omnibus hiis quinque dictum hoſpitale totalitatem iſtorum manſorum cum omnibus attinentibus ſibi debet aſſumere remoto omnis impedimenti obſtaculo, omnes proventus ipſorum ſecundum ſuam voluntatem ſub jure proprietatis in uſus ſuos perpetualiter convertendo. Unde, ne aliqua in poſterum ſuper hiis poſſit oriri calumpnia, preſens

8 olrc̄ *im Orig. nachträglich in das Spatium zwiſchen* ſanctum *und* quondam *eingezwängt.* *Nach dem Abdrucke bei Piſtorius* 22 et — 23 iſtorum 24 de — 25 adhuc.

littera ſigillo ſancte Marie et burgenſium in Bruneswic extitit firmiter roborata. Preterea ad majorem hujus rei evidentiam teſtes ſub hiis nominibus: domini ducis conſiliarii, Conradus de Dorſtad, fratres de Meynerſem, Hermannus de Wereberche, dominus Baldewinus de Hertesberche, Juſarius pincerna, Heino de Wenedhen, Ghevehardus de Bortvelde, Ludolfus de Honlaghe, et alii quam plures milites, hec preſcripta poſſunt veraciter proteſtari. Inſuper Bruneswicenſis civitatis Conſules, Conradus de domo, Henricus Timmonis, Conradus filius domine Sophie, Henricus Enghelardi, Arnoldus de Calve, Henricus juxta ſanctum Michahelem, Henemannus Longus, Henemannus Holtnicker, Heyſo juxta cimiterium, Eyco filius domini Johannis juxta ſanctum Michahelem in teſtimonium veritatis huic pagine ſunt inſcripti. Acta ſunt **hec anno incarnationis dominice m° cc° l° iiij°.**

1254 Braunſchweig. Der Rath bekundet, daß Ritter Hermann v. Freden dem Kloſter Dorſtadt ſeine Lehnshufe daſelbſt zu vollem Eigenthum verkauft hat. [155

Original zu Dorſtadt, das Siegel ſtark beſchädigt.

NOs Brunewicenſis civitatis Conſules, Conradus de domo, Henricus Enghellardi, Conradus Sophie, Henricus Timmonis, Arnoldus de Calve, Burchardus de Ganderſem, Rodolfus juxta ſanctum Olricum, Henricus Longus, Henricus juxta ſanctum Michahelem, Heiſo juxta cimiterium, Henemannus Holtniker, Eico, preſentibus litteris ſigillo noſtre civitatis roboratis recognoſcimus et teſtamur, Johannem, filium Hermanni militis de Vredhen, manſum ſuum Dorſtat clauſtro ejusdem ville, quem de ipſo jure feodali tenuit, cum omnibus attinentiis tam in villa quam in agro voluntarie vendidiſſe ſub condicione proprietatis et libertatis perpetualiter poſſidendum. Preterea ad majorem hujus vendicionis evidenciam teſtes ſub hiis nominibus: milites dominus Ludolfus Friſo, dominus Henricus Friſo, burgenſes vero Hildebrandus de Luckenem, Henricus Boneko, Johannes Longus, Hermannus Wlwerammi, Conradus Holtniker, huic pagine ſunt inſcripti. Datum Bruneswic per manum Bertoldi Brunewicenſis no**tarii anno incarnationis domini m° cc° l° iiij°.**

1254 Braunſchweig. Bernhard vom Hagen verkauft dem Kreuzkloſter zwei Hufen zu Lobmachterſen. [156

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel. Ruckvermerk des xiv Jahrh. de duobus manſis in Lochmachterſen, *des xv* **ad officium camerarii.**

NOtum ſit omnibus preſentem paginam inſpicientibus et audientibus, me Bernardum de Indagine duos manſos Lochmachterſen cum omni utilitate tam in villa quam in campo

exiſtente ſancte Crucis clauſtro, quaſi in preurbio civitatis Bruneswic ſito, pro viginti quinque marcis vendidiſſe ſub condicione proprietatis expedite et perpetualiter optinendos, hac certificacione et promiſſione mee fidei ſic adjecta, quod ego prefato clauſtro debeo ſuper iſtorum manſorum proprietate, quamdiu vixero, rectam et firmam warandiam exhibere. Si vero aliquibus inpedientibus ipſum de hiis manſis non potero expedite et liberaliter warandare, in reconpenſacionem eorum alios duos manſos tanti valoris vel melioris, quos clauſtrum tantum diligat, ipſi debeo reſtaurare. Inſuper dominus Hermannus de Wereberch, dominus Conradus de Dorſtat, dominus Luthardus de Meinerſen et frater ſuus dominus Luthardus fide interpoſita promiſerunt domino Baldewino de Hertisberch, domino Conrado Holtnikero, domino Henrico Boneconi ex parte clauſtri ſuſcipientibus hoc promiſſum, quod me viam univerſe carnis ingreſſo heredes mei, cum ad annos discrecionis pervenerint, ſub dicte warandye certificacione iſtorum manſorum vendicionem a me clauſtro factam ratam debent et firmam habere, ipſum clauſtrum permittentes dictos manſos remoto omnis contradictionis obſtaculo liberaliter optinere. Si vero warandyam exhibere non potuerint et hanc vendicionem ratam habere noluerint, ſicut ego debui, in reconpenſacionem iſtorum manſorum alios duos tanti valoris vel melioris prefato clauſtro reſtaurabunt vel pro eis viginti quinque marcas examinati argenti ipſi reſtituere nullo modo denegabunt. Pro quibus predicti promiſſores Bruneswic intrabunt, niſi perſoluta ſit hec pecunia, vel ſit de voluntate clauſtri et ſuorum procuratorum, nullatenus exituri. Unde, ne aliqua in poſterum ſuper hiis omnibus poſſit oriri calumpnia, hec predicta preſentibus litteris ſigilli mei munimine roboratis recognoſco veraciter et proteſtor. Preterea ad majorem hujus rei recognoſcende evidentiam teſtes ſub hiis nominibus: dominus Baldewinus de Hertisberch, Conradus Holtniker, Henricus Boneco, Ludolfus cum ſeptem turribus, Rolandus, Arnoldus de Calve, Hermannus Boneco, Henricus advocatus, Godeco de Hedelindhorpe, Elyas domini Conradi Holtnikeri, Henricus et Ecbertus filii domini Ecberti, in teſtimonium veritatis huic pagine ſunt inſcripti. Datum Bruneswic anno incarnationis domini m° cc° l° iiij°.

14 poterint *Orig.*

1254. Truchſeß Gunzelin v. Peine überläßt dem Kloſter Riddagshauſen den halben Zehnt zu Mehrdorf (Merthorpe). *Unter den Zeugen* Leonardus (Leonarius *Orig.*) monetarius, Olricus de Adenſtede, Johannes de Uvinge. Actum anno incarnationis domini m° cc° quinquageſimo iiij. [157

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt bei Scheid, Vom Adel, Mantiſſa document. S. 435 und im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 193.

1254 März 26 Hamburg. Die Grafen Johann und Gerhard v. Holſtein etc. gewähren den Kaufleuten von Braunſchweig, Magdeburg und anderen Städten der Umlande einen erleichterten Zolltarif zu Hamburg. [158

Original im Stadtarchive, cm 35,14×24, zierliche Bucherſchrift auf Linien. Rückvermerk des XIV Jahrhunderts ſuper theoloneo in Hamborch *Von den Siegeln an weißrothen Seidenſträngen fehlt das zweite; das erſte ein rundes Reiterſiegel mit der Umſchrift* ✠ S · IOHANNIS · COMITIS · STORMARIE · WAGRIE · ET · HOLTSACIE; *im Bilde zu Häupten und Füßen des Reiters* COMES | I SCOWENB. *Der Text iſt mehrfach, auf ſechs Zeilen durch ein Loch, auf der erſten durch einen Ausſchnitt, zerſtört: ergänzt werden die Lücken durch ältere Copieen: eine zu Kopenhagen von Arne Magnusſon (M), wonach ihn Thorkelin, Dipl. Arnemagnaeum 1, S. 167, eine in dem Hamburger Liber privilegiorum quadratus (H), wonach ihn Lappenberg, Hamb. Urk.-B. S. 482 hat abdrucken laſſen. Gedruckt auch bei Rethmeier, Chronica 1, S. 493 und bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. 1, S. 167. — Formular wie No 122.*

JOhannes et Gerardus Dei gracia comites Holtſacie, Stormarie et Scowenborh univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, in ſalutis auctore gaudium cum ſalute. Quoniam intereuntibus hominibus ipſorum facta pariter intereunt, neceſſe eſt, ut, que a memoria hominum poterunt evagari, litterarum ſuperſcriptionibus fulciantur. Noverit igitur fidelis etas preſentium et diſcat felix ſucceſſio futurorum, quod nos de conſilio fidelium noſtrorum univerſis mercatoribus de Bruneswic et Medeborg necnon aliorum opidorum et circumjacencium civitatum poſtulationibus inclinati omni omiſſo et tacito jure noſtro de mera liberalitate noſtra duximus indulgendum, quod ab omni exactione et theoloneo in Hamborh ſolvendo, undecunque illuc perveniant, perpetuis temporibus liberi erunt et immunes, dummodo noſtro theoloneario et exactori dent ibidem de qualibet laſt cupri, de laſt ſtagni, de laſt eris, de laſt metalli ſpecialiter ſolidum pro theoloneo et exactione, de laſt plumbi ſex denarios, de vaſe vini, quod Hamborh comparatur, octo denarios, de dimidio vaſe quatuor denarios, de vaſe ungenti ſolidum, de dimidio vaſe ſex denarios. ſi vero minus fuerit, de quolibet Normannorum pondere tercium dimidium denarium perſolvant. De pannis, de lineo panno, de vario opere, de pipere, de cimino, de thure, de ſulfure, de vini lapide, de amigdalis, de quolibet genere pellium, de quolibet ſagimine, inſuper, qualescunque fuerint merces, de quolibet Normannorum pondere pro theoloneo et exactione perſolvant tercium dimidium denarium. De choro frumenti, quod educunt, duos ſolidos, de laſt allecis ſolidum, de majori ferro duos denarios, de minori denarium, de pondere calamini et crete denarium, de pacca duos ſolidos, de terningo ſolidum. Preterea quicumque theoloneum vel exactionem ſive ex oblivione vel ex induſtria dare neglexerit, novies inſtaurabit et nequa-

13 Holſatie *H* S[cowenborh] *Orig.* de Scovenburg *H* 22 ſtanni *H* 26 ſulphure *H* 30 halecis *H* 31 cret[e denarium] *Orig.* crete] cere *H.* theloneum hujusmodi *H* 32 inſtaur[abit et n]equaquam *Orig* reſtaurabit *H*

quam ad amplius conpelletur. Ceterum ſi forte, quod abſit, inter ducem de Bruneswic et nos vel alium aliquem dominorum oriri contigerit discordiam, protectione noſtri conductus apud Hamborh ſecure ac libere perſruentur, donec eis xl antea diebus contrarium intimetur. Hujus rei teſtes ſunt Henricus de Barmenſtede, Hartwicus prefectus Stormarie, Georgius, Henricus de Hamme, Reimmerus de Wedele milites, Johannes de Thuedrop, Willekinus filius Hildegundis, Wolterus de Bremis, Renerus de Wndestorp, Petrus, Thedo, Johannes filius Ecberti et Volmarus de Halleria, Conſules, Gerbertus advocatus et Sifridus theolonarius et alii quamplures. Ut igitur factum iſtud firmum maneat et illibatum, litteram noſtram hanc inde conſcribi fecimus et ſigillorum noſtrorum appenſione ſignari. Actum anno domini m° cc° liiij° vij° kalendas Aprilis. datum Hamborh per manum ſcriptoris Gervaſii, canonici Hamborhgenſis et plebani in Plune.

2 [protectione noſtri conductus a]pud *Orig.* 4 [Hartwicus prefectus Storm]arie *Orig.* 5 Thvedorp *H* 6 [W]olterus [de Bre]mis *Orig.* 7 Halleria] Hathcleria *H* Sifr[id]us [theo]lonarius *Orig.* 10 Hammenburgenſis *H* 11 Plone *H*

1254 April 7 Braunſchweig. Herzog Albrecht eignet dem Marienſpitale drei Hufen in Salzdahlum. [159

Original im Stadtarchive, das Siegel an roth und gelbem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. de iij manſis in Dalum.

DEi gracia Albertus, dux de Bruneswic, omnibus hanc litteram viſuris vel audituris ſalutem cum affectu ſincero. Quia de preteritis negociis non ſine dampno erroris poſteritas multociens dubitat, expedit, ut compendio alicujus ſcripture veritas rei geſte poſteris eciam innoteſcat. Notum ſit igitur tam futuris quam preſentibus, quod Henricus de Langelege, miniſterialis noſter, et Herewicus monetarius in Bruneswic in noſtra conſtituti preſencia de conſenſu heredum ſuorum, qui tunc preſentes aderant, contulerunt et donaverunt nobis proprietatem trium manſorum, qui ſiti ſunt in villa Dalem, videlicet hac de cauſa, ut ipſos hoſpitali novo in Bruneswic Halberſtadenſis dyoc. cum omnibus attinenciis conferamus. Promiſit autem dictus Henricus in manus noſtras et fidejuſſores poſuit, ut, cum alii ſui pueri ad annos pubertatis perveniant, donacioni hujusmodi conſenciant, et heredes ipſius Herewici, uxor ſcilicet et filius ejus, necnon filia fratris et Fridericus frater ſuus, tunc publice conſenſerunt. Nos igitur memoratos tres manſos in villa Dalem ob reverenciam beate virginis contulimus et in proprium dedimus pauperibus ipſius hoſpitalis, qui modicum aliunde noſcuntur habere ſubſidium,

26 conferemus *Orig.*

ut ipſi conſolacionem temporalem, et nos exinde retribucionem perpetuam habeamus. Sane ut hec donatio utrobique ſit evidens et ſtabilis perſeveret, ſcriptum preſens ſigillo noſtro appoſito duximus roborandum. Teſtes hujus rei dominus Hermannus de Wereberge, Conradus de Dorſtat, fratres de Meynershem, Bernhardus de Indagine, Henricus prepoſitus ſancti Blaſii, Jordanis notarius noſter, Juſarius pincerna noſter, Heno de Wenethen, Ludolfus de Bortvelde, Winandus advocatus Bruneswicenſis, Johannes de Brunesrode, Ludolfus de Honloge, Hermannus Rappo, Conradus Sophie filius, Ludolfus monetarius noſter, Rodolfus apud ſanctum Odhelricum, Henricus filius Walburgis, burgenſes in Bruneswic, et alii quam plures. Actum in cenaculo noſtro Bruneswic anno gracie milleſimo cc° liiij vij idus Aprilis.

6 Bruneswicenſis 9 Bruneswic | Bruñ *Orig*

1254 November 11 Braunſchweig. Herzog Albrecht ſchenkt dem Marienſpitale ſein Vorwerk in der Altenwik gegen Rückgabe der von ſeinem Vater verpfändeten Mühle vor dem **Wendenthore**. [160

Original im Stadtarchive, das Siegel an weißrothem Seidenſtrange. Rückvermerk des xiv Jahrh. de allodio in Veteri vico, *des xvi* Vber dem vorwercke bey S. Magnus. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoenitates polit.-jurid. viii, S. 2337 und in den Braunſchw. Anzeigen 1747, S. 725.*

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Albertus dux de Bruneswic omnibus in perpetuum. Quod per longitudinem temporis ab humana memoria tollitur, beneficio ſcripture ſepe ad memoriam revocatur. Tunc enim actiones provide rediguntur in ſcripta, cum per ea proceſſus negocii ſumit inditium veritatis. Unde ad cautelam futuri temporis preſenti littera notum facimus univerſis, quod nos allodium noſtrum in Veteri vico ſitum de conſenſu fratrum noſtrorum contulimus et in proprium dedimus hoſpitali novo ſancte Marie ſuper pontem Brunesw. cum omnibus ſuis pertinenciis, que ſunt in ſilvis, paſcuis, ortis, et omni uſu et jure, quod nobis conpetebat tam in villa quam in campis, liberum quoque ab omni advocacie jugo quiete perpetuo poſſidendum, recipientes ex cauſa donationis hujusmodi molandinum noſtrum apud valvam Slavorum, quod a patre noſtro dicto hoſpitali pro octoginta marcis examinate pecunie extitit obligatum. Ne igitur ſuper facto noſtro poſteris noſtris dubitationem aliquam relinquamus, ſed pocius ſtabile permaneat et irrevocabiliter obſervetur, preſens ſcriptum ſigillo noſtro appoſito duximus muniendum. Teſtes hujus ſunt Henricus prepoſitus ſancti Blaſii, Conradus de Dorſtat, Luthardus et Luthardus fratres de Meynershem, Heno de Wenethen, Juſarius pincerna noſter, Gevehardus de Bortvelde, Winandus advocatus, Johannes de Brunesrode, Ludolfus de Honloge, fideles noſtri, burgenſes vero noſtri Conradus de domo, Conradus

Sophie filius, Henricus Engelhardi, Henricus Holtnicker junior, Rodolfus aput ſanctum Odhelricum, Henricus Timmonis filius, Henricus Michahel, Arnoldus de Calve, Eiko de ſancto Michahele, Heiſo Timmonis, Hermannus, Henricus et iterum Henricus Boneken, Henricus Longus et Hildebrandus frater ſuus, Hermannus Wlverammi, Helias et Conradus Holtnicker, Widekinnus inſtitor et alii quam plures. Datum per manum Jordanis clerici noſtri Bruneswi anno dominice incarnacionis milleſimo cc°l°iiij iij idus Novenbris, indictione xij.

1256. Bertram der ältere v. Veltheim überläßt mit Zuſtimmung ſeiner Frau Hildegund, ſeiner Tochter Gerburg und ſeiner Söhne Bertram, Arnold, Balduin und Johann den Kloſterfrauen auf dem Rennelberge (dominabus de monte curſorum prope Brunswigk) *beim Profeß zweier ſeiner Töchter vier vogteifreie Hufen zu Gevensleben.* Acta ſunt hec dominice incarnacionis anno m°cc°lvj°. *Unter den Zeugen* dominus Engelhardus plebanus ſancti Martini, dominus Jordanus plebanus ſancte Katherine . . . burgenſes plurimi de Brunswigk. [161

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel an weißem Zwirnſtrange. Rückvermerk des xiv Jahrh. de iiij^or manſis in Gevesleve

1256 Braunſchweig. Der Rath bekundet, daß die Brüder v. Lehndorf dem Kloſter Frankenberg drei Hufen zu Ohlendorf verkauft haben. [162

Original zu Dorſtadt mit dem Burgenſenſiegel, gedruckt bei Bode, Urk.-B. der Stadt Goslar II, S. 132.

NOs Brunewicenſis civitatis Conſules, Henricus Boneco et frater ſuus Hermannus, Johannes Longus, Hildebrandus Longus, Conradus Holtniker, Heidhenricus, Ludolfus archimonetarius, Jordanus ad ſanctum Paulum, Coneco Holtniker, Henricus Davidis, Johannes Stapel, Rolandus, preſenti pagina recognoſcimus et veraciter proteſtamur, quod Tidericus, Ludolfus et Bertoldus fratres de Lendhorpe, ſe vendidiſſe clauſtro Vrankeneberche tres manſos in Oldendhorpe ſitos cum omnibus fructibus tam in villa quam in campo exiſtentibus, coram nobis in conſilio ſedentibus fatebantur, ſub jure proprietatis perpetualiter optinendos, quorum manſorum prefati fratres ſe rectos warandos dicto clauſtro velle exiſtere promiſerunt. Unde ne aliqua ſuper premiſſis poſſit in poſterum oriri calumpnia, preſentis pagine tenorem ſigillo noſtre civitatis reddimus firmiorem. Acta ſunt hec Bruneswic per conſilium domini Petri prepoſiti prefati clauſtri et magiſtri Reghenbodonis anno gratie m°cc°l°vj°.

23 exſiſtentibus *Org.* 28 Roghenbodonis *Org., die Silbe* do *über der Zeile nachgetragen.*

1256 Jan. 6 Hildesheim. Rath und Bürger zu Hildesheim verbünden ſich mit Herzog Albrecht und den Städten Braunſchweig, Goslar und Hannover wider ihren Biſchof. [163

Original im welfiſchen Geſammtarchive zu Wolfenbüttel mit dem beſchädigten Hildesheimſchen Stadtſiegel. Hiernach hat auch Scheid dieſe Urkunde in den Orig. Guelf. IV, S. 489 abdrucken laſſen. Nicht völlig correct; noch incorrecter iſt die 1801 von den Archivaren G. Keſtner und J. v. Schmidt-Phiſeldeck vidimierte Abſchrift im Copialbuche des K. Staatsarchivs zu Hannover, der Doebner im Urk.-B. der St. Hildesheim I, S. 121 gefolgt iſt, wie Grotefend im Urk.-B. der St. Hannover S. 19 den Origines.

COnſules et univerſitas burgenſium Hildenſemenſium univerſis et ſingulis, quibus hoc ſcriptum exhibitum fuerit, notum eſſe cupimus et conſtare, nos cum illuſtri principe duce Alberto de Bruneswic in placitis et ipſum vice verſa nobiscum taliter condixiſſe, ut domino noſtro Henrico nunc epiſcopo nullum preſtare debeamus auxilium contra ducem, nec ipſum dominum epiſcopum in noſtram intromittere civitatem in ipſius ducis et ſuorum prejudicium et gravamen. Si vero dominus noſter epiſcopus noſtram intrare voluerit civitatem, bene licet ei absque leſione domini ducis et ſuorum. Si autem homines domini noſtri epiſcopi domino duci dampnum de noſtra fecerint civitate, mox ut nobis illud ex parte ſua fuerit intimatum, moleſtatores hujusmodi a noſtra civitate volumus removeri, nec amplius intromitti ſimiliter et dominum epiſcopum, quousque dampnum ipſum fuerit emendatum. Unde, quia hoc fecimus et facimus tam pro reverencia domini ducis, a quo ſumus cunctis diebus ſuis ſatis benigne et favorabiliter pertractati, quam pro antiqua dilectione et amicicia civitatum, ſcilicet Bruneswic, Goslarie et Honovere, necnon et pro communi neceſſitate tocius terre, quam exinde ſubſiſtere ſperavimus et ſperamus, dominus dux nunquam compoſicionem faciet cum domino epiſcopo, niſi nos incluſerit in eadem. Et ſi dominus noſter epiſcopus ob hujus invidie cauſam nos vellet ledere ſeu gravare, dictus dominus dux preſtabit et impendet nobis manualiter ſuum auxilium et juvamen. Sane ſi ſuper aliquibus aliis quam de hujus ratione facti nos vellet dominus noſter epiſcopus inpoſterum incuſare, et de objectis ei parati eſſemus juſticiam exhibere talem, que ipſi duci et aliis discretis viris et honeſtis competens et racionabilis videretur, ipſamque renueret acceptare, dominus dux iterum nobis aſtabit manualiter contra epiſcopum, quamdiu ipſe vivet et nos impugnabit. Verum ſi nutu dei, ſecundum quod rerum varii ſunt eventus, dominum ducem tolli de medio contingeret, predictas condiciones fratribus ſuis firmiter obſervabimus, qui et nobis econtra, que preſcripta ſunt et condicta, ſimiliter obſervabunt. Similiter hec preſcripta et condicta burgenſes civitatum, que ſupra nominate ſunt, Bruneswic, Goslarie et Honovere, nobis firmiter obſervabunt. Hec autem placita ſciverunt et cognoverunt conſiliarii domini ducis, comes Henricus de Woldenberch, dominus Hermannus de Wereberch, domi-

26 renueret *Orig*

nus Luthardus ſenior et junior de Meinerſem, Conradus de Dorſtat, dominus Henricus de Homborch, apponentes ſigilla ſua ad privilegium domini ducis ſuper placitis hujusmodi nobis datum. Nos autem ſigillum civitatis noſtre appoſuimus ſcripto praeſenti confecto de placitis nominatis, ut a nullo infringi valeant aliquatenus aut mutari. Datum Hildensheim viij idus Januarii anno gratiae milleſimo cc° lvj°.

1256 Januar 11 Rom. Papſt Alexander befiehlt dem Abte von Riddagshauſen, Klerus und Volk zu Braunſchweig bei dem Privilegium gegen Interdicte ohne päpſtliches Mandat zu erhalten. [164

I, S. 194, No LXIX.

1256 Januar bis Ende März Halberſtadt. Biſchof Volrad und das Domkapitel zu Halberſtadt eignen dem Marienſpitale den Zehnt der Altenwik und des Dorfes Hötzum. [165

Original zu Magdeburg; von den beiden Siegeln iſt nur das des Kapitels erhalten. Gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt II, S. 159.

Vulradus, Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie electus et a ſummo pontifice confirmatus, totumque capitulum majoris eccleſie in Halberſtat univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpicientibus et audientibus ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus et redemptio. Quia ea, que geruntur in temporis ſupterfugio, ab humana memoria ſepe ſubtrahit oblivionis interventio, ſi non occuritur ei litterarum teſtimonio, preſenti pagina recognoſcimus et veraciter proteſtamur, nos totalitatem decime Veteris vici et dimidietatem decime in Hotſelen tam in villa quam in agro exiſtentis novo hoſpitali juxta pontem ſancti Egidii contuliſſe, ſic ut ipſum hoſpitale eas ſub jure proprietatis optineat, et optente in uſus ſuos perpetualiter remoto omni obſtaculo convertantur. Unde, ne aliqua in poſterum ſuper hac collatione poſſit oriri calumpnia, preſentis pagine tenorem ſigillorum noſtrorum appenſione reddimus firmiorem. Datum Halb. anno gracie m° cc° l° vj°.

1256 April 3 Bremen. Vogt, Rath und Burgenſen zu Bremen an Rath und Burgenſen zu Braunſchweig: verheißen Frieden zu Bremen und mögliche Förderung aller Orten. [166

Original im Stadtarchive, das Siegel fehlt. Rückvermerke des XIV Jahrhunderts Bremenſis, *des XV von älterer Hand* Eſt regiſtrata, *von jüngerer* friheit to bremen. *Gedruckt im Bremiſchen Urk.-B. I, S. 311.*

Viris honeſtis et discretis, Conſulibus et univerſis burgenſibus in Bruneswic, advocatus Bremenſis et Conſules ceterique burgenſes cum plenitudine dilectionis obſequium indeſeſſum. Perſonas et res veſtras in civitatem noſtram venientes eadem ſecuritate et pace, qua in ea gaudemus, auxilio noſtro mediante gaudere concedimus et hoc preſenti ſcripto profitemur. Veruntamen, quia hujus ſecuritatis et pacis extra noſtre civitatis muros penitus ſumus inpotentes, ad eas vobis promovendas promittere non poſſumus nec audemus. Attamen ubique locorum pro noſtre poſſibilitatis modulo veſtrum honorem et profectum vobis tamquam ſinceris amicis noſtris cum ſumma diligentia temptavimus promovere. Datum in Brema anno gratie m° cc° lvj° tercio nonas Aprilis.

1256 April 23 Braunſchweig. Herzog Albrecht eignet dem Marienſpitale zwei Hufen zu Salzdahlum, die Heinrich Rufus, Bürger zu Braunſchweig, von ihm zu Lehen trug und ihm aufgeſandt hat. [167

Original im Stadtarchive, das Siegel an weißrothem Seidenſtrange. Rückvermerk des xiv Jahrhunderts de ij manſis in Dalum. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. viii, S. 2339.*

Dei gracia Albertus dux de Bruneswick omnibus in perpetuum. Ne veritas rei geſte calumpniam paciatur, expedit, ut proceſſus negociorum ſcripture teſtimonio roboretur. Preſentibus igitur litteris notum facimus tam futuris quam preſentibus univerſis, quod Henricus Rufus, civis Bruneswicenſis, duos manſos ſitos in villa Dalem, quos a nobis tenebat in pheodo, in manus noſtras libere reſignavit. Unde nos reſignatione accepta dictos duos manſos ab omni advocatie jure liberos et ea utilitate ac uſu, quo dictus Henricus eos habuit, tam in villa quam in agro, contulimus de conſenſu fratrum noſtrorum hoſpitali novo ſuper pontem Brunesw. ad honorem beate virginis, cui ſemper mente et opere devoti exiſtimus, ut ipſa ejus apud filium ſuis nos patrociniis devocius recommendet. Ut autem factum noſtrum perpetue firmitatis robur obtineat et ſtabile perſeveret, preſens ſcriptum ſigillo noſtro et fide teſtium conmuniri fecimus, ne aliquis pro manſis ſupradictis temerariam hoſpitali queſtionem moveat in futuro. Teſtes hujus ſunt Conradus de Dorſtat, Luthardus et frater ſuus de Meynershem, Juſarius pincerna, Heno de Wenethen, Gevehardus de Bortvelde, Johannes de Brunesrode, Winandus advocatus noſter, Ludolfus de Honloge, Henricus prepoſitus ſancti Blaſii, Jordanis notarius noſter et alii quam plures. Actum Bruneswick anno gracie milleſimo cc° lvj° ix kal. Maji, indictione xiij.

1256 Mai 5. Der Rath bezeugt, daß die Kinder weiland Elers vom Hauſe den von ihrem Vater gethanen Verkauf dreier Hufen zu Broitzen an das Blaſienſtift beſtätigt haben. [168

Original zu Wolfenbüttel mit dem Burgenſenſiegel.

UNiverſis Chriſti fidelibus hoc ſcriptum inſpicientibus Conſules civitatis Brunswic ſalutem in domino Jheſu Chriſto. Recognoſcimus et preſentibus proteſtamur, quod Conradus, Hillebrandus, Henricus, Johannes, Conradus, Elizabet et Mechthildis, liberi et heredes felicis recordationis domini Etheleri dicti de domo, quondam burgenſis noſtri, venditioni a dicto patre eorum facte, de tribus ſcilicet manſis in Brosgiem ſitis cum omni utilitate et jure tam in paſcuis quam in pratis et in ſilvis necnon aliis omnibus, que in eis nominari poterunt et haberi, decano et capitulo ſancti Blaſii noſtre civitatis nobis videntibus et preſentibus conſenſerunt et eam, prout noſtra expoſcunt jura civilia, ratificarunt. Ad cujus facti evidentiam majorem preſentes litteras ſigillo noſtre civitatis munitas de rogatu et voluntate dictorum heredum decano et capitulo ſupradictis duximus concedendas. Acta ſunt hec anno gracie m° cc° l° vj°, tercio nonas Maji.

1256 Juli 5 Hildesheim. Dekan und Capitel zum H. Kreuz in Hildesheim verpachten Dietrich Buk (Buc) *und ſeinem Sohne um 8 Schilling Erbzins eine Huſe zu Thiede* (Thidhe), *die zuvor Gerhard der Wundarzt* (Cyrurdicus) *gehabt hatte. Unter den Zeugen* Conradus Holtnicker, Henricus Longus, cives Bruneswicenſes. Datum Hildenſem anno domini m° cc° lvj° iij nonas Julii. [169

Original zu Hannover.

1256 Auguſt 11 Anagni. Papſt Alexander an den Herzog von Braunſchweig: eximiert auf deſſen Bitten alle Kloſter- und Pfarrkirchen in und vor der Stadt vom Diöceſanrechte. [170

I, S. 194, No LXX.

1256 Auguſt 11 Anagni. Papſt Alexander beſiehlt dem Abte von Riddagshauſen, die Klöſter, Pfarrkirchen und Kapellen zu Braunſchweig bei ihrer Exemtion vom Diöceſanrechte zu ſchützen. [171

Nach einer Abſchrift des XV Jahrhunderts Bl. 41 des Copiarius magnus im Stadtarchive — Formular wie No 164 (I, S. 194, No LXIX); die ſachliche Beſtimmung ecclefias *S. 76[1] etc. wie in No 170 (I, S. 194, No LXX, wo als Datum beider Urkunden fälſchlich der 12. Auguſt angegeben iſt).*

ALlexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto filio abbati monaſterii ſancte Marie in Riddageshuſen, ordinis Ciſtercienſium, Halberſtadenſis dioc. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum ad preces dilecti filii noſtri, nobilis viri ducis de Brunswic, eccleſias conventuales necnon

parrochiales cum ſuis capellis extra muros et infra civitatem Brunswicenſem, Hildenſemenſis et Halberſtadenſis dioc. a jure dioceſanorum cum omni libertate auctoritate apoſtolica duximus eximendas, discrecioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prefatas eccleſias cum ſuis capellis ſuper premiſſis non permittas contra conceſſionis noſtre tenorem a quoque indebite moleſtari, moleſtatores hujusmodi per cenſuram eccleſiaſticam conpeſcendo, non obſtante, ſi aliquibus a ſede apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuspendi, vel excommunicari non poſſunt per litteras apoſtolicas non facientes plenam ac expreſſam de indulto hujusmodi mencionem. Datum Anagnie ij idus Auguſti pontificatus noſtri anno 2°.

2 diaceſanorum *Hſ.* cum *fehlt dort.* 3 ſcrypta *Hſ.* 5 *Nach* conpeſcendo *ſchaltet No 164* appellatione poſtpoſita *ein.*

1256 December 3 Braunſchweig Biſchof Heinrich von Hildesheim verheißt für Betheiligung an der Dedicationsfeier des Marien Johannisaltars zu St Petri und für Beiſteuer zum Kirchenbau vierzigtägigen Ablaß. [172

Original im Stadtarchive, das ſtark beſchädigte Biſchofsſiegel an weißrothem Seidenſtrange. — Das Formular wie No 143 mit einigen Abwandlungen.

H. Dei gracia Hildenſemenſis epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in omnium ſalvatore. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, ſuis ſervitoribus multo majora retribuat, quam valeant promereri, nos tamen indulgenciis quaſi quibusdam illectivis Chriſti fideles tenemur ad pietatis opera invitare. Cum igitur in eccleſia ſancti Petri principis apoſtolorum in Brunswich, que incendio conſumpta fuerat paulo ante, altare in medio ejusdem ſitum in honore beate Marie virginis et ſancti Johannis evangeliſte dedicaverimus coadjuvante nobis gracia Jheſu Chriſti, et ſtatuerimus, ut ad vincula beati Petri ſollempnia dedicacionis ejusdem annis ſingulis peragentur, cupientes, ut eadem eccleſia et altare congruis honoribus frequententur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui in die beati Petri ad vincula predicto annis ſingulis ad predictam eccleſiam et altare cauſa devocionis convenerint et ad emendacionem ipſius eccleſie manum porrexerint adjutricem, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ac noſtra auctoritate confiſi xl dies de injuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus. Datum Brunswich die dominico poſt feſtum beati Andree anno domini m° cc° lvj°, pontificatus noſtri anno decimo.

1257 Braunſchweig. Die Brüder Balduin und Balduin v. Dalem und die Söhne des letzten überlaſſen dem Marienſpitale ihren Antheil am Zehnt der Altenwik. [173

Original im Stadtarchive; von den vier Siegeln fehlt das dritte: das erſte iſt daſſelbe wie an No 111, das kleinere zweite und das wiederum größere vierte zeigen nur den Schild mit zwei Sparren, nicht auch den Helm; Umſchrift des zweiten: ✠ SIGILLV.... HA. NIS · DE · DALEM, *des vierten:* ✠ SIGILLVM · BOLDWINI · DE · DALEM. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2345.*

NOtum ſit omnibus preſentem paginam inſpicientibus et audientibus, quod ego Baldewinus de Dalehem et frater meus Baldewinus Johannesque et Baldewinus, filii fratris mei, cum conſenſu heredum noſtrorum omne jus, quod habuimus in decima Veteris vici tam in villa quam in campo novo burgenſium in Bruneswic contulimus hoſpitali. Cujus collationis teſtes ſunt Rodolphus juxta ſanctum Olricum et Brunewicenſis civitatis Conſules, Arnoldus de Calve, Conradus domine Sophie filius, Johannes Longus, Ludolfus archimonetarius, Hermannus Wlverammi, Henricus Ecberti, Sthephanus et Ghereco ſuus filius de Indagine, Henricus Longus et Albertus de Peine de Nova civitate et alii cum eis in conſilio exiſtentes. Ad cujus majorem collationis confirmationem preſentis pagine tenorem ſigillorum noſtrorum appenſione reddimus firmiorem. Datum Bruneswic anno incarnationis domini m° cc° lvij°.

1257 März 7. Propſt Johannes von Neuwerk und der Domdekan zu Goslar verkünden ihren Schiedſpruch in einem Streite zwiſchen dem Kloſter Frankenberg und der Kirche zum heiligen Grabe bei Goslar um das Pfarrecht eines Hauſes außerhalb der Stadtmauer, das der Kleriker G., Meiſter des Johannisſpitales in Braunſchweig, vom Kloſter Frankenberg erbeten hatte (cum G. clericus, magiſter hoſpitalis ſancti Johannis in Bruneswik, peteret a domino Petro prepoſito in Frankeneberh jus parrochiale cujusdam domus edificate extra muros civitatis Goslarienſis extra Frankeneberh, que homines inhabitantes recipere conſuevit ad ſepulturam et ad alia eccleſiaſtica ſacramenta). Acta ſunt hec anno domini m° cc° l° vij° nonis Martii in eccleſia ſancti Mathei. [174

Aus dem Copialbuche des Kloſters Frankenberg S. 40 gedruckt bei Bode, Urk.-B. der Stadt Goslar II, S. 135.

1258 Braunſchweig. Der Rath bekundet, daß Frau Werneke dem Kloſter Dorſtadt ihren Stoben auf dem Werder im Hagen unter Vorbehalt gewiſſer Leibgedinge und demnächſt zu Behuf einer Jahrzeit geſchenkt hat. [175

Original im Stadtarchive, ein Zerter, deſſen Schnitt durch die Ueberſchrift läuft, mit dem beſchädigten Burgenſenſiegel. Rückvermerk des XV Jahrhunderts uppe ij lb. gheldes an dem Werderſtoven.

CYROGRAPHYA. MARIE VALLIS LITTERA.

Qum ea,que geruntur in temporis ſupterfugio, humane memorie ſepius ſubripit oblivionis interventio, ſi non occurritur ei litterarum teſtimonio, nos Brunewicenſis civitatis Conſules, Conradus de domo, Conradus filius domine Sophie, Henricus Timmonis, Rodolfus Niger, Arnoldus de Calve, Heiſo Timmonis, Johannes de Velizſtede, Gherardus domini Stephani, Vranco, Petrus, Conradus Magnus, Johannes Martini, Johannes de Valeberghe et alii nobiscum in conſilio exiſtentes preſenti pagina recognoſcimus et veraciter proteſtamur, dominam Werneconem cum conſenſu omnium heredum ſuorum ſtupam in Indaginis inſula conſtructam, ſub cenſu hereditario annuatim duo talenta ſolventem, Dorſtat conventui contuliſſe ſub tali condicione, quod unum iſtorum talentorum tribus dominabus clauſtralibus in Stederborch, neptibus ejus, quam diu vixerint, cedat in uſum, videlicet Mechthildi, Werneconi, Ghertrudi. Mechthildis tamen ſola de hoc talento decem ſolidos recipiet, alios decem due divident. Quarum trium ſi una moritur, due tum habebunt hoc talentum, et ſi due moriuntur, tercia totaliter optinebit mortuis vero hiis tribus, conventus clauſtralium Marie in Dorſtat ſingulis annis in die Walburgis recipiet hoc talentum, de quo ſequenti die faciet ſibi conſolationem, anniverſarium dicte Werneconis et Conradi mariti ſui in eodem die vigiliis, miſſis et aliis orationibus celebrando. Secundum talentum tres domine clauſtrales in Dorſtat, neptes prefate Werneconis, ſcilicet Margareta, Elizabet, Ghertrudis, ſicut prime tres habebunt, ſet equali divident portione. Et quam diu aliqua iſtarum ſex vixerit dominarum, duo filii ſepedicte domine ſeniores inter fratres hanc ſtupam ſub eorum habebunt regimine. Mortuis autem omnibus hiis ſex dominabus, clauſtrum Dorſtat ſibi hanc ſtupam aſſumet tantummodo ex eo duo talenta in die Walburgis annis ſingulis recepturum, de quibus domine hujus clauſtri ſequenti die facientes ſibi conſolationem anniverſarium prefatorum, ſicut prediximus, celebrabunt. Unde, ne aliqua in poſterum ſuper hiis poſſit oriri calumpnia, preſentis pagine tenorem ſigillo noſtre civitatis reddimus firmiorem. Datum Bruneswic per manum Bertoldi Brunewicenſis notarii anno incarnationis domini m° cc° l° viij°.

1258 Burchard v. Wolfenbüttel (de Wolferbutle) *eignet dem Kloſter Steterburg eine Wurt zu Thiede* (Thide), *die Gerhard der Wundarzt* (Cyrudicus) *und deſſen Söhne von ihm zu Lehen trugen. Zeugen* Henricus et Conradus fratres de Indagine, Conradus filius domine Sophie, Ludolfus archimonetarius, Ludolfus Blawe, Arnoldus de Calve et filius ſuus Rolandus, Heiſo Timmonis, Heiſo de Leckenum, Rodolfus juxta ſanctum Odelricum, Henricus Boneke, Johan-

nes de Veilſtede, Hermannus Holtnicker, Johannes Elie, Ludeco Matthie. Datum Brunswich anno gracie m°cc°l°viij°. [176

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 136; gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 205.

1258. Bernhard vom Hagen verkauft dem Marienſpitale anderthalb Hufen zu Watenſtedt und gelobt, die mitberechtigten Erben binnen drei Jahren zum Verzicht zu bewegen. [177

Original in Braunſchweig, das Siegel (wie No 156) ſtark beſchädigt. Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2358.

NOtum ſit omnibus preſentem paginam inſpicientibus et audientibus, quod ego Bernardus de Indagine vendidi alterum dimidium manſum Watenſtede ſitum novo hoſpitali fide promittens, quod ego de feſto ſancti Martini infra ſpacium trium annorum heredes attinentes ſum ducturus, ut dicto hoſpitali hec bona reſignent. Que ſi non fecero dicto tempore finito, Bruneswic intrabo non exiturus, niſi prius eadem bona vel alia tam bene valentia hoſpitali reddidiſſem penitus expedita. Super quibus etiam promiſit dominus Conradus de Dorſtat fide interpoſita, quod omnem defectum deberet et vellet ſupplere, qualemcunque hoſpitale in me ſuper hiis omnibus pateretur. Que promiſſa tam ſua quam mea recepit dominus Henricus Timmonis, Henricus juxta ſanctum Michahelem, Eico, Henricus Boneco, Heiſo Timmonis. Acta ſunt hec anno gracie m°cc°l°viij° coram hiis Conſulibus Brunewicenſis civitatis: Conrado de domo, Henrico Timmonis, Henrico Enghellardi, Johanne de Velizſtede et Johanne filio ſuo, Conrado filio Sophie, Wedegone de Aſtvelde, Eicone, Heiſone Timmonis, Arnoldo de Calve, Henrico juxta ſanctum Michahelem.

14 ſuplere *Orig.*

1258. Burchard v. Wolfenbüttel bekundet, daß er den Zwiſt zwiſchen dem Kloſter Riddagshauſen und Wipert v. Uefingen um den halben Zehnt in Meerdorf gütlich beigelegt hat. Unter den Zeugen dominus Conradus frater domine Sophie, Heinricus filius domini Eggelardi, Heinricus Boneko et Hermannus frater ejus. Acta ſunt hec anno gracie m°cc°l°viij°. [178

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 205.

Um 1258. Volrad (Edler) von Diepenau überläßt dem Kloſter Riddagshauſen den Zehnt zu Meerdorf (Merthorp), *den ihm ſeine Lehnsleute, die Brüder v. Bortfeld und Burchard*

von Wolfenbüttel, aufgetragen haben, und erklärt ſich bereit, ihn nach Wiederbeſetzung des Bisthums auch ſeinem Lehnsherrn, dem Biſchof von Hildesheim, aufzutragen. Unter den Zeugen Heinricus Boniko, Johannes Longus, Johannes de Monſtede. [179

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt bei Scheid, Vom Adel. Mantiſſa document. S. 437, bei Vogell, Sammlung von Urkunden zur Geſchlechtsgeſch. der v. Schwichelt S. 11, im Urk.-B. der St. Hannover S. 27 und im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 206, wo die Datierung erörtert iſt.

(1258—60). Teſtament des Domſcholaſters Hartmann v. Minden in Hildesheim. Hec ſunt debita, quibus tenetur Hartmannus ſcolaſticus: vij talenta et dimidium, ad reparandam tabulam Ludolfo civi in Brunswic viiij ſolidos . . . [180

Original zu Hannover, gedruckt bei Doebner, Urk.-B. der St. Hildesheim 1, S. 138.

1258 März 16 Hamburg. Die Grafen Johann und Gerhard von Holſtein an Rath und Burgenſen zu Braunſchweig: geloben den dortigen Kaufleuten Schutz und Förderung zu Hamburg und drei Monat Anſtand bei Kündigung ihrer Sicherheit im Fall einer Fehde mit dem Herzog. [181

Original im Stadtarchive, Rückvermerke des xiv Jahrhunderts littera comitum de Holztſten, *des xv* nichil. *Von den Siegeln iſt an erſter Stelle eine Trümmer desjenigen von 1254 März 26 (No 158) erhalten, an zweiter nur das Pergamentband.* — Si inter 23 *etc. erweitert die Zuſage vom 26. März 1254 (S. 69).*

JOhannes et Gerardus dei gratia comites Holtſatie et de Scowenbůrg discretis viris Conſulibus ceterisque burgenſibus in Brunswich ſalutem cum bone voluntatis affectu. Preſentibus litteris proteſtamur ac eorundem exhibitione notum facimus univerſis, quod nos ſingulos vos et omnes ad civitatem noſtram Hambůrg cum rebus veſtris negotiando venientes ac de ea ad propria redeuntes tueri et promovere ſtudebimus cum effectu. Adicimus eciam, quod, ſi inter dominum veſtrum, ducem de Brunsvik, et nos discordia ſive guerra orta fuerit, quod abſit, et occaſione ejusdem discordie ſive guerre vos gravare et impedire voluerimus et quoad ſecuritatem, que in preſentibus litteris continetur, vobis plane dedixerimus, ab illo die ad tres menſes nullum vobis dampnum ſeu moleſtiam aliquatenus inferemus neque res veſtras, ſi quas in Hambůrg habueritis, infra predictos tres menſes detineri ſeu occupari faciemus. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Hambůrg anno domini m° c° c° l° viij° ſeptimo decimo kalendas Aprilis.

1258 März 16 Hamburg. Vogt und Rath zu Hamburg an Rath und Burgenſen zu Braunſchweig: geloben den dortigen Kaufleuten Schutz, Förderung und Sicherheit wie am ſelben Tage die Grafen von Holſtein. [182

Das Original iſt verloren; der folgende Abdruck wie der im Hamb. Urk.-B. 1, S. 513 nach einer ſchlechten Copie des XVI Jahrh. im Stadtarchive. — Formular und Inhalt wie No 179.

PRudentibus viris et honeſtis, Conſulibus et univerſis burgenſibus in Brunswich, advocatus et Conſules Hammenburgenſes cum ſincera dilectione foedera pacis et obſequium. Preſentibus litteris proteſtamur ac notum facimus univerſis, quod nos ſingulos vos et omnes ad civitatem noſtram cum mercandiſiis veſtris negotiando venientes ac de ea ad propria redeuntes tueri ac promovere ſtudebimus cum effectu. Adjicimus etiam, quod, ſi inter dominum veſtrum ducem et dominos noſtros comites diſcordia ſive guerra orta fuerit, quod abſit, et occaſione ejusdem diſcordie vos gravare vel impedire voluerimus et quoad ſecuritatem, que in preſentibus litteris continetur, vobis plane dedixerimus, ab illo die ad tres menſes nullum vobis dampnum ſeu moleſtiam aliquatenus inferemus neque res veſtras infra noſtras munitiones ac poteſtates, ſi habueritis, infra predictos tres menſes detineri ſeu occupari faciemus. In cujus rei teſtimonium preſentem paginam ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum Hammenburg anno domini 1258 ſeptimo decimo kalendas Aprilis.

8 proteſtamur] preſtamus *Cop.* 10 afectu *Cop.* 15 teſtimonio *Cop.*

1258 Juni Braunſchweig. Herzog Albrecht ſchenkt und eignet dem Kloſter Dorſtadt mit Zuſtimmung ſeines Bruders Johann und auf Bitten des edeln Herrn Bernhard vom Hagen (de Indagine) *eine Hufe zu Kalbicht* (Calcbechte), *wogegen ihm Herr Bernhard eine Hufe zu Beinum* (Benem) *übereignet.* Actum in domo Henrici Engelhardi anno gratie m° cc° l° viij° menſe Junio. [183

Original zu Dorſtadt.

1258 Aug. 13 Lüneburg. Die Herzöge Albrecht und Johann ſammt ihren Brüdern ſühnen ſich mit Hamburg und verbürgen deſſen Bürgern Schutz, Schirm und gerechtes Gericht in ihren Landen. [184

Aus dem 1842 verbrannten Liber privilegiorum quadratus zu Hamburg gedruckt im Hamb. Urk.-B. S. 515 und im Urk.-B. der Stadt Lüneburg S. 50.

DEi gratia Albertus et Johannes et fratres eorum duces de Bruneswic univerſis et ſingulis preſens ſcriptum inſpecturis et audituris ſalutem et plenitudinem omnis boni. Super omni diſcordia et rancore, que inter nos ex una parte et civitatem Hammemburgenſem ex altera

parte videbatur emerſiſſe, talis compoſitio et forma amicicie ordinata eſt, ſicut preſens littera in ſubſequentibus manifeſtat. Noverint igitur univerſi, quod nos illos omnes de Hammemburch pre omnibus, qui cauſa noſtri facere vel omittere quicquam volunt, in noſtram protectionem recepimus et pacis tutelam ſicut noſtros homines de Bruneswic et Luneburch et quemadmodum dictos noſtros homines deberemus protegere et vellemus, illos de Hammemburch taliter tueamur. Et ſi quem in diſtrictu noſtro, qui eos ſpoliis vel alias indebite perturbaſſet, forſitan detinerent, eis justum judicium, ſicut noſtris hominibus deberet fieri, procurabimus exhiberi. Ipſi vero verſa vice noſtros homines in civitate eorum Hammemburg et alias, ubi poſſunt, debent ſicut ſuos concives in omnibus fideliter promovere et etiam noſtris hominibus juſtum judicium procurare, ſi aliquem turbatorem ſuum in civitate Hammemburg vel illis terminis detinerent. Ad hec, ſi illis de Hammemburg talis cauſa vel caſus adverſitatis occurreret, ad que nos decreverint advocandos, accedere debemus eorum placita noſtrum conſilium et auxilium impendendo. Si vero, quod abſit, inter nos et comites Holtſatie aliqua rancoris vel discordie materia oriretur, ad ſopiendam illam in bono et amicabiliter componendam burgenſes de Hamburch ſepius nominati debent omni, qua poſſunt, diligentia interponere partes ſuas. Sane ut hec preſcripta majorem obtineant firmitatem, preſentem paginam inde conſcriptam et ſigilli noſtri munimine roboratam erogavimus ad cautelam. Hujus rei teſtes ſunt dominus Conradus de Boldenſcele, Wernerus de Medinge, Otto de Boiceneborg, Segebandus de Marboldesthorpe, Nicolaus Aries, Segebandus de Withorpe, Herewicus de Oſinge, Heno de Wicſtede, Hunerus de Odem, milites, Rodolphus Niger et Henricus Engelhardi, burgenſes de Bruneswic, Willekinus, Tammeko, Wernerus de Erteneborg, Wnnerus, Nicolaus, burgenſes de Hamburg, et alii quamplures. Actum et datum Luneburg anno gratie m° cc° l° viij° idus Auguſti.

4 pacem *Hſ.* 5 Hammenburchg *Hſ.*

1259 Januar 25 Anagni. Papſt Alexander ertheilt allen Beſuchern der Magnikirche vierzigtägigen Ablaß. [185

Das Original iſt verloren, Abſchrift in Rodemeiers Copialbuche der Kirche St Magni vom J. 1773. — Formular wie No 143.

ALexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Licet is, de cujus munere pendet, ut ſibi a fidelibus ſuis digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundancia pietatis ſue, que merita ſupplicum excedit et vota, bene ſervientibus multo majora tribuat, quam valeant promereri, deſiderantes tamen red-

30 ſue] vſus *Abſchr.* excedat *Abſchr.* 31 multa *Abſchr.*

dere domino populum acceptabilem fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibusdam allectivis premiis, indulgentiis ſcilicet et remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut eccleſia ſancti Magni de Brunsvic Halberſtadenſis dioc. congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui eccleſiam ipſam in ejusdem ſancti, cujus eſt inſignita vocabulo, necnon et dedicationis ipſius eccleſie feſtivitatibus annuatim venerabiliter viſitarent, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi quadraginta dies de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Anagnie viij kalendas Februarii pontificatus noſtri anno ſexto.

1259 April 10 Braunſchweig. Balduin v. Dahlum, Marſchalk Herzog Albrechts, läßt dieſem die Vogtei über dreizehntehalb Hufen zu Groß-Schöppenſtedt auf, die er und ſein jüngerer Bruder Balduin von ihm zu Lehn trugen und ſein Neffe Balduin mit ſeiner Zuſtimmung dem Blaſienſtifte verkauft hat. Acta ſunt hec in Brunswich anno domini m° cc° l° viij° iiij idus Aprilis. [186

Original zu Wolfenbüttel mit dem Siegel wie an No 173. — Der Neffe des Marſchalks wird in dem Aufſendungsbriefe d. d. Halberſtat viij idus Aprilis *(Orig. zu Wolfenb.)* dictus de Scepenſtede *genannt. Den Sachverhalt erläutert Herzog Albrecht in der Eignungsurkunde d. d.* Brunswic m° cc° lx° *(ebenda):* Verum quoniam advocatia ipſa dictis fratribus Johanni et Baldewino de Dalem non fuit libera, eo quod ipſorum non eſſet pheodum, effecerunt, quod Baldewinus longus de Dalem et Baldewinus junior, frater ſuus, qui advocatiam a nobis tenebant, pheodum ipſum in manus noſtras reſignarunt.

1259 Auguſt 1 Braunſchweig. Die Brüder Helmold und Gunzelin v. Biewende eignen auf Bitten des Bürgers Dietrich v. Kiſſenbrück dem Kloſter Heiningen anderthalb Hufen und eine Wurt zu Weſterbiewende. [187

Original zu Hannover mit dem gemeinſchaftlichen Siegel der Ausſteller.

IN nomine domini amen. Helmoldus et Gunzelinus fratres de Biwende omnibus hoc ſcriptum viſuris in vero ſalutari ſalutem. Ne rei geſte dubietas oriatur in poſteris, non immerito ea, que geruntur in tempore, ſcriptis auctenticis perhennantur. Sciant igitur preſentes atque poſteri, quod Conradus Steckemeſces et uxor ſua Margareta de beneplacito noſtro et voluntate manſum et dimidium et aream unam cum omnibus attinenciis ſitis in Weſterbiwende, que de manu noſtra racione homagii tenuerunt, vendiderunt domino Theodorico de Kiſſenbrugge, burgenſi in Bruneswic, pro viginti marcis examinati argenti, reſignantes ea bona nobis libere et ſolute. et nos accipientes tres marcas de eodem argento pro voluntate priuspoſiti Theode-

rici dedimus liberaliter prememorata bona dilecto nobis clauſtro beati Petri in Henigge in vere proprietatis perpetuam poſſeſſionem proinde eciam Dei miſericordiam exſpectantes cum ejusdem clauſtri benefactoribus univerſis. Ut autem ſupradicta vendicio et reſignacio ac noſtra donacio rata permaneant, preſentem paginam noſtro ſigillo roboratam dedimus in teſtimonium ſuper ipſo. Hujus rei teſtes ſunt dominus Luthmarus, ſacerdos in Vimmelhuſen, Ludegerus de Oſterroth, Heinricus de Kiſſenbrugge, milites, burgenſes vero Heinricus Eggehardi, Hermannus et Heinricus Bonekene fratres, Heinricus et Conradus Stapel, Jordanus apud ſanctum Paulum, Heinricus Thimmonis, Herbordus Pape, Conradus Stike, Daniel monetarius, Johannes de Kiſſenbrugge, Johannes de Orem, Wicpertus Gallina, Johannes de Bornem, Wernherus Burmeſter et quamplures alii. Acta ſunt hec in Bruneswic apud forenſem eccleſiam anno domini m° cc° l° nono, kal. Auguſti, Johanne tunc temporis in Henigge prepoſito fideliter procurante.

7 et *fehlt im Orig.*

(1260—70.) Schuhmacher und Gerber in Braunſchweig an Vogt und Rath zu Lüneburg: beſchreiben ihr Recht und die Weiſe ihrer Lederbereitung. [188

Aus dem Regiſtrum principum in der K. Bibliothek zu Hannover bei Sudendorf Urk.-B. 1, S. 36, aus dem Donatus im Stadtarchive zu Luneburg bei Volger, Urk. B. der St. Lüneburg, S. 51 gedruckt. Sudendorfs Datirungsverſuch beruht wohl auf der Stellung der Aufzeichnung in der Reihe.

HOnestis viris, advocato et Conſiliariis omnibus in Luneburg, ſutores et alii operarii preparantes corium ad calcios in Brunesvik paratum ſemper obſequium voluntarium et devotum. Sicut nos rogaſtis ex parte domini noſtri ducis, ut vobis jus noſtrum in corio preparando et operando transmitteremus, quod ab antiquis predeceſſoribus noſtris ad nos eſſet hactenus devolutum, hoc fecimus, ſicut in iſta littera perpendere poteritis et videre. Corium bovinum preparatur in eo, quod vocatur bete, videlicet in cemento, quod vocatur betelkalk, et in lo quercino. Cutis de hyrco et de agno preparatur in eodem cemento, in quo corium bovinum, ſicut antea diximus, preparatur, et poſtea ad plenum preparatur in foliis herterinis. Pelles vero hyrcionis preparamus cum haringſmere et pelles ovium cum ſalſmere, ſicut nobiscum conſuetum eſt, et volumus libenter perpetuo obſervare. Quicumque iſtud inter nos non obſervat, ſecundum noſtram, quam ſtatuimus, juſticiam eſt puniendus. Illam juſticiam inter veſtros operarios pro veſtra poteritis ordinare et ſtatuere voluntate. Si quis vero contradixerit, derogat veritati.

1260 Braunſchweig. Herzog Albrecht eignet den Sonderſiechen zu St Leonhard eine Hufe zu Stöckheim bei Barum, die ihm Herr Konrad v. Dorſtadt aufgeſandt hat. [189

Original im Stadtarchive, das Siegel fehlt.

NOs Dei gracia Albertus dux de Bruneswic omnibus in perpetuum. Notum eſſe volumus univerſis et ſingulis preſentibus et futuris, quod dominus Conradus de Dorſtat manſum unum ſitum in villa Stockem apud Barem, quem a nobis tenebat in pheodo, in manus noſtras libere reſignavit. Unde ipſe dominus Conradus ſupplicavit nobis, ut dictum manſum pauperibus leproſis apud ſanctum Leonardum juxta Bruneswic divine remunerationis intuitu curaremus conferre. Cujus precibus inclinati dictum manſum contulimus liberaliter et in proprium dedimus memoratis pauperibus percuſſis a domino, meritum exſpectantes ab ipſo domino, qui eſt bonorum omnium ſufficiens retributor. Sicque in memoriam facti noſtri preſens ſcriptum dedimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Teſtes hujus rei ſunt prepoſitus Henricus, Jordanis notarius noſter, Gevehardus de Bortvelt, Ludolfus de Wenethen et alii quam plures. Datum Bruneswic anno domini milleſimo cc° lx°.

1260 April 4 Braunſchweig. Biſchof Johann von Hildesheim verheißt für Betheiligung an gewiſſen Feſten zu St Petri und für Spenden zum Kirchenbau vierzigtägigen Ablaß. [190

Original im Stadtarchive; von der Beſiegelung iſt nur der rothweiße Seidenſtrang erhalten. — Das Formular mit einigen Abwandlungen wie No 143.

JOhannes Dei gracia Hildenſemenſis epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Dei filio Jheſu Chriſto. Etſi is, de cujus munere ſummo venit, ut ſibi a fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, ſuis ſervitoribus multa majora retribuat, quam valeant promereri, ut tamen indulgenciis quaſi quibusdam illectivis vos ad eterne felicitatis gaudia ſalubriter invitemus, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad eccleſiam beati Petri apoſtolorum principis in Brunswic in revolucione ſingulorum menſium preſentis anni, cum dedicacionis officium celebratur, necnon in anniverſario dedicacionis ipſius annis ſingulis in humilitate ſpiritus cauſa devocionis acceſſerint et ad emendacionem ejusdem eccleſie elemoſinas ſuas, prout Deus ipſis inſpiraverit, largiti fuerint, quadraginta dies de injuncta ſibi penitencia de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, miſericorditer relaxamus. Datum Brunswic anno domini milleſimo cc° lx° pridie non. Aprilis, pontificatus noſtri anno iij°.

1260 April 5 Braunſchweig. Biſchof Johann von Hildesheim eignet dem Marienſpitale auf Bitten Herrn Bernhards vom Hagen die von dieſem ihm aufgeſandten anderthalb Hufen zu Watenſtedt. [191

Original im Stadtarchive mit den Siegeln des Biſchofs und Herrn Bernhards vom Hagen. Letzteres wie das an No 177 ein geſchachtes Schild mit der Umſchrift: ✠ S . . . . . . M · BERN . . . . . · DE · INDAGINE. *Rück-*

vermerk des XIV Jahrhunderts de ij manſis in Wadenſtede. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2360.*

JOhannes Dei gracia Hildenſemenſis epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus, quibus has litteras videre contigerit vel audire, ſalutem in omnium ſalvatore. Ex tenore preſencium omnibus fieri volumus manifeſtum, quod manſum et dimidium in Wadenſtede reſignatos nobis a domino Bernhardo de Indagine ad peticionem ipſius contulimus novo hoſpitali in Brunswich ab ipſo perpetuo poſſidendos. Pro quibus manſum unum in Hedendorpe et dimidium in Watenſtede idem dominus B. nobis et eccleſie noſtre contulit in reſtaurum. Teſtes hujus ſunt Hartmannus ſcolaſticus, Henricus de Brema, Leonius canonicus Hildenſemenſis, Henricus de Steinberge, Bertoldus Pil, Theodericus de Barem, milites, Conradus domine Sophie, Henricus dictus Holtnickel et alii quamplures. In quorum omnium teſtimonium preſentes littere ſunt ſigillis, noſtro videlicet et ſepedicti domini B. de Indagine, ſigillate. Datum et actum Brunswich anno domini m° cc° lx° non. Aprilis, pontificatus noſtri anno tercio.

1261 März 17 Braunſchweig. Der Rath zu Braunſchweig bekundet den Verzicht ſeiner Bürger auf Schadenerſatz wegen Hinderung ihres Kaufguts bei den Wurſtfrieſen. [192

Aus dem 1842 verbrannten Liber privil. quadratus zu Hamburg, gedruckt im Hamb. Urk.-B. S. 537.

OMnibus preſentem paginam inſpicientibus et audientibus Conſules in Bruneswic ſincere dilectionis plenitudinem. Quicquid burgenſes noſtri in bonis ſuis apud Worſatos detentis dampnum receperunt, a nullo ſe velle ulterius requirere, preſenti pagina ſigillo noſtre civitatis roborata recognoſcimus et teſtamur. Hoc enim ſe velle ſervare coram nobis Conſulibus promiſerunt. Datum Bruneswic anno gratie 1261 in die Gertrudis.

1261 Mai 5 Braunſchweig. Burchard von Wolfenbüttel und ſeine Söhne eignen Ulrich v. Thiede eine Wurt und eine halbe Hufe zu Thiede. Zeugen Sifridus Scadewolde, Johannes de Stockem, Johannes de Velezſtede, Henricus filius ſuus, item Conradus filius ſuus, Henricus de Barem, Johannes de Barem, Henricus de Barem, Henricus Longus, Henricus filius Baldewini. Datum in Brunswich anno domini m° cc° lx° j° tercio nonas Maji. [193

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 137; gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1. S. 213.

1261 September 1. Das Capitel zu St Cyriaci überträgt Ekharde v. Sambleben und ſeiner Frau einen Garten an der Weſtſeite des Berges zu Erbzins. [194

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel an rother Zwirnſchnur.

CApitulum montis ſancti Ciriaci apud Brunswic omnibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in domino. Noverint tam preſentes quam poſteri, quod cum unanimi conſenſu noſtri capituli ortum quendam contra occidentalem plagam montis ſitum contulimus Eckehardo de Szampeleve et uxori ſue Gertrudi necnon pueris eorundem jure cenſuali, quamdiu cenſum, videlicet vj ſolidos, in feſto ſancti Michahelis perſolverint expedite. Si autem jam dictus Eckehardus vel uxor ſua ſeu pueri ipſorum prememoratum ortum vendere decreverint, primo ad emendum noſtre eccleſie exhibebunt. Ne igitur hoc factum noſtrum in poſterum aliquis auſu temerario valeat irritare, preſentem litteram ſigilli noſtre eccleſie munimine decrevimus roborare. Teſtes autem ſunt Rotherus de Guſtede, Luderus cuſtos, Wernerus, Hinricus de Garſebothle et alii quam plures. Datum anno domini m° cc° lx° j° kal. Septembris, Tyderico vicedomino exiſtente.

6 dictus *fehlt im Orig.*

1261 October 16 Braunſchweig. Der Gemeine Rath bekundet, daß Hermann Kovot dem Kloſter Steterburg drei Hufen Eigengut zu Thiede verkauft hat. [195

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 136.

UNiverſitas Conſulum civitatis Brunswic omnibus hoc ſcriptum videntibus ſalutem in virginis filio Jheſu Chriſto. Ad noticiam univerſorum volumus pervenire, quod cum Hermannus dictus Covot tres manſos in Thide jure proprietatis pertinentes ad ipſum uxoris ſue et heredum ſuorum accedente conſenſu eccleſie in Stederborch vendidiſſet xxix marcis puri argenti a domino Henrico prepoſito pro eadem vendicione receptis, omne jus, quod in ipſis bonis habuit, ſepedicte eccleſie reſignavit publice coram nobis. Teſtes hujus vendicionis ſunt Conradus Sophie, Henricus de ſancto Michahele, Henricus Longus de Nova civitate et plures alii fide digni. Ad excludendum igitur omnem dolum et omnem maliciam falſitatis preſenti ſcripto de hoc confecto ſigillum civitatis noſtre duximus apponendum. Datum Brunswich anno gracia m° cc° lxj in die Galli.

21 pupplice *Hſ.*

1262 Januar 10 Braunſchweig. Herzog Albrecht eignet dem Marienſpitale eine Hufe zu Hötzum, die ihm der edle Herr Hermann v. Elze zu dieſem Zwecke aufgeſandt hat. [196

Original im Stadtarchive, das Siegel an rother Seidenſchnur. Rückvermerk des XIV Jahrh. de j manſo in Hotzelum. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2342.*

DEi gracia Albertus dux de Bruneswic omnibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem et ſincere voluntatis affectum. Ut major fides adhibeatur negotiis geſtis, expedit aliquotiens ſcripturam fieri, que contineat teſtimonium veritatis. Preſenti ergo littera tam futuris quam preſentibus, ut fidem veritas habeat, declaramus, quod nobilis vir dominus Hermannus de Elleſſen in noſtra conſtitutus preſentia reſignavit nobis manſum unum ſitum in villa Hôtſenem, quem a nobis tenebat. Quem quidem divine remunerationis intuitu et etiam ipſius Hermanni precibus inclinati contulimus et in proprium dedimus hoſpitali pauperum ſancte Marie ſuper longum pontem Bruneswic quiete ac libere perpetuo poſſidendum. Et ne hoſpitali jam dicto ſuper ipſo manſo, quem cum omni jure ac utilitate dedimus, queſtio in poſterum calumpnie moveatur, preſens noſtrum ſcriptum ad cautelam dari fecimus de conſenſu cari fratris noſtri ſigilli noſtri munimine roboratum. Cujus facti teſtes ſunt dominus Conradus de Dorſtat, Luthardus junior de Meynerſem, Wernerus de Zweiſin, Bernhardus de Indagine, Bertoldus de Godenſtede, Godefridus de Varsvelde, Bertrammus de Bodenrode, Gevehardus de Bervelte, Jordanis notarius noſter et alii quam plures. Actum in curia cuſtodis Werneri eccleſie ſancti Blaſii. datum anno domini m° cc° lxij° iiij idus Januarii.

14 cuſtudis *Orig.*

1262 Januar 19 Braunſchweig. Herzog Albrecht bekundet, daß Ritter Ludolf v. Weferlingen ihm drei Hufen zu Watzum (Wattekeſſen) *aufgeſandt, und er ſelbige dem Kreuzkloſter zu ewigem freiem Beſitz übertragen hat. Unter den Zeugen* Conradus Sophie, Henricus Boneco, Henricus Engelhardi filius, burgenſes in Bruneswic. Actum preſente dilecto fratre noſtro Johanne et conſenciente anno domini milleſimo ducenteſimo lxij°. datum Bruneswic xiiij° kalendas Februarii. [197

Original zu Wolfenbuttel, gedruckt in der Zeitſchr. des Hiſt. V. für Niederſachſen 1880, S. 40.

(1262 März 12—1263 April 20.) Die Grafen Johann und Gerhard von Holſtein erlaſſen eine Zollordnung für die in Hamburg handelnden Fremden und namentlich die Kaufleute aus der Mark Brandenburg, der Markgrafſchaft Meißen, dem Erzbisthum Magdeburg und den Herzogthümern Braunſchweig und Sachſen. Item ſciendum eſt, quod homines marchionis Misnenſis et homines domini archiepiſcopi Magedeburgenſis et ducis de Bruneswic ac ducis Saxonie habent alia jura in theloneo. *(In der andern Aufzeichnung:* habent aliud jus in theoloneo.) [198

Zwei Aufzeichnungen — die eine in dem 1842 verbrannten Liber privilegiorum quadratus zu Hamburg, muthmaßlich Abſchrift eines Entwurfs, die andere auf Pergament, aus dem XIII *Jahrh., zu Bückeburg, Abſchrift vom Originale — gedruckt bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. S.* I, *198, wo auch die älteren Drucke aufgeführt und die dienlichen Erläuterungen hinzugefügt ſind.*

1263 April 25. Propſt, Dekan und Domcapitel zu Halberſtadt beſtätigen das Marienſpital im Beſitz des Patronates zu Biewende. [199

Original im Stadtarchive mit dem Capitelsſiegel. Rückvermerk des XIV *Jahrh.* de eccleſia in Bivenden. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid.* VIII, *S. 2334 und bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſtifts Halberſtadt* II, *S. 270.*

HErmannus Dei gracia prepoſitus et Wiggerus decanus totumque eccleſie Halberſtadenſis capitulum omnibus Chriſti fidelibus eternam in domino ſalutem. Cum inter opera caritatis elemoſinarum largitas precipua reputetur, dignum eſt, ut pauperibus Chriſti ſuſtentationis ſubſidium non negetur. Hinc eſt, quod noſcere volumus tam preſentes quam futuri temporis ſucceſſores, quod nos collationem eccleſie in Biwendhe cum omnibus bonis et proprietatibus eidem pertinentibus, quam dominus Helmoldus, ejusdem eccleſie hereditarius patronus, cum conſenſu et bona voluntate heredum ſuorum coram viris discretis, videlicet venerabili patri noſtro, beate memorie epiſcopo Meighardo, et domino L. de Scladem, tunc temporis archidyacono, et aliis quam pluribus novo hoſpitali in honorem beate genitricis domini et ad ſuſtentationem pauperum Chriſti in Bruneswic conſtructo ſe rationabiliter et libere feciſſe proteſtatus eſt, quam etiam ordinationem dictus epiſcopus M. et L. archidyaconus voluntarie ratificaverunt, ratam et irrevocabilem ſervare cupimus perpetuo, hac vero conditione ſuppoſita, ne locus divinis et parrochiales ſacramentis fraudentur. Ne igitur tam pio ac laudabili facto conſenſus noſter contradicere videatur, quod abſit, hanc litteram munimine ſigilli noſtri roboratam procuratoribus dicti hoſpitalis tradimus conſervandam. Datum anno domini m° cc° lxiij vij kalendas Maji.

10 Hermannus] H' *Orig.*

1263 April 25 Northeim. Abt, Prior und Convent des Stifts zu Northeim verkaufen dem Blaſienſtifte Güter zu Vinsleben (Vennesleve), Honnenſtede, Tueleken, *Klein-Dahlum* (in minori villa Dalem) *und Klein-Twieflingen* (in minori Tuiflinge). *Unter den Zeugen* Gevehardus plebanus ſancti Magni. Datum Northem anno gracie m° cc° lx° iij° vij° kalendas Maji. [200

Abſchrift im Ordinarius St Blaſii zu Wolfenbüttel.

1263 Juli 14 Braunſchweig. Bertold, Deutſchordenskomtur in Langeln, verkauft dem Marienſpitale eine Hufe und einen Hof zu Biewende. [201

Original im Stadtarchive, das kleine runde Siegel an rothgelbem Seidenſtrange zeigt eine Heiligenfigur mit Buch und Schlüſſel und die Umſchrift: ✠ S·COMMENDATORIS·I·LAGGELE. *Rückvermerk des XIV Jahrh.* de uno manſo in Biwenden. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2389, im Aſſeb. Urk.-B. I, S. 217 und bei Jacobs, Urk.-B. der Deutſchordens-Commende Langeln S. 21.*

Univerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis Bertoldus, in ordine domus Teutonice conmendator in Langhenem, orationum plenitudinem devotarum. Quoniam facta hominum etiam laudabilia inopinato eventu ſepius corrumpuntur, niſi poſteris per ſcripti memoriam oblivio auferatur et veritas inportetur, hinc eſt, quod notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod nos deficientes in pecunia, cum bona ſolvere deberemus, que in Luckenem contra dominum Ecbertum emimus ſeniorem, ad novum hoſpitale in honorem beate virginis in Bruneswich edificatum de conmuni conſenſu fratrum noſtrorum unum manſum et unam curiam in Biwendhe vendidimus jure perpetuo poſſidendos, videlicet cum omni utilitate, quam habent in villa, agris, cultis, colendis, paſcuis et in pratis. Ut autem hec noſtra venditio firma et inmobilis perſeveret, hoc ſcriptum dedimus noſtri ſigilli munimine roboratum. Teſtes hujus facti ſunt frater Helmoldus, frater Beteco de Graſhorſt, frater Johannes connomine Norteco, frater Thidericus de Biwende, filius Marquardi, dominus Ecbertus junior de Aſſeburch, dominus Ludolfus de Jerkeſſem, milites, Henricus Longus et Johannes frater ſuus, Henricus Holtniker, Heiſo et Johannes frater ſuus de Luckenem, Henricus Timmo, Henricus de ſancto Michahele et Conradus de Vroſen. Acta ſunt hec in Bruneswich anno domini m° cc° lxiij° ij° idus Julii.

(1264—69.) Propſt Konrad und Priorin M. von Dorſtadt bekunden, daß ſie vom Kloſter Heiningen vier Holznutzungen, die ihm von den Brüdern Johann und Berthold (v. Dorſtadt: dictis de ipſa villa *No 214) verpfändet waren, wiedergekauft und mit dieſen ſich über deren Gebrauch ſowie über künftige Verpfändungen ihrer Holznutzungen bei Dorſtadt vereinbart haben. Unter den Zeugen* Heinricus de Ingeleve, Luderus et alii quam plures. [202

Original mit dem Propſteiſiegel zu Dorſtadt. — Bis 1269 iſt Propſt Konrad, 1264 Priorin M. nachzuweiſen.

(1264—69.) Propſt und Priorin von Dorſtadt verſchreiben ihrer Kloſterjungfrau Armgart vom Steinwege eine Leibzucht. [203

Original mit dem Conventsſiegel zu Dorſtadt. — Wegen der Datierung vgl. No 202.

Conradus Dei gracia prepoſitus in Dorſtat, M. . prioriſſa totusque conventus ejusdem eccleſie omnibus hoc viſuris oraciones in Chriſto. Noverint univerſi preſentem litteram inſpecturi, quod nos de communi conſenſu noſtri capituli quatuor marcas examinati argenti a domina Bertrade, relicta domini Olrici de Lapidea via, recepimus ſub hac forma, ut nos filie ejus Ermengardi nobiscum profeſſe decem ſolidos, quamdiu vixerit, preſentemus, qui de hiis areis in Vlotede ſemper dabuntur: de area, quam poſſidet Olricus, quatuor ſolidos, de area, quam habet Meinnardus, tres ſolidos, de area, quam habet Lantgravius, tres ſolidos. Ea vero defuncta due aree cum ſex ſolidis cedent cuſtodie ad luminaria vel ad alia quecunque cultui divino neceſſaria comparanda. Hec ut rata permaneant, preſentem litteram inde confectam ei dedimus eccleſie noſtre ſigilli munimine roboratam.

1 in Dorſtat *von derſelben Hand übergeſchrieben.* . . *offener Raum.* 6 in Vlotede *von derſelben Hand übergeſchrieben.*

1264 Januar 15. Ritter Konrad v. Dorſtadt bekundet, daß Propſt Konrad von Dorſtadt für ſein Kloſter zwei Hufen und zwei Wurten mit zwei Holznutzungen daſelbſt von den Brüdern Berthold und Johannes (*v. Dorſtadt:* dictis de ipſa villa *No 214*) *und ihrer Mutter Adelheid gekauft hat. Unter den Zeugen* Heidenricus de Luckenem, Johannes Longus (logus *Orig.)*, Henricus ſenior Boneco, Henricus de Oldendorpe, Conradus Holtniker et Ludolfus de Ovesfelde, burgenſes. Acta ſunt hec anno domini m° cc° lxiiij° xviij° kalendas Februarii. [204

Original zu Dorſtadt.

1264 Juli 25 Halberſtadt. Biſchof Volrad von Halberſtadt eignet dem Aegidienkloſter den Zehnt zu Wittmershagen, den von ihm der Dompropſt, von dieſem Heinrich Boneke und Konrad Holtnicker zu Lehn getragen haben. Cum praepoſitus noſter major a nobis, ab ipſo Hinricus dictus Boneke et Conradus Holtnicker in Brunswich decimam in Witmershagen in pheodo detinerent, dilecti nobis in Chriſto, ſcilicet Daniel abbas et conventus monaſterii ſancti Egidii Brunswicenſis, taliter ordinarunt, ut, quemadmodum ipſa decima de manu in manum deſcenderit, ita gradatim aſcendendo nobis exſtitit libere reſignata. Nos igitur, habentes eam in noſtris manibus liberam et vacantem, praedictorum, abbatis videlicet et conventus ſancti Egidii in Brunswich, precibus inclinati, contulimus ipſam eidem monaſterio cum omni jure et fructu, ſicut noſtra poſſedit eccleſia, necnon novalibus et alia qualibet utilitate, que inde poterit provenire perpetuo poſſidendam. Datum Halberſtat anno gracie m° cc° lx° iv° iix kal. Auguſti, pontificatus noſtri anno nono. [205

Das Original iſt verloren, Abſchrift in einem Copiarius des Aegidienkloſters aus dem XVII *Jahrh. zu Wolfenbüttel.*

1265. Bertram v. Veltheim der ältere wiederholt zu Gunſten des Kloſters Riddagshauſen den Verzicht ſeines Vaters auf Güter in Gliesmarode, Ottenrode und am Nuſsberge. [206

Original zu Wolfenbüttel mit verſchliſſenem Siegel. Rückvermerk des XIV *Jahrh.* De bonis in Oddenrode et monte Notbergh et Glismerode.

BErtrammus de Veltem ſenior omnibus hanc litteram inſpecturis notum eſſe cupio univerſis tam preſentis temporis quam futuri, quod, cum pater meus Bertrammus olim propter Deum et anime ſue ſalutem renuntiaverit omni juri, quod ſibi in bonis in Glismederode et in Oddenrode et in monte, qui vulgo Notberch vocatur, conpetere ex hereditate paterna ſciebat, conferens illud eccleſie beate Marie virginis in Riddageshuſen libere et quiete perpetuo poſſidendum, ego ipſius veſtigia inſequens ob petitionem venerabilis viri L. abbatis et conventus jam dicte eccleſie eidem juri, quod et mihi hereditarie in bonis conpetebat premiſſis, renuntiavi omnimodis cum omnium heredum meorum voluntate unanimi et conſenſu. Et in hujus rei evidens argumentum preſens ſcriptum ſigilli mei munimine roboravi. Datum anno domini m° cc° lx° quinto.

1265 März 12 Braunſchweig. Abt und Kloſter zu Marienthal verkaufen dem Marienſpitale fünfzehn Hufen zu Berklingen. [207

Original im Stadtarchive, das paraboliſche Siegel an rothweiſsem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV *Jahrh.* XV manſi in Berchlinge. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid.* VIII, *S. 2359.*

FRater Reinoldus divina permiſſione abbas totusque Vallis ſancte Marie conventus, Cyſtercienſis ordinis, univerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, cum orationibus ſalutem in nomine Jheſu Chriſti. Quia de preteritis negotiis poſteritas non ſine dampno erroris multociens dubitat, expedit, ut compendio alicujus ſcripture veritas rei geſte poſteris etiam innoteſcat. Preſenti ergo ſcripto recognoſcimus et publice proteſtamur, quod nos unanimi conſenſu pro ducentis et viginti quinque marcis puri argenti vendidimus hoſpitali novo ſancte Marie ſupra longum pontem Bruneswic quindecim manſos ſitos in villa Berclinge, manſo ad triginta jugera computato et eisdem jugeribus plenarie deſignatis, cum omni jure ac uſu, quod nobis tam in villa quam in agris, ſilvis et paſcuis competebat occaſione ipſorum bonorum, perpetuo poſſidendos, juſtam warandiam de ipſis bonis dictis emptoribus facere volentes, ubicumque fortaſſis requiſiti fuerimus et fuerit oportunum. Qua videlicet ſumma decimam in majori Ha-

kenſtede curavimus comparare. Ut ergo factum noſtrum evidens ſit et firmum, et ne prefatis de hoſpitali ſuper memoratis bonis poſſit forſan in poſterum queſtio ſuscitari, preſentem litteram ſuper eo dedimus ſigillo noſtro appoſito roboratam. Hujus itaque venditionis teſtes ſunt et preſentes intererant frater Hildebrandus prior, Theodericus ſubprior, Heinricus magiſter converſorum, Johannes cantor, Hermannus portarius, Conradus camerarius, Ludegerus cellerarius, Theodericus magiſter novitiorum, monachi de Valle; de civitate vero Bruneswic Conradus Sophie, Heinricus Holtnicker, Karolus, Johannes de Lukenem, Hermannus Wlframmi, Heinricus Longus, Heinricus et Ecbertus filii Ecberti, Johannes de Velſtede et alii quam plures. Actum Bruneswic anno gratie m°cc°lxv° in die beati Gregorii pape.

1265 April 30 Braunſchweig. Die Herzöge Albrecht und Johann geloben dem Grafen Gunzelin v. Schwerin zum Erſatz des in ihrem Dienſte erlittenen Schadens Zahlung von 2000 Mark.
Si autem perſolutionem memorate pecunie prefixis temporibus ſuperſederimus, nos vero Albertus Bruneswic ſive Luneburg, cujus electio in noſtro erit arbitrio, intrabimus abhinc non exituri, quin de ipſius fuerit libera voluntate .... Datum Bruneswik anno domini m°cc°lxv° vigilia Philippi et Jacobi. [208

Nach dem Originale zu Schwerin gedruckt im Mecklenb. Urk.-B. II, S. 269.

1265 September 19 Halberſtadt. Biſchof Volrad von Halberſtadt eignet dem Marienſpitale den Zehnt der Altenwik und den zu Hötzum, die ihm Lippold v. Ütze reſigniert hat. [209

Original im Stadtarchive, die Siegel an gelbrothen Seidenſträngen. Rückvermerk des XIV Jahrh. de decima in Veteri vico et in Hotzelum. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2344 und bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt II, S. 302, wo Taf. IX No 60 auch das Siegel Biſchof Volrads abgebildet iſt, wie das des Domcapitels ebd. I, Taf. V No 27.*

IN nomine domini amen. Volradus, Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus, in perpetuum. Ut ea, que per nos religioſis domibus conferuntur, robur obtineant debite firmitatis, dignum duximus, ipſa ſcriptis autenticis et ſubſcriptione teſtium perhennare. Noverint proinde univerſi Chriſti fideles preſentis temporis et futuri, quod nos de conſenſu tocius capituli noſtri decimam Veteris vici in Bruneswic et decimam in Hotſelem per Lippoldum de Utteſſe, qui eam a nobis titulo pheodali tenebat, libere reſignatam de conſenſu heredum ſuorum domui novi hoſpitalis in Bruneswic cum omni utilitate et fructu tam in areis quam in agris jure proprietatis contulimus quiete et perpetuo poſſidendas. Hujus donacionis teſtes ſunt Hermannus major prepoſitus, Wicgerus decanus, Borchardus vicedominus, Rodolphus portenarius, Hermannus

ſcolaſticus, Bertoldus de Clettenberg, Hermannus de Hodenhagen, noſtre majoris eccleſie canonici. laici vero Conradus de Dorſtat, Luthardus de Meynerſem, nobiles, Conradus filius Sophie, Henricus Engelardi, Johannes Longus et Johannes Stapel, cives in Bruneswic, et alii quam plures clerici et laici. Ut autem hec noſtra donacio jugiter maneat inconvulſa, preſentem litteram inde conſcribi fecimus et noſtro ſigillo noſtrique capituli fideliter conmuniri. Actum et datum Halberſtat anno domini m° cc° lxv° xiij° kalendas Octobris, pontificatus noſtri anno decimo.

1265 October 10. Das Ottoniſche Stadtrecht, beſiegelt durch die Herzöge Albrecht und Johann. [210

1, S. 11. — S. Hänſelmann, Die älteſten Stadtrechte Braunſchweigs: Hanſ. Geſch.-Bl. 1892, S. 6 u. 25.

1265 November 18 Braunſchweig. Der Rath bekundet, daß Heinrich v. Berklingen für zwei Mark auf Güter des Marienſpitales zu Berklingen verzichtet hat. [211

Original im Stadtarchive von der Hand des Schreibers der Stadtrechtsaufzeichnung vom J. 1265 (ſ. Hanſ. Geſch.-Bl 1892, S. 57) mit dem Burgenſenſiegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. Berchlinge. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2347.*

UNiverſis, quibus hoc ſcriptum exhibitum fuerit, Bruneswicenſis civitatis Conſules in ſalutis auctore gaudium cum ſalute. Acta hominum ideo ſcriptis commendantur, ne cum labili tempore pretereant et in oblivionem veniant, ſet ut firmiorem habeant cautionem. Noverint ergo preſentes et futuri, quod Henricus de Berclinge ſuper inpetitionem bonorum hoſpitalis ſancte Marie apud nos, que ſunt ſita in Berclinge, in quibus jus aliquod hactenus aſſeruit ſe habere, ut ab omni infeſtatione omnino ceſſaret, duas marcas argenti accepit de libero arbitrio a predicte eccleſie proviſoribus coram nobis. Ut autem in poſterum hoc factum nullus irritare preſumat, preſentem paginam inde conſcriptam appenſione ſigilli noſtre civitatis fecimus conmuniri. Hujus rei teſtes ſunt Henricus de Oldendorpe, Henricus Longus, Henricus Reſe, Henricus et Eckelingus domini Ecberti, Henricus de domo, Henricus Holtnicker, Conradus domine Sophie, Conradus Holtnicker, Conradus Stapel, Johannes de Velezſtede, Johannes Mercator, Johannes de Ovesvelde, Meineko de Blekenſtede, Jordanis juxta ſanctum Paulum, Heiſo et Johannes de Luckenem, Hillebrandus Longus et alii quam plures. Datum in Bruneswic anno domini m° cc° lx° v° in octava beati Martini.

16 exibitum *Orig.*

1266 März 3 Wöltingerode. Äbtiſſin Adelheid, Priorin Eliſa und Convent zu Wöltingerode verkaufen dem Kreuzkloſter bei Braunſchweig für 30 Mark das Eigenthum zweier Hufen zu Gevensleben (Gevesleve). *Zeugen* Conradus Sophie Brunswicenſis, Henricus Hegelardi, Conradus Holtnicker, Henricus Ecberti et frater ſuus Ekbertus. Acta ſunt hec in Waltigerode anno incarnacionis Chriſti m° cc° lxvj°. datum v° nonas Marcii, ſequenti die capite jujunii. [212

Original zu Wolfenbüttel, Rückvermerk des xiv Jahrh. Gevensleve. — *Das Datum enthält einen Widerſpruch:* caput jejunii *1266 war der 10. Februar.*

1266 September 17. Biſchof Otto (electus) *von Hildesheim eignet dem Blaſienſtifte den Theil des kleinen Zehnts zu Gadenſtedt* (partem decime in Gadenſtede, que minor decima vulgariter nuncupatur), *den die Bürger Heinrich Lange und Johannes v. Münſtedt* (Heynricus Longus et Johannes de Monſtede) *zu Braunſchweig ihm aufgelaſſen haben.* Actum et datum anno gracie m° cc° lx° vj° xv° kalendas Octobris. [213

Original zu Wolfenbüttel mit den Siegeln des Biſchofs und des Domcapitels.

1266 November 15 Braunſchweig. Ritter Konrad v. Dorſtadt bekundet, daß Propſt Konrad von Dorſtadt für ſein Kloſter eine Hufe und eine Wurt mit einer Holznutzung daſelbſt von den Brüdern Johann und Berthold (*v. Dorſtadt:* dictis de ipſa villa) *und ihrer Mutter Alheid zu ewigem Beſitze gekauft hat. Zeugen* Fredericus filius meus, Jordanus apud ſanctum Paulum, Conradus Holtniker, Conradus de Helmenſtat, Ekbertus de Clivo, Hedenricus de Luckenem et Johannes frater ſuus, Johannes Longus, Heinricus Boneco, Heinricus de Oldendorpe et Heinricus gener ſuus, Ludolfus de Ofesvelde et Conſules Antique civitatis et alii quam plures. Acta ſunt hec anno gratie domini m° cc° lxvj° xvij° kalendas Decembris. [214

Original zu Dorſtadt.

1267. Ekbert v. der Aſſeburg der ältere verkauft dem Kloſter Riddagshauſen die Vogtei über zwei Hufen in Scepem. *Unter den Zeugen* Henricus Eggelardi, Johannes, Conradus, Henricus fratres de Veltſtede, Johannes de Halberſtad, Hildebrandus de Degthe, Conradus de Vroſen. Acta ſunt hec anno incarnationis domini m° cc° lx° vij°. [215

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 225.

1267. Propſt Heinrich, Priorin Eliſabeth und Convent zu Steterburg bekunden, daß ihnen Sophia Pape, ihre Mitſchweſter, 10 l. Mark zur Beſſerung des Geſchirrs (utenſilia) *auf dem*

Vorwerk zu Thiede mit dem Vorbehalt geſtiftet hat, daß aus deſſen Gefällen alljährlich auf Michaelis vier Scheffel Roggen an das Küſterinnenamt abgetragen und davon die ewige Lampe im Chore unterhalten, auch Weihrauch, Wein und was dergleichen ſonſt zum Gottesdienſte nothwendig iſt, gekauft werde. Unter den Zeugen Henricus Engelhardi, Conradus Holtnickere, burgenſes in Brunswich. Acta ſunt hec anno domini m° cc° lx° vij°. [216

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 138.

1267 Braunſchweig. Graf Heinrich v. Woldenberg bekennt, daß er vom Kloſter Heiningen 30 Mark l. Silbers für den halben Zehnt zu Dorſtadt empfangen und ſelbigen von allem Anſpruch ſeiner Brüder Burchard und Hermann, ihrer Erben, ihrer Blutsfreunde, der Grafen Hoyer und Hermann, und derer von Wolfenbüttel zu befreien, ihn auch dem Biſchof, ſobald das Kloſter von dieſem das Eigenthumsrecht erworben haben wird, zu reſignieren gelobt hat. Unter den Zeugen Conradus Holtnycker, Jordanus prope ſanctum Paulum, Hermannus de Guſtede, Rolandus, Ludeko Elye, Johannes Elye, Wedigo de Aſtvelde, David monetarius, burgenſes in Bruneswich.. Acta ſunt hec in Bruneswich in preſentia dominorum Alberti et **Johannis ducum anno gratie m°cc°lxvij°.** [217

Original mit Siegel zu Hannover.

1267 (nach Auguſt?). Ritter Konrad v. Dorſtadt bekundet, daß Propſt Konrad von Dorſtadt ſeinem Kloſter von den Brüdern Johann und Bertold v. Dorſtadt die Nutznießung an vier Hufen, vier Wurten und vier Holznutzungen daſelbſt auf Wiederkauf nach ſechs oder zwölf Jahren gekauft hat. Zeugen Fridericus filius meus, Elias ſacerdos, Johannes de Halberſtat, Johannes Longus et alii quam plures. Acta ſunt hec anno dominice incarnacionis m° cc° lx° vij°, quo natus eſt dux Heinricus de Bruneswich. [218

Original zu Dorſtadt. — S. No 202, 204, 214. Vgl. Strombeck, Über das Geburtsjahr Herzog Heinrich des Wunderlichen etc., Zeitſchr. des hiſt. V. für Niederſachſen 1859, S. 165, in Betreff der Datierung insbeſondere S. 174.

1267 September 8 Braunſchweig. Biſchof Hermann von Schwerin verheißt für die Betheiligung an gewiſſen Feſtfeiern zu St Petri und für Beiſteuern zur Beſſerung der Kirche vierzigtägigen Ablaß. [219

Original im Stadtarchive von der Hand des Schreibers der Stadtrechtaufzeichnung von 1265 (No 210), mit dem im Mecklenburgiſchen Urk.-B. II, S. 256 abgebildeten und beſchriebenen Siegel an gelbrothem Seidenſtrange. Gedruckt ebenda S. 338. — Formular wie No 143 mit einigen Abwandlungen.

HErmannus Dei gracia Zuerinenſis epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus in ſalutis auctore gaudium cum ſalute. Etſi is, de cujus munere ſummo venit, ut ſibi a fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, ſuis ſervitoribus multo majora retribuat, quam valeant promereri, ut tamen indulgenciis quaſi quibusdam illectivis vos ad eterne felicitatis gaudia ſalubriter invitemus, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad eccleſiam beati Petri apoſtolorum principis in Bruneswic in ſingulis feſtivitatibus ipſius apoſtoli necnon et in dedicacione ejusdem in humilitate ſpei cauſa devocionis acceſſerint et ad emendam ejusdem eccleſie elemoſinas ſuas, prout Deus ipſis inſpiraverit, largiti fuerint, quadraginta dies de injuncta ſibi penitencia de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi miſericorditer relaxamus, ita tamen, quod dominus O. electi Hildenſemenſis ſuper eo accedat conſenſus benevolus et voluntas. Datum in Bruneswic anno domini m° cc° lx° vij° in die nativitatis ſancte Marie virginis.

2 is] hijs *Orig.* 6 ſpei] ſpe *Orig.*: ſpiritus *im Mecklenb. Urk.-B.* 7 emendam *ſicher*, commoda *im Mecklenb. Urk.-B.*

1267 October 23. Das Kloſter Hamersleben verkauft dem Blaſienſtifte für 184 Mark l. Silbers die fünf Hufen ſeines Vorwerks (in allodio), *zwei Liten- und zehn Meierhufen* (manſos litonum, m. cenſuales) *und den Kirchenpatronat zu Ahlum* (Adenem), *indem es ſich zehn Dienſtmannenhufen daſelbſt mit den Dienſtmannen* (familiares) *vorbehält. Unter den Zeugen* Conradus Holtnicker, Hildebrandus Longus, Henricus et Echelingus fratres dicti de cimetorio, Heydenricus de Ursleve, Johannes filius ſuus, Johannes de Monſtede, Widekindus de Ganderſim, Henricus dictus Pauleke, Rolandus de Calve. Datum anno incarnationis domini m° cc° lx° vij° decimo kalendas Novembris. [220

Original zu Wolfenbüttel.

1267 November 12. Ritter Konrad v. Dorſtadt bekundet, daß Propſt Konrad von Dorſtadt ſeinem Kloſter vier Hufen und vier Wurten mit vier Holznutzungen daſelbſt von den Brüdern Johann und Berthold v. Dorſtadt (dictis de ipſa villa) *und ihrer Mutter Adelheid gekauft hat, die dieſe Stücke vom Kloſter zu Lehn trugen. Zeugen* Fridericus et Woltherus filii noſtri, Johannes Longus, Heinricus de Iggeleve, Luderus, Hildebrandus monachus, Wernerus, Teodericus de Senedhe et alii quam plures. Acta ſunt hec anno gratie m° cc° lx° vij° ſequenti die poſt feſtum ſancti Martini epiſcopi. [221

Original zu Dorſtadt. — Vgl. No 202, 204, 214.

*1267 December 15. Dekan und Capitel zu St Blaſien verkaufen dem Marienſpitale zwei **Hufen bei Braunſchweig.*** [222

Original im Stadtarchive, das groſse runde Capitelsſiegel an weiſsrother Seidenſchnur. Rückvermerk des XIV Jahrh. de ij manſis apud civitatem B. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2348.*

THitmarus Dei gracia decanus ſancti Blaſii in Bruneswich totumque capitulum ejusdem eccleſie omnibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem cum oracione devota. Memorie hominum provide conſulitur, dum rei geſte veritas auctentice ſcripture teſtimonio roboratur. Noverint igitur preſentes et poſteri, quod duos manſos ſitos apud civitatem Bruneswich, ſolventes xij ſolidos annis ſingulis capelle beati Johannis ewangeliſte, vendidimus unanimi conſenſu eccleſie ſancte Marie ad novum hoſpitale in Bruneswich cum omni jure pro octo marcis examinati argenti. Ut igitur noſtra venditio ac prefate eccleſie emptio firma et inmobilis perſeveret, preſentem paginam conſcribi fecimus et ipſam ſigilli noſtre eccleſie firmavimus munimento. Teſtes vero hujus facti ſunt Thitmarus decanus ſancti Blaſii et Wernerus cuſtos, Rodolfus, Hermannus Holtnickerus, Ludolfus de Bortfelde et alii quam plures canonici ibidem. Datum anno incarnationis domini m° cc° lx° viij° xviij kalendas Januarii.

5 Tithmarus] T. *Orig.*

(1267—68.) Die See- und Sächſiſchen Städte an Gent: beſchweren ſich über eine Satzung, wonach ſie für Raubſchäden der Genter Kaufleute in Sachſen haften ſollen. [223

Nach dem Originale zu Gent gedruckt bei Warnkönig, Hiſt. de la Flandre, trad. par Ghedolf, II, pièces juſtific. No 12, wo dies Schreiben dem Anfange des XIII Jahrh. zugewieſen wird; Lappenberg, der es im Hamb. Urk.-B. S. 508 wiederholte, ſetzt es in die Zeit zwiſchen 1256—61, und von hier iſt dieſe Annahme mit dem Texte in das Bremiſche, Hannoverſche, Lüneburgiſche und Quedlinburgiſche Urk.-B. übergegangen. Ich ſchlieſse mich der von Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. I, S. 223 vorgeſchlagenen Datierung an. — Der Paſſus ubi — defendere *S. 99 Z. 14 f. nach dem Formular von No 122.*

HOnorabilibus viris ac merito laude dignis ſchabinis de Gandago Conſules Bremenſes, Stadenſes, Hamburgenſes, Luneburgenſes, Quedelingeburgenſes, Halberſtadenſes, Helmeſtadenſes, Goslarienſes, Hildenſemenſes, Bruneswicenſes, Honoverenſes, Werningerodenſes necnon omnium oppidorum Saxonie cum rerum et corporum exhibicione quicquid poſſunt obſequii et honoris. Ad noſtram pervenit noticiam, ſuper quo ſatis vehementi ſtupore miramur, quod illius veſtre famoſe honeſtatis prudencia nimis oblita ſui in noſtre libertatis prejudicium et rerum noſtrarum intollerabile dispendium necnon et antique ſocietatis noſtre inevitabile periculum conditionem quandam in nos condidit, quam nec aſtruit racio nec ulla fulcit ſanctio canonica vel civilis, ut, ſi videlicet aliquos ex vobis ad terram noſtram cum ſuis mercimoniis

transeuntes ipſa inſulta predonum forte perdere contigerit, nos eidem dampnum ſuſtinenti apud vos refundere compellamur, cum tamen eandem menſuram veſtram, qua metimini, et eandem legem, quam tuliſtis, nolletis aliquatenus ſuſtinere. Et ſic punimur non ſolum ſine culpa, verum eciam ſine cauſa, preſertim cum nos ipſi rapinam bonorum noſtrorum a tirannorum manibus eripere non poſſimus, eo quod in caſtris ſe recipiant faſtigiis moncium preruptisque petrarum inacceſſibilibus ſic munitis, ut etiam ipſi principes eorum tirannidem cohercere non valeant nec preſumant. Hinc eſt, quod discrecioni veſtre omni devocionis affectu ſupplicandum duximus, quatinus publice honeſtatis intuitu communisque ſalutis in perpetuum obtentu necnon et obſequiorum noſtrorum interventu tam dampnoſi ſtatuti cancellantes edictum revocetis in irritum, indulgentes nobis accedendi et incedendi inter vos in negociacionibus noſtris et negociis inſuper et recedendi, qua hactenus gaviſi fuimus, liberam facultatem. Nos enim in muris civitatum et municionum noſtrarum, ubi noſtrarum virium viget aminiculum, indempnitati veſtre bona fide caventes benivoli ſemper erimus et parati, res veſtras omni, quo poſſumus, patrocinio defendere. Quod ſi noſtre tam racionabiles preces apud veſtram clementiam optatum exaudicionis ſorcientur effectum, veſtre benivolencie cum multis graciarum accionibus in perpetuum erimus inclinati. Sin autem, conſideratione ſapientis pocius eligimus torpore regnante quieſcendi domi habita conſervare quam venenatum fructum perhennis jacture rerum noſtrarum cum magnis laboribus infeliciter reportare.

8 ſalutis *ſchaltet Höhlbaum in die Lucke der alteren Drucke ein.* 16 torpore regnante *Hohlbaums Conjectur für* tempore regni *der älteren Drucke.* 18 *Bei Warnkönig folgt nach* reportare *noch, als Zuſatz gekennzeichnet und ſinnlos,* Cetera laude.

1268. Abt Ludolf von Riddagshauſen bekundet, daß in ſeiner Gegenwart des Kloſters Dienſtmann (familiaris) *Hermann v. Hornburg und ſeine Frau Iſentrud für ein Pfund braunſchweigſcher Pfennige allem Rechte an zwei dem Ägidienkloſter gehörigen Hufen zu Erkerode* (Erekerode) *entſagt haben. Unter den Zeugen* Eckehardus de Dammone, Johannes de Rotne, Bertoldus de Rotne, Albertus de Remligge, Johannes de Veltſtede. Acta ſunt hec anno incarnacionis domini m° cc° lx° viij°. [224

Original zu Wolfenbüttel mit dem Abtsſiegel.

1268—89. Allerlei Theidung. [225

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt.

(Bl. 1) ANno domini m° cc° lx° viij°. Nos Conſules ac civium univerſitas civitatis Bruneswich pro bono et utilitate conmuni in hoc libro diverſorum ordinationes generum ſtatuimus deſcri-

bendas, ut errores a diverſis caſibus emergentes valeant inter homines evitari, decernentes, omnia in ſcriptis jam redacta et ammodo redigenda a nobis noſtrisque ſucceſſoribus pro teſtimonio approbato firmiter obſervari.

Eodem anno Ghernandus et Sanberg fratres renunciaverunt bonis in Beddinghe, que Conradus de Lubeke ab eisdem fratribus amicis ipſorum conſentientibus conparavit.

Eodem anno vendidit Sevenbrot Conſulibus domum ſuam et ab eis reſuscepit eandem, daturus ab ea nomine penſionis xxiiij ſol. annuatim.

Eodem anno Gherardus Stephani dedit filiabus ſuis Mechtildi et Ghertrudi in Stoterlingheborg xvj ſol. cenſus hereditarii in quadam domo in platea Slavorum et unam domum in platea Vallersleveſtrate ſolventem unum tal. annuatim. Una mortua xvj ſol. ad heredes libere revertentur. ambabus defunctis ad heredes predicta omnia revertentur. Item dedit Henrico filio ſuo in monte ſancti Georgii apud Goslere in domibus apud forum Indaginis xxx ſol. redditus annuatim, qui ipſo mortuo ad heredes ſimiliter revertentur.

Heyſo de Ursleve dedit cum filia ſororis ſue clauſtralibus in Henighe xvij mr. et ſic ab omnibus pueris Conradi Eleri et predicte ſororis eſt ſimpliciter liberatus.

Her Heneman van dem Hus vorkofte hern Hennighe Eliaſes ſin lutteke hus alſobeſchedheliken, dhat he odher ſine kindere moghet enen ghevel lekgen op dhe muren unde in ſine want balken ſteken. unde her Hennig ſchal nene venſtere maken in hern Henemannes hof vorth.

Albert unde Arnolt van Peyna hebbet ghelaten van dheme gude, dhat ere brodher hadde gheven to Winhuſen. |

Luthart van Lendhe let van erre hove, dhe lit to Biwende, dhe he vorkofte ſemme brodhere (Bl. 1') Conrade unde ſinen rechten erven. Dhe hebbet ſe to lene van hern Conrade van Biwende, hern Conrades ſone.

Bernt dhe burmeſter let van dher hove to Valeberghe, unde ſine ſuſtere unde ire erven. unde her Ludelef van Weverlinghe let ſe vry van aldheme rechte, dhes ſe eme plichtech waren. Alſo ſin ſe alteghes vorſchedhen.

Her Henric hern Eghelardi, her Hennig hern Elias, her Ludeke hern Mathias bekanden vor os, dhat her Anne de droſte dhat gut to Swlbere lech to rechteme lene Konen, Heynen unde Brune dhen brodheren van Guſtede. Darumme gaven ſe eme enen witten ſcharlakenes rok unde tvey par hoſen.

Bertolt, hern Brandes knecht van Lindedhe, let van aldheme gude, dhat ſin ſuſter leghede an dat cloſter to Riddagheshuſen.

3 firmiter *mit der Dinte der nachfolgenden Eintrage, aber auf der Zeile und anſcheinend nicht auf Raſur.*

Over dhe muren, dhe lit twiſſchen Sanders van dhen ſeven tornen grashove unde Hermannes hove Eyken, hevet Herman Eyke en ovesblec. He ſchal aver nen venſter maken in Sanderes grashof noch an muren noch an dhake.

Henricus de Leyſerde promiſit coram nobis: ſi clauſtrum Dorſtat inpetitur ab aliquo pro v mr, quas ipſe a prepoſito in Dorſtat ſuſtulit ex parte . . . de Dalem, quod debet clauſtrum de hac inpeticione excipere idem Henricus aut ſui heredes, ſi ipſe moritur.

Dhe ſchowarten hebbet bebuwet hern Sanderes van dhen ſeven tornen unde ſiner brodhere ovesblec met ſodaneme beſchedhe: wan ſe willet, ſo ſcolen ſe en untrumen.

(Bl. 2) Her Hennigh van Velſtede hevet gheven ſinen dochteren|twen to Goslere twe marc in dhere voghedhige unde erre dochtere ene marc upme Renneberghe. Na dheſer dhriger dodhe valt et an hern Henniges erven.

Her Dhumeke ghaf Jutten unde Alheydhe ſinen dochteren to Dorſtat en punt gheldes to ereme live in Janes huſe dhes vodermengheres, dhe tolnere is, in dher Goderinghe ſtrate. Na ereme dodhe cumt it wedher an ſine erven. Her Dhumeke unde ſin wif ſcolet it utgheven to ereme live. ſedher er erven oder ſwen dhe vrowen keſet.

Hern Herbordi wedewe dhes papen gaf al eren kinderen achter ereme dodhe, waze hevet tinſes odher garden, er ere lovet worde her Sivert van Eletze.

Van aldhem erve van dhen ſeven tornen ſchal men gheven twen ſuſteren Sanderes to Sterderborg twe punt alle jarlekes unde ener to Winhuſen en punt. Swan en ſterft, ſo valt jo en punt an dhe erven wedher.

Jan dhe kale heft ghelaten van ſines vader erve, ſunder dhes gheldendes gudes boreth eme ſin del. An dheme vorwerke to Velſtede mit ſeven hoven unde dhat tar to hort, dhar hevet he nicht an. Och boret eme, wat eme anvallen mach van ſiner moder. Swan ſine brodhere willen, moghen ſe eme gheven ſinen del dhes gudes, dhen ſchal he nemen. Iſt eme nicht gheleghen, ſe ſcholen eme helpen dher lene.

Hillebrant vrowen Greten unde ſin husvrowe unde ere erven hebbet ghelaten van aller anſprake, dhe ſe hebben mochten an Henecken Witſwarten unde ſin erven.

Hern Henemannes hern Ecberti wedewe dhe heft vif eren dochteren gheven, dhe ſe hevet (Bl. 2') to cloſtere, vif punt gheldes in dhen ſchraderbodhen uppe dheme markete|in dher Oldenſtat to ireme live. Swan ſo irer genech ſterft, ſo wert iren erven jo en punt gheldes los. ſwan ſe al dot ſin, ſo ſin dhe vif punt al los.

5 . . . *offener Raum.* 9 hevet heft uet *Handſchr.*: heft *am Ende der Zeile*, ft *wie es ſcheint, nachgetragen.* heft uet-(= ut-) gheven *zu leſen, trage ich Bedenken.* 10 dheſer dholer *Handſchr.* 13 vodermegheres *Handſchr.* 22 dhat tar|dhat *am Zeilenausgange, daher vielleicht* dhattar *zu verbinden.*

1268 Januar 8 Braunſchweig. Dekan und Capitel zum H. Kreuz in Hildesheim kaufen von der Witwe Mechthild und ihren Söhnen für 8 Pfund braunſchw., die ihnen im Hauſe Herrn Rötgers, Canonicus zu St Cyriaci, gezahlt ſind, eine Hufe zu Stöckheim bei Fümmelſe (Stockem prope Vimmelhuſen) *zurück. Die Verkäufer verzichten in die Hände* Ludolfi Helye et Herbordi dicti Clerici, laycorum et civium Brunwicenſium. Actum in monte ſancti Cyriaci Brunwicenſis anno domini m° cc° lxviij° vj° idus Januarii. [226

Original zu Hannover mit dem zerbrochenen Siegel des Capitels zum H. Kreuz und dem des Propſtes zu Steterburg.

1268 März 27. Die Brüder v. Burgdorf belehnen ſechs Burgenſen von Braunſchweig zu treuer Hand des Kloſters Neuwerk in Goslar mit ihrem Zehnt zu Burgdorf. [227

Original in der Beverinſchen Bibliothek zu Hildesheim, die Siegel verloren; gedruckt bei Bode, Urk.-B. der St. Goslar II, S. 200.

HEnricus et Alvericus fratres, milites dicti Borchdorpe, omnibus hanc paginam inſpecturis ſucceſſus ſemper proſperos et amenos. Ad communem noticiam volumus devenire, quod, cum prepoſitus et conventus ſanctorum monialium Novi operis in Goslaria decimam noſtram in Borchdorpe, quam de manu dominorum comitum de Woldenberch tenemus in feodo, comparaſſent a nobis pro centum et quinquaginta marcis, nos de conſilio discretorum cum omni jure ad ipſam pertinenti libere et quiete poſſidendam porreximus feodali jure domino Wedegone de Aſtvelde et Hillebrando Longo, Johanni, Conrado, Henrico et Berterammo fratribus de Veleczſtede in Brunswic, fide data domno Ludolfo de Cramme militi et eisdem promittentes, ut, quandocunque requiſiti fuerimus a proviſoribus ac familiaribus eccleſie memorate, ſecundum beneplacitum ipſorum jam dictam decimam cum univerſis noſtris heredibus ſine impedimento quolibet libere per omnia reſignemus. Conditio autem hujusmodi facta eſt inter nos, ut, ſi predicte decime proprietatem obtinere poſſimus conventui memorato usque ad feſtum ſancti Michahelis proximum, nobis triginta marcas ſuperaddere teneantur. extunc vero, quicquid ordinare poterunt de proprietate hujus decime, ipſorum providencie duximus committendum. Ad hec dominus Ghevehardus junior et frater ſuus Ludolfus et Alardus filius noſter ſuper premiſſis pro defectu quolibet ſpoponderunt. Ut autem ſuper hiis nullum habeatur dubium ſive inpedimentum, preſens ſcriptum inde confectum ſigillo domini Bertoldi et domini Alberti fratrum de Gowiſche et noſtro appoſito fecimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Conradus Holtnicker major, Karo-

25 quod nobis *Orig.*

lus, Heiſo de Luckenem, Ludolfus Mathie, Johannes Elye et alii quam plures burgenſes in Bruneswic. Datum anno domini m°cc°lx°viij° feria iijª ante feſtum palmarum.

1268 März 24 Braunſchweig. Herzog Albrecht eignet dem Marienſpitale drei Hufen zu Uehrde. [228

Original im Stadtarchive, von der Hand des Schreibers der Stadtrechtsaufzeichnung von 1265; von der Beſiegelung iſt nur noch der rothgelbe Seidenſtrang vorhanden.

DEi gratia Albertus dux de Bruneswic omnibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in domino Jheſu Chriſto. Quoniam omnia, que ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſunt edita, ideo ratio veritati conſona docet, ut acta temporum preſencium digna memoria ſcriptis et ſigillorum appenſionibus ſic ſervemus integra, ne per oblivionis exitum excedant ſcienciam futurorum. Noverint igitur preſentes et poſteri, quod nos ob ſalutem anime noſtre proprietatem trium manſorum ſitorum in Urethen novo hoſpitali ſancte Marie ſuper Longum pontem in Bruneswic dedimus bona et libera voluntate perpetuo poſſidendam, ſupplicantes noſtris ſucceſſoribus, ut hoc factum noſtrum ratum habeant et beneficium dicto hoſpitali exhibitum pocius augeant quam infirment. Teſtes Conradus de Dorſtat, Luthardus de Meinerſem, nobiles, Ludolfus de Wendhen et Ludolfus de Weverlinge, miniſteriales, dominus Henricus ſancti Blaſii in Bruneswic prepoſitus et alii quam plures. Datum et actum Bruneswic anno gracie m°cc°lx°viij° in vigilia annunciationis ſancte Marie virginis.

1268 April 28. Aebtiſſin Margarethe und Capitel zu Gandersheim eignen dem Kreuzkloſter vier Hufen zu Weſerlingen (Weverlinge), *die die Grafen von Woldenberg, Brüder Burchard und Heinrich und Brüder Hermann und Hoier, von dem Stifte zu Lehn trugen und dem Kloſter verkauft haben. Unter den Zeugen* Henricus et Ecbertus fratres, Ludolfus Mathie, Johannes Elye, Johannes et Conradus, Berterammus et Henricus fratres de Velezſtede, Hillebrandus Longus, Rolandus de Calve et Henricus de domo, in Bruneswic burgenſes. Datum anno gracie m°cc°lxviij iiij kalendas Maji. [229

Original zu Wolfenbüttel von der Hand des Schreibers der Stadtrechtsaufzeichnung von 1265. Die beiden Siegel an weißblauen Zwirnſträngen. Rückvermerk des 14. Jahrh. de manſis in Weverlinge.

1267 November 21. Der Rath im Hagen befreit den Riddagshäuſer Kloſterhof beim Redingethore von Wacht-, Schoß- und anderer Stadtpflicht mit Ausnahme des Baues an der Veſte in Nothfällen. [230

Original zu Wolfenbüttel, von dem Schreiber der Stadtrechtsaufzeichnung von 1265, mit dem Burgenſenſiegel. Rückvermerk des xIII (xIV?) Jahrh. De curia in Bruneswich, *des xv* cenſus griſee curie *(des Grauen Hofes)* v ſolidi annuatim. — *Daß dieſe und die nächſtfolgende Urkunde demſelben Jahre angehören, wird der Sache und dem gleichen Tagesdatum nach kaum zweifelhaft ſein können, wennſchon die eine 1267, die andere 1268 ſetzt. Welcher Schreiber ſich geirrt hat, muß dahin geſtellt bleiben. Ich corrigiere die erſte Urkunde nach der zweiten, nicht nur weil dieſe im Degedingebuche des Hagens zum Jahre 1268 eingetragen iſt, ſondern auch in der Erwägung, daß immerhin leichter ein* i *in der Jahrzahl kann ausgelaſſen als zuviel geſetzt ſein.*

NOs Conſules Indaginis in Bruneswic, Conradus Stapel, Richardus frater ejus, Stephanus junior, Petrus et Elyas fratres de Lapidea via, Volcmarus de Merica, Eckelingus, Johannes colorator, Bertoldus prope foſſam, Thetmarus de platea Slavorum, omnibus hanc litteram inſpecturis. Ne per oblivionem apud poſteros res, que geſta eſt, vergat in dubium, et ut occaſio calumpnie malivolis ſubtrahatur, ſolent ea, que rata debent ſubſiſtere, ſcripture teſtimoniis confirmari. Qua de cauſa notum eſſe volumus univerſis, quibus hanc ſcripturam videre contigerit vel audire, quod, cum abbas et conventus de Reddageshuſen curiam unam in Indagine juxta valvam, que Redingedor vulgariter appellatur, a domino Johanne Stapele emptionis titulo conparaſſent, dantes ipſi pro ea triginta marcas puri argenti et inſuper eidem Johanni ac ſuis fratribus annuatim unius talenti redditus relaxantes, nos inducti eorundem abbatis et conventus devotione et precibus de conmuni noſtre civitatis beneplacito et conſenſu eandem curiam liberam fecimus a vigiliis et collectis et omni jure, quod noſtre civitati debebatur, excepto ſi noſtre civitati evidens incumbat neceſſitas: tunc predicti abbas et conventus noſtram civitatem in reparandis et confirmandis munitionibus, in quantum eis pro ipſa curia conpetit, adjuvabunt. Pro libertate vero ſupradicte curie acceptavimus a memoratis abbate et conventu pro ipſa curia quinque ſolidorum redditus annuatim noſtre civitati dandos annis ſingulis expedite. Ne autem hec, que a nobis maturo conſilio ſunt ſtatuta, ab ullo umquam hominum infringi valeant vel mutari, preſens ſcriptum inde confectum noſtre civitatis ſigillo contra omnes futurorum incurſus duximus roborandum. Acta ſunt hec anno domini m° cc° lx° viij° ſequenti die beati Berewardi epiſcopi.

26 lx vij° *Original.*

1268 November 21. Das Kloſter Riddagshauſen urkundet über vorſtehenden Vertrag. [231

Original im Stadtarchive mit dem paraboliſchen Abteiſiegel. Rückvermerk des xv Jahrh. Riddageshuſen ſuper v ſol.

FRater Ludolfus dictus abbas totusque conventus de Riddageshuſen omnibus hanc litteram inſpecturis ſalutem in domino. Ne per oblivionem apud poſteros res, que geſta eſt, vergat in dubi-

um, et ut occaſio calumpnie malivolis ſubtrahatur, ſolent ea, que rata debent ſubſiſtere, ſcripture teſtimoniis confirmari. Qua de cauſa notum eſſe volumus univerſis, quibus hanc ſcripturam videre contigerit vel audire, quod, cum nos curiam unam in Indagine juxta valvam, que Redingedor wlgariter appellatur, a domino Johanne Stapele emptionis titulo conparaſſemus, dantes ipſi pro ea triginta marcas puri argenti, inſuper eidem Johanni ac ſuis fratribus annuatim unius talenti redditus relaxantes, Conſules predicte Indaginis inducti noſtra devotione et precibus de communi ſue civitatis beneplacito et conſenſu eandem curiam liberam fecerunt a vigiliis et collectis et omni jure, quod eorum civitati de eadem curia debebatur, excepto ſi prefate civitati evidens incumbat neceſſitas: tunc ipſam in reparandis et confirmandis munitionibus adjuvabimus, quantum nobis conpetit pro curia ſupradicta. Pro libertate vero antedicte curie acceptaverunt a nobis memorati Conſules quinque ſolidorum redditus annuatim eorum civitati dandos annis ſingulis expedite. Ne autem hec, que a nobis ſunt maturo conſilio ſtabilita, ab ullo umquam hominum infringi valeant vel mutari, preſens ſcriptum inde confectum ſigillo noſtre eccleſie contra omnes futurorum incurſus duximus roborandum. Acta ſunt hec anno domini m° cc° lx° viij° ſequenti die beati Berwardi epiſcopi.

5 et inſuper *Nr. 231.*

1268 September 11 Braunſchweig. Bruder Albert, Predigerordens, vormals Biſchof von Regensburg, ertheilt den Wohlthätern und Beſuchern der H. Geiſts Kapelle einen vierzigtägigen Ablaß für Todſünden, einen jährigen für läßliche. [232

Original im Stadtarchive; in dem kleinen paraboliſchen Siegel eine Biſchofsgeſtalt mit Buch und Krummſtab und die Umſchrift: . . RIS·ALBERTI·QDA·EPI·RATISPON·ORD'·P . . . — *Das Formular wie No 143.*

FRater Albertus de ordine predicatorum, divina miſeratione epiſcopus quondam Ratiſponenſis, univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne et laudabiliter ſerviatur, ex habundancia pietatis ſue, que merita ſupplicum excedit et vota, benefacientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri, volentes tamen domino populum reddere acceptabilem, Chriſti fideles ad contemplandum ſibi quibusdam illectivis muneribus, indulgenciis ſcilicet et remiſſionibus, invitamus, ut per hoc reddantur divine gracie aptiores. Cupientes igitur, ut cappella Sancti ſpiritus extra muros civitatis Bruneswig Hildenshemenſis dioceſis congruis honoribus frequentetur, omnibus manum adjutricem ſeu pias elemoſinas largientibus necnon devotionis cauſa illuc venientibus, vere confeſſis et contritis, in dedicatione altaris quadraginta dies criminalium et unum annum venialium de omnipotentis Dei miſericordia et noſtra auctoritate confiſi miſericorditer relaxamus. Volumus nichilominus, ut hec indulgencia usque ad triceſimum in primo anno de menſe ad menſem et

in poſterum de anno ad annum ibidem inveniatur. Datum apud Bruneswig iij° id. Septembris anno domini m° cc° lx° viij.

1268 Oct. 16. Herzog Albrecht beſtätigt den Lakenmachern im Hagen ihr altes Recht. [233

I, S. 14. Facſimile unter den »Urk. a. d. Stadtarchive« (ſ. No 1). — Vgl. Hanſ. Geſch.-Bl. 1893, S. 12.

1269 Braunſchweig. Biſchof Friderich von Dorpat verheißt denen, die der Petrikirche milde Handreichung leiſten, vierzigtägigen Ablaß. [234

Original im Stadtarchive mit paraboliſchem Siegel: eine Biſchofsgeſtalt mit dem Kreuz in erhobener Rechten und der Umſchrift FRIDERICVS·DI·GRA· . . RBATENSIS·EPC. — *Die Ablaßverkündigung nach dem Formular von No 171.*

FRidericus Dei gracia Tharbatenſis epiſcopus, crucis Chriſti miniſter, omnibus hanc paginam viſuris in vero ſalutari ſalutem. Cum occaſio ad veſtram ſalvationem vobis a domino multipliciter offeratur, ut videlicet largitione elemoſinarum et expietis peccata et premia conquiratis eterna, univerſitatem veſtram rogamus, monemus et exhortamur in domino in remisſionem peccaminum vobis injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis ad eccleſiam beati Petri apoſtoli in Bruneswic pias elemoſinas et grata caritatis ſubſidia erogetis. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus meritis ac ea qua fungimur auctoritate confiſi vere contritis et confeſſis, qui ad eandem manum porrexerint adjutricem, ſi tamen ratihabitio dioceſani ſubſequatur, unam karenam et xl dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Datum apud Bruneswic anno domini m° cc° lxix°.

1269 Januar 30. Graf Hermann v. Woldenberg eignet dem Aegidienkloſter ſechs Huſen in Ehmen (Emen). *Zeugen* Conradus Holtnicker, Hinricus Enghelardi et ejus filius Enghelardus, Rolandus de Calve, Gherardus domini Stephani, Eghelighus prope cimiterium, Johannes de Tſampeleve, cives Brunsvicenſes. Datum anno domini m° cc° lx° viiij° iij° kalendas Februarias.

Das Original iſt verloren, Abſchrift in einem Copiarius des Kloſters aus dem XVII *Jahrhundert zu Wolfenbüttel.*

1269 Februar 11 Braunſchweig. Herzog Albrecht eignet dem Kloſter Riddagshauſen drei Huſen in Rautheim (Rotne) *mit Hof und anderm Zubehör, die der Bürger Karolus in Braun-*

ſchweig von ihm zu Lehn getragen und dem Kloſter für fünfzig Mark verkauft hat. Unter den Zeugen Anno advocatus noſter. Datum Brunswich anno domini m° cc° lxviiij° iij° idus Februarii. [236

Original zu Wolfenbüttel.

1269 März 11. Kloſter Dorſtadt verkauft dem Kreuzkloſter das Eigenthum der Güter zum Raffhofe bei Lehndorf. [237

Original zu Wolfenbüttel von der Hand des Schreibers der Stadtrechtsaufzeichnung von 1265, die beiden Siegel an weißen Zwirnſträngen. Rückvermerk des XIV Jahrh. de proprietate bonorum in Raf.

COnradus Dei gracia prepoſitus in Dorſtat et prioriſſa totusque conventus ejusdem loci omnibus hanc paginam inſpecturis eum agnoſcere, qui eſt via, veritas atque vita. Que apud ſucceſſores noſtros et perpetuis temporibus valitura decernimus, merito patentibus litteris commendamus, ne, ſi a memoria hominum excidant, virtutis debite robur perdant. Ea propter notum eſſe volumus univerſis, quod nos ſanctimonialium conventui eccleſie ſancte Crucis in Monte curſorum apud Bruneswic proprietatem bonorum, que Hermannus Vulverammi, Hedhenricus et Johannes de Luckenem a nobis tenebant in feodo, vendidimus, que Raf vulgariter apellantur, ſita apud campos Lendhorpe, acceptis duodecim marcis puri argenti ab eccleſia memorata. Ut autem hoc factum firmum et ſtabile perpetuis temporibus perſeveret, preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum appenſione fecimus conmuniri. Hujus rei teſtes ſunt Albertus, Willehelmus, Reinerus, fratres noſtri, Henricus Boneko, Henricus filius domini Conradi Sophie, Henricus Engelardi, Henricus de Oldendhorp, Henricus de domo, Heiſo de Luckenem, Eckelingus de cimiterio, Johannes Longus, Hillebrandus Longus, Johannes de Velezſtede, burgenſes, et alii quam plures. Datum anno domini m° cc° lx° viiij° v° idus Marcii.

10 eum] cum *Orig.*

1269 April 11. Das Kreuzkloſter verkauft der Marienkirche drei Hufen zu Denſtorf. [238

Original im Stadtarchive, von der Hand des Schreibers der Stadtrechtsaufzeichnung von 1265; das paraboliſche Siegel — die thronende Muttergottes mit dem Kinde, in der Rechten die Weltkugel haltend, unter einem Dreipaß, darüber ein von zwei Sternen flankiertes Kreuz; Umſchrift: ✠ SIGIL: ABBATISSE · S · C'CIS · IN · BRVNSWIC *— an rothgelbem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh.* de iij manſis in Denſtorpe. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2343.*

BErtoldus Dei gracia prepoſitus eccleſie ſancte Crucis in Monte curſorum apud Bruneswic et Hilleburgis abbatiſſa cum univerſo conventu ejusdem loci omnibus hoc ſcriptum intuen-

tibus ſinceram caritatem in domino cum oracionibus aſſiduis et devotis. Recognoſcimus et preſentibus proteſtamur, quod, cum nobis pecunia deficeret ad ſolvendum bona ſita in Weverlinge, que comparavimus ad uſus eccleſie noſtre de conmuni conſenſu noſtro, uſi conſilio diſcretorum familiarium noſtrorum tres manſos ſitos in Densdorpe, eccleſie noſtre pertinentes, cum proprietate vendidimus eccleſie ſancte Marie novi hoſpitalis in Bruneswic cum omni jure, quod racione eorundem noſtre eccleſie pertinebat in paſchuis et in ſilvis. Ut autem hoc factum noſtrum perpetuis temporibus firmum et ſtabile perſeveret, preſentem paginam inde confectam in teſtimonium dedimus ſigillo eccleſie noſtre appoſito roboratam. Hujus rei teſtes ſunt Johannes Longus, Karolus, Henricus de domo, Henricus Engelardi, Johannes Elye, Eckelingus prope cimiterium, Johannes de Velezſtede et fratres ſui, Hillebrandus Longus, Johannes Stapel, Conradus Stapel, Richardus Stapel, Stephanus, Gherardus Stephani, Henricus Holtnicker, Henricus Paulus, Conradus Holtnicker et alii quam plures. Datum anno domini m° cc° lx° viiij iij idus Aprilis.

11 **Holnicker** *Orig.*

1269 Sept. 30 Langenſtein. Biſchof Volrad von Halberſtadt bezeugt, daß der Archidiakonus zu Atzum keinen Theil an der Seelſorge zu St Leonhard hat, und beſtätigt der dortigen Kapelle ihre hergebrachten Rechte. [239

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel fehlt: Ruckvermerk des XIV Jahrh. de capella ſ. Leonardi. *Gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt II, S. 345.*

Nos Volradus Dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus recognoscimus, quod Burchardus, vicedominus eccleſie noſtre et archidiaconus in Atleveshem, ſuis litteris recognovit, ſe nichil juris in cura capelle infirmorum apud Bruneswic habuiſſe. Nos quoque in eodem jure, quo eadem capella uſa eſt ab anteceſſoribus noſtris Halb. epiſcopis, eam volumus permanere, ſcilicet ut plebanus illius capelle in omnibus reſpectum habeat ad abbatem ſancti Egidii, qui ibidem pro tempore Deo famulatur. Datum Langenſten anno domini m° cc° lx° ix° in craſtino beati Michaelis.

1269 October 7. Graf Heinrich v. Woldenberg der ältere bekundet, daß ſein Dienſtmann Ritter Konrad v. Fümmelſe (de Vimmelhuſen) *zu Gunſten des Kloſters Steterburg nunmehr völlig auf eine Hufe von 24 und eine halbe von 12 Morgen verzichtet, die er von ihm zu Lehen getragen und dem Kloſter bei Zeiten Propſt Eberhards verkauft hatte, dann aber bei Zeiten Propſt Konrads wieder klageweis in Anſpruch genommen hat. Unter den Zeugen* Ludolfus Helye, Con-

radus de Helmeſtede, Hermannus de Guſtede, Herbordus dictus Clericus, Luderus de Helmeſtede, Hermannus Pulcher piſtor, burgenſes de Brunswich. Actum et datum anno gracie m° cc° lx° ix° in die Marci pape. [240

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 310.

1269 Nov. 18. Die Räthe der Altſtadt, des Hagens und der Neuſtadt ſchließen eine Einung mit einander. [241

i, S. 15, das Original von der Hand des Schreibers der Stadtrechtsaufzeichnung von 1265. Facſimile unter den »Urk. a. d. Stadtarchive« (ſ. No 1).

(Um 1270?) Dekan Heinrich zu St Mauritii bei Hildesheim, vordem Propſt zu Steterburg — zur Entſcheidung eines Streites angerufen, der zwiſchen ſeinem Nachfolger dort und dem Kloſter auf der einen, dem Ritter Sigfrid Schadewalt auf der andern Seite um die Pfennige von der Bierſellung auf der Straße, die Bußen für Schwertkampf im Jahrmarkt auf Jacobi und andere Gerichtsgefälle (de denariis provenientibus de cereviſia, que venditur in platea, necnon et de gladiis rixantium in die fori annualis, ſcilicet in die beati Jacobi, et aliis juribus judicialibus) *entſtanden war — bezeugt auf Befragen vor den herzöglichen Vögten und anderen guten rittermäßigen Leuten* (probis militibus), *auch den Burgenſen zu Braunſchweig, daß dieſer Gerechtſame halber weder er noch das Kloſter bei ſeiner Zeit je mit einem Worte ſind angefochten worden.* [242

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, S. 26.

1270 Der Rath bekundet, daß vor ihm die Brüder Johann und Heinrich und Heinrichs Sohn Heinrich die Mühle zu Hohnſen (molendinum Honeſen ſitum apud Hildenſem), *die ſie vom Domſtifte zu Hildesheim beſeſſen, aber lange verlaſſen, und von der ſie inzwiſchen nicht gezinſt hatten, auf Unterhandlung mit dem Canonicus Herrn Heinrich v. Bremen für 15 Pfund Pfennige unter Bürgſchaft des Müllers Heinrich von St Aegidien dem Domkapitel reſigniert haben. Zeugen* Conradus Stapel et ſui fratres Johannes, Gerardus et Richardus, Jordanis prope ſanctum Paulum, Conradus Holtnicker, Ecbertus prope cimiterium, Henricus de Velezſtede, Hillebrandus Longus, Henricus Reſe, Henricus de domo, Johannes Creckenti, Ludolfus Holtnicker, Johannes de Peina, Johannes de Valeberch, eo tempore Conſules, et alii quam plures. Datum anno domini m cc lxx. [243

Original zu Hannover mit dem beſchädigten Burgenſenſiegel in grünem Wachs an weißer Hanfſchnur; Rück-

vermerk des XV Jahrh. Littera ſuper molendino in Honſen ſpectante ad eccleſiam. nota quille*(?). Gedruckt bei Doebner, Urk.-B. der Stadt Hildesheim 1, S. 158.*

1270 Februar 9 Gandersheim. Aebtiſſin Margaretha von Gandersheim eignet der Marienkirche vier Hufen zu Sottrum. [244

Original im Stadtarchive, die beiden runden Siegel an rothgrünen Seidenſträngen, das der Aebtiſſin zerbrochen. Rückvermerk des XIV Jahrh. de iiij manſis in Sotterem. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2348.*

MArgareta Dei gracia Ganderſemenſis eccleſie abbatiſſa omnibus in perpetuum. Propter caſus dubios, quibus facile rerum mutatur varietas, decrevit majorum auctoritas et diuturna optinuit conſuetudo, ut facta hominum, que fixa debent ſubſiſtere, ſcripture teſtimonio confirmentur. Ea propter notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos cum conſenſu noſtri capituli contulimus eccleſie beate virginis novi hoſpitalis in Brunswich quatuor manſos proprietatis eccleſie noſtre ſitos in villa Sutherem cum decima eorundem, habentes eos reſignatos et liberos a comite Burchardo de Waldenberg et ſuis filiis Burchardo et Hermanno et a domino Bernardo nobili de Indagine, qui hos manſos de manu noſtra jure tenuerant pheodali, necnon ab Henrico dicto Paſchedach et Henrico de Kiſſenbrucke, qui eosdem manſos a jam dictis comite Burchardo et Bernardo de Indagine eodem jure tenuerant, cum areis, pratis, paſcuis, ſilvis et omnibus eorum appendiciis absque omni inpedimento libertate perpetua poſſidendos ſub tali forma, quod prefatus comes Burchardus cum conſenſu filiorum ſuorum Burchardi et Hermanni et ipſorum heredum duos manſos et dimidium in Ruden et tres manſos in Vlaslande proprietatis pro quatuor premiſſis manſis in Sutherem et eorum decima eccleſie noſtre perpetuo contulit in reſtaurum. Hujus rei teſtes ſunt Henricus comes de Waldenberg et ſui filii comites Hermannus et Henricus, Thidericus plebanus ſancti Georii Ganderſem., Johannes de Wunſtorp in Ganderſem, Wernerus de Tholgen, Elgerus, Henricus de Kiſſenbrucke, milites, Conradus Holtnicker, Henricus Longus, Hildebrandus Longus, burgenſes in Brunswic, et alii quam plures. Ut autem hoc factum ratum et inmutabile perſeveret, preſentem litteram ſigillo noſtro et ſigillo noſtri capituli fecimus roborari. Datum Ganderſem anno m° cc° lxx° v° idus Februarii.

1270 März 13. Luthard v. Meinerſen der ältere verkauft mit Zuſtimmung ſeiner Erben dem Kloſter Riddagshauſen drei Hufen ihres Eigenguts in Clauen (Clowen). *Unter den Zeugen* Conradus Holtnicker major, Ludolfus Mathie, Johannes Helie, Johannes de Veltſtede, burgenſes de Brunswik. Datum anno incarnacionis domini m° cc° lxx° iij idus Martii. [245

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 233.

1270 September 26. Der Edle Walther v. Dorſtadt bekundet, daß Berthold von Dorſtadt dem Kloſter Dorſtadt die Lehnwahre an 12½ Morgen, zwei Wurten und zwei Holznutzungen daſelbſt aufgeſandt hat. Zeugen Heinricus de Iggheleve, Johannes Longus, Bertoldus de Peina, Albertus de Immendorpe, Johannes Stake, Wernerus ſocer Heinrici, Hugoldus de Wathekiſſen et alii quam plures. Acta ſunt hec anno domini m° cc° lxx° vj° kalendas Octobris. [246

Original zu Dorſtadt mit dem gemeinſchaftlichen Siegel der Edeln Friderich und Walther (wie No 265).

1271 Januar 4 Braunſchweig. Herzog Albrecht eignet dem Blaſienſtifte für 50 Mark neun Hufen zu Apelnſtedt (Apelderſtede) *mit den darauf ſitzenden, ihm vogtei- und dienſtpflichtigen Leuten und eine Hufe zu Salzdahlum* (Soltdalem), *die Johann Tegeder* (decimator) *und ſeinem Neffen Heideke gehörten. Unter den Zeugen* burgenſes Hildebrandus Longus, Karolus et alii quam plures. Datum Brunswic . . . anno domini m° cc° lxxj° ij° nonas Januarii, indictione xiiij^a. [247

Original zu Wolfenbüttel.

1271 Mai 2. Das Kreuzkloſter verkauft den Erben Herrn Ekberts vom Kirchhofe viertehalb Hufen zu Weddelnſtedt, die die Käufer ihm widmen. [248

Zwei gleichlautende Originalausfertigungen: die eine, von dem Schreiber der Stadtrechtsaufzeichnung von 1265, im Stadtarchive (unter den Urkunden des Marienſpitals), die andere zu Wolfenbüttel. An beiden nur drei Siegel: mitteninne an gelbgrünem Seidenſtrange das Burgenſenſiegel, an weißen Zwirnſträngen links das des Kreuzkloſters (wie No 238), rechts an der Ausfertigung zu Wolfenbüttel das kleine paraboliſche des Abts von Marienrode: Abtsgeſtalt mit Buch und Krummſtab und der Umſchrift ✠ S' · ABBATIS · CONVENTVS · NOVALIS · SCE · MARIE, *an der Ausfertigung im Stadtarchive das des Abts von Riddagshauſen. Rückvermerk des XIV Jahrh. hier* de bonis in Gevensleve, *dort* de bonis in Wetelmenſtede. — *Formular wie No 238.*

BErtoldus Dei gracia prepoſitus ſancte Crucis in Monte curſorum apud Bruneswic necnon Hilleburgis abbatiſſa ejusdem loci cum univerſo conventu ſanctimonialium ibidem univerſis hoc ſcriptum videntibus ſinceram in domino karitatem cum oracionibus aſſiduis et devotis. Ad cautelam futuri temporis liqueat univerſis, quod, cum emiſſemus bona in Wetelmenſtede, et pecunia nobis deficeret ad bona eadem perſolvenda, cum unanimi conſenſu vendidimus tres manſos et dimidium ſitos in Gevensleve, duos videlicet emptos de clauſtro Woltingerodhe et alterum dimidium ab eccleſia in Borchdhorpe, pro quinquaginta marcis puri argenti heredibus domini Ecberti dicti prope cimiterium, qui eadem bona pro ſalute animarum ſuarum ad uſus eccleſie noſtre contulerunt libere tali modo, ut in eccleſia noſtra temporibus perpetuis ad altare ſancti Nicolai cottidie celebretur

miſſa pro defunctis, exceptis diebus dominicis et apoſtolorum feſtis et aliis ſollempnitatibus, qui dicuntur ipſis conſimiles vel majores, in quibus ad idem altare preſentis feſti officium celebretur. Hujus autem ſtatuti conditio ſi forte, quod abſit, ex oblivione ſive ex quacunque negligencia pretermiſſa fuerit, heredes ſupradicti ſive ipſorum propinqui ſeſe intromittere debent de bonis predictis ordinaturi exinde predictarum miſſarum obſervanciam, ſicut in precedentibus continetur. Ut autem hoc factum noſtrum firmum et ſtabile perpetuo perſeveret, preſens ſcriptum cum appenſione ſigillorum, noſtre videlicet eccleſie et abbatum de Reddageshuſen et de Novali ſancte Marie et Bruneswicenſis civitatis, roboratum in teſtimonium dedimus et in ſignum. Hujus rei teſtes ſunt Conſules de Bruneswic, Henricus videlicet Engelardi, Henricus de domo, Wedego de Aſtvelde, Conradus Holtnicker, Johannes Stapel, Ludolfus Mathie, David monetarius, Rolandus de Kalve, Conradus de Helmenſtat et alii quam plures. Datum anno domini m° cc° lxxj° in craſtino beatorum apoſtolorum Philippi et Jacobi.

1271 Juni 25. Die Brüder Friderich und Walther v. Dorſtadt bekunden, daß ſie auf Bitten Johanns v. Halberſtadt in Braunſchweig vier Hufen zu Ohlendorf, die dieſer von ihnen zu Lehn trug, der Kreuz- und Marienkirche zu Dorſtadt geeignet haben. [249

Original mit dem gemeinſchaftlichen Siegel der Ausſteller (wie No 265) an rother Seide zu Dorſtadt. — Den Brüdern v. Dorſtadt hatte dieſe vier Hufen zu Oldenthorpe apud Vlothede *Herzog Albrecht am Sonnabend vor Quaſimodogeniti (April 11) zu Braunſchweig geeignet (Original zu Dorſtadt).*

FRredericus et Woltherus fratres dicti de Dorſtat omnibus hanc litteram inſpecturis in ſalutis auctore gaudium cum ſalute. Conſuetudo diuturna obtinuit et majorum decrevit auctoritas, ut hominum facta, que rata debent ſubſiſtere, ſcripture teſtimonio confirmentur. Ad communem igitur noticiam volumus devenire, quod Johannes dictus de Halberſtat, civis in Bruneswic, quatuor manſos proprietatis noſtre ſitos in Oldendorpe, pro quibus in reſtaurum dedimus quatuor manſos ſitos in Fredhene domino Alberto et domino Johanni ducibus de Bruneswic, a nobis tenens in pheodo dedit nobis duodecim marcas puri argenti, pro quibus ob Dei reverenciam et ad peticionem ipſius eosdem manſos cum proprietate et cum areis, pratis et omnibus eorum appendiciis contulimus eccleſie ſancte Crucis et beate Marie virginis in Dorſtat libertate perpetuo poſſidendos. Ut autem hoc factum noſtrum firmum et ſtabile temporibus perpetuis perſeveret, preſentem litteram appenſione noſtri ſigilli fecimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt dominus Conradus prepoſitus de Alsborch, dominus Widekindus de Garsnebutle miles, dominus Ludolfus Mathie, Ludolfus de Ovesvelde, Henricus de Oldendorpe, Johannes de Stedeiem, burgenſes, et alii quam plures. Datum anno domini m° cc° lxxj° in craſtino beati Johannis baptiſte.

1271 October 5 Halberſtadt. Biſchof Volrad von Halberſtadt an den Abt von St Aegidien: bevollmächtigt ſelbigen zur Einſetzung der von den Vorſtehern des Marienſpitales für deſſen Kirche präſentierten Pfarrer. [250

Original im Stadtarchive mit Siegel; Rückvermerk des xiv Jahrh. de preſentacione et cura animarum. *Gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt ii, S. 365.*

VOlradus Dei gratia Halberſtadenſis epiſcopus dilecto in Chriſto . . abbati ſancti Egidii in Brunswich ſalutem et ſinceram in domino karitatem. Cum hoſpitale pauperum et infirmorum edificatum in Brunswich in honore virginis glorioſe ſit ſub banno noſtro ſpecialiter conſtitutum, et ſacerdotes gerentes divinum officium in eodem non debent ad alium preterquam ad nos reſpectum habere, quia ad nos ſpectat ſpecialiter cura et gubernatio miſerabilium perſonarum, ad inſtanciam dilectorum ac honeſtorum burgenſium civitatis ejusdem vobis tenore preſentium injungimus et mandamus, quatenus, cum predicti burgenſes dictum hoſpitale regentes aliquem ſacerdotem ydoneum vobis duxerint preſentandum, ſive idem perpetuus ſive temporalis exiſtat, auctoritate noſtra preficiatis hoſpitali memorato, quod ibidem exiſtentibus poſſit prebere eccleſiaſtica ſacramenta et alia facere, que ad ſalutem pertinent animarum. Datum Halberſtat anno domini m° cc° lxxj° iij° nonas Octobris.

1272. Hildesheimſche Stiftsgenoſſen verbünden ſich eidlich mit den Städten Goslar, Hildesheim und Braunſchweig zum Schutze ihres Rechts. [251

Original zu Hildesheim mit den Siegeln der drei v. Steinberg, des Marſchalks Ludolf, Dietrichs vom Dike und Siverts v. Rutenberg; von vier anderen Siegeln ſind nur noch die Bänder erhalten. Gedruckt in der Zeitſchr. des Harz-V. für Geſch.- u. Alterthumsk. 1870, S. 907 mit Erläuterungen von J. Grote, bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. 1, S. 250 und im Urk.-B. der St. Hildesheim 1, S. 164, wo Doebner die von Höhlbaum a. a. O. erhobenen Zweifel an der Echtheit der Urkunde überzeugend widerlegt hat.

DHe riddere unde dhe knapen ut deme ſtichte van Hildenſem dhe gevet dheſſen bref to orkunde allen dhen, dhe en ſen ofte horen, dhat ſie hebbet gelovet unde geſworen met dhen burgeren van Goslere unde van Hildenſem unde van Bruneswic, van ſunte Micheles dage vord over vif jar en bi to ſtande al eres rechtes, dhes ſie vorkomen willen. Darumme dhat dhit vaſt unde ſtede blive, ſo gevet ſie dhiſſen bref beſegelet met iren ingeſegelen. It waren irgangen, dhat is war, dhuſent unde twehundert unde twe unde ſeventich jar van unſes herin godes geborde, er deſſe bref geſcreven worde.

Dhit ſin ir namen, dhe gelovet unde geſworen hebbet: her Grube und her Boldewen vanme

28 *Das letzte* n *in* ingeſegelen *nachgetragen* 29 *Nach* war *durchſtrichen* twe *Nach* hundert *durchſtrichen* jar.

Stenberge, her Aſchwen unde her Conrad vanme Stenberge, her Erneſt unde Johan van deme Meigenberge, her Jordan unde Dhiderik van Eſcherte, her Aſchwen unde Beſeke von Luttere, her Cone unde Floreke van Elvedhe, her Ludolf dhe marſcalc, her Johan unde Vridherec van Stedere, her Johan unde Eilart van Nette, her Dhideric vanme Dike, Hereman van Ganderſem, her Henric van Berningerodhe, Dhideric van Rotthinge, Conrad van Dhinkelere, Sivert van Růtenberge, Dhideric van Eſcherte hern Lippoldes ſone, Conrad unde Borchard van Elvedhe, Herman vanme Stenberge, Aſchwin van Oldendorpe, Herman van Oſen, twene Swave, Conrad van Alvelde, Wolther unde Ludeke van Nette, Boc vanme Lowenſtene.

1283 März 21. Propſt Berthold, Aebtiſſin Adelheid und das Collegium des Kreuzkloſters bekunden, daß Gerhard v. Watenſtedt zum Heil ſeiner Seele dem Kloſter eine Hufe ſeines Eigenguts in Watenſtedt vermacht hat (poſt ejus obitum noſtre eccleſie contulit et in proprium dedit), *von deſſen Hebungen drei Scheffel der Krankenſtube zur Erquickung ſchwacher Schweſtern, zwei der Kellermeiſterin* (domine, que prefuerit cellerarie) *zur Vertheilung am Abend Marien-Magdalenen ſollen zugewandt werden, wann die Jahrzeiten des Stifters, ſeiner Hausfrau Jutta, ſeines Vaters Giſelbert und ſeiner Mutter Euphemia zu feiern ſind. Zeugen* Conradus Holtnicker, Hillebrandus Longus, Ecbertus de cimiterio, Gherardus Stapel, Rolandus de Calve, Deneko de Pattenhuſen, Alexander de ſeptem turribus, Johannes Longus. Actum et datum anno domini milleſimo ducenteſimo lxxx° tercio dominica, qua cantatur in eccleſia Dei Oculi mei. [324

Aus dem Wolfenbüttler Copialbuche des Kreuzkloſters.

1283 Mai 2. Abt Eberhard von St Aegidien überläßt Roſeken vom Klinte für 30 Pfennig jährlichen Zinſes ſieben Morgen in Wierthe. [325

Original zu Wolfenbüttel mit Abt Eberhards Siegel.

EVerhardus Dei gracia abbas ſancti Egidii in Brunswich omnibus hoc ſcriptum videntibus ſalutem in eo, qui eſt ſalus omnium. Notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod nos cum conſenſu conventus noſtri Roſekino dicto de Clivo ac ſuis heredibus legitimis ſeptem jugera in Wirete ſita cum omni jure et utilitate tam in villa quam in campo vel in ſilva porreximus quiete et libere poſſidenda, que jugera ſeptem idem Roſekinus a Conrado ſibi emens pro quinque talentis conparavit, ſtatuto videlicet tali mediante, quod ipſe vel ſui heredes dabunt noſtre eccleſie triginta denarios annuatim. Ne autem aliquis in poſterum hoc racionabile factum infringere valeat vel inpedire, litteram ſigillo noſtro preſentibus dominis noſtris et eis conſencientibus fecimus conmuniri. Teſtes vero, qui huic facto intererant, ſunt hii: Ekkehardus prior, Petrus cellerarius, Johannes camerarius, Reynoldus et totus conventus. Acta ſunt hec anno gracie m° cc° lxxxiij° ſequenti die dominico poſt feſtum apoſtolorum Philippi et Jacobi.

1284. Fürſt Fedor Roſtislawitſch von Smolensk entſcheidet unter Zuziehung ſeiner Bojaren und deutſcher Kaufleute einen Streit um die deutſche Glocke in Smolensk . . . . . Und hierbei

waren im Gericht mit mir meine Bojaren . . . und von den Deutſchen, welche wegen der deutſchen Glocke klagten, waren im Gericht Johann, Albert aus Braunſchweig, Henze, Johann Warendorp.‹ [326

Aus der Ueberſetzung des altruſſiſchen Originals zu Riga bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. 1, S. 322, wo auch die ſonſtigen Drucke aufgeführt und die dienlichen Erläuterungen hinzugefügt ſind.

1284 Januar 6 Hildesheim. Biſchof Sigfrid von Hildesheim eignet dem Marienſpitale den ihm von den Brüdern Boneken und Holtnicker aufgeſandten Zehnt zu Vechelde. [327

Original im Stadtarchive, das Siegel des Biſchofs an gelbem, das des Capitels an rothem Seidenſtrange, beide beſchädigt. Rückvermerk des XIV Jahrh. de decima in Vechtelde. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2351.*

IN nomine ſancte et individue trinitatis Sifridus Dei gratia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus omnibus in perpetuum. Ne veritas rei geſte calumpniam patiatur, expedit aliquotiens, ut proceſſus negociorum ſcripture teſtimonio et lingua teſtium perhennetur. Noverint proinde univerſi Chriſti fideles preſentis temporis et futuri, quod cives in Bruneswich, Henricus et Tydericus fratres dicti Boneken, Henricus, Conradus et Johannes fratres dicti Holtnicker, decimam in Vechtelde, quam a nobis in pheodo tenebant, in manus noſtras libere reſignarunt. Unde nos reſignatione accepta de conſenſu totius capituli noſtri dictam decimam ad honorem beate virginis domui novi hoſpitalis ſancte Marie in Bruneswich contulimus et in proprium dedimus cum omni utilitate ac uſu tam in villa quam in agro quiete ac libere perpetuo poſſidendam. Ut autem hec noſtra donatio perpetue firmitatis robur optineat et ſtabilis perſeveret, preſens ſcriptum ſigillis, noſtro videlicet et capituli noſtri, juſſimus inſigniri ſub anathematis interminatione inhibentes, ne aliquis temerariam queſtionem pro decima ſupradicta prefato hoſpitali moveat in futuro. Hujus donationis teſtes ſunt Johannes prepoſitus, Arnoldus decanus, Bernardus ſcolaſticus, Wlradus prepoſitus Montis, Bernardus de Meynerſem, eccleſie noſtre canonici, Conradus Holtnicker, Hillebrandus Longus, Henricus de domo, Deneko de Pattenhuſen, Henricus Gigas et plures alii clerici et layci. Actum et datum Hildenſem anno domini m° cc° lxxx° quarto viij° id. Januarii, pontificatus noſtri anno quinto.

1284 Mai 18. Fürſt Fedor Roſtislawitſch von Smolensk an den Erzbiſchof, den Deutſchorden und die Stadt Riga: verſpricht ſeinen Ausgleich mit Livland und gewährt den Kaufleuten von Riga und Gothland freien Verkehr nach Smolensk . . . . › Und der Ausfertigung dieſer Urkunde wohnten bei Luprecht der Bote des Meiſters und der von den Bürgern Peter Bartold, von den Kaufleuten Thideke Wulveke aus Braunſchweig, Helmich aus Münſter‹. [328

Aus der Ueberſetzung des altruſſiſchen Originals zu Riga bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. 1, S. 324. — »Thideke Wulveke ruſſiſch Fedor Wolkownik. Fedor *wird für mehre weſteuropäiſche Vornamen gebraucht;* Wolkownik *= zum Wolf gehörig«. Ebd. S. 325 Anm. 2.* Wulves *könnte demnach der Name wohl auch gelautet haben.*

1284 Auguſt 7. Rath und Burgenſen ſprechen Bruning v. Oldershauſen und ſeine Geſellſchaft von aller Fährlichkeit los, falls das Geld erſtattet wird, das ſelbige zwei Bürgern von Braunſchweig genommen haben. [329

Aus dem dem älteſten Degedingebuche vorgebundenen Gedenkbuche der Altſtadt, Bl. 2.

UNiverſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, Conſules et univerſitas burgenſium in Brunswic paratam ad omnia voluntatem. Notum eſſe volumus et conſtare, quod nos una cum omnibus noſtris obedientibus juſſionibus et mandatis Bruninghum de Oldereshuſen et ſuos ſocios, qui Hilberto Longo et Lud. Davidis, noſtris concivibus, ſuam pecuniam abstulerunt, pro illo facto nulla vara notabimus, ipſis eciam ſuper eo nullas inpeticiones aut innimicicias inferemus, pecunia nichilominus noſtris burgenſibus reſtituta. In hujus rei ſignum preſentem literam noſtre civitatis ſigillo juſſimus roborari. Datum anno domini m° cc° lxxx° iiij° vij idus Auguſti.

1284 Auguſt 24. Biſchof Volrad v. Halberſtadt beſtätigt die Stiftung des Prieſters Hermann v. Hildesheim zu Behuf der Kranken im Marienſpital und nimmt ſie in ſeinen Schutz. [330

Original im Stadtarchive mit beſchädigtem Siegel. Das Datum mit anderer Dinte nachgetragen. Rückvermerk des XIV Jahrh. de uno orto inter valvam Slavorum et Vallerslavenſem.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Wolradus Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus omnibus in perpetuum. Ne proceſſu temporis rerum geſtarum memorie poſſint evaneſcere, discretorum virorum prudencia ſolet eas per litteras eternare. Inde eſt, quod ſerie preſentium publice proteſtamur, quod Hermannus ſacerdos, dictus de Hildenſem, divina fervens karitate ortum unum, qui dicitur pomerium, ſitum apud Bruneswich inter valvam Slavorum et Vallerslevenſem ſuis ſumptibus comparavit, redditus annuales ejusdem, videlicet viginti quatuor ſolidos, novo hoſpitali deputans ad comparandum duas lampades jugiter pro commodo infirmorum. Nos, ſuam intentionem agnoſcentes eſſe piam, pontificali noſtra autoritate ipſam ratificavimus favorabiliter approbando in ſignumque approbationis conſtituimus, ut, quicunque hoſpitale predictum in attinentibus ad ortum memoratum preſumpſerit moleſtare, autoritate preſentium ſe noverit excommunicationis ſententiam incurriſſe. Si quis ſententiam latam contempſerit refutans

Im Originale 22 quot 25 anuales 26 comodo 30 quis|quia

ſatisfacere de illatis, a plebano ſancte Katerine, in cujus parrochia ſitus eſt ortus, debet publice denunciari diebus dominicis et feſtivis, poſtquam ſibi fuerit recitatus, donec a ſuo errore pleniſſime reducatur. Ut igitur hec ſua donatio noſtraque ratificans approbatio maneat inconvulſa, preſens ſcriptum inde confectum hoſpitali dedimus in teſtimonium veritatis. Datum anno domini m° cc° lxxx° iiij° in die beati Bartholomei apoſtoli.

1284 September 1 Braunſchweig. Edler Gotſchalk v. Elze (de Elleſem) *eignet in Gegenwart Herzog Heinrichs von Braunſchweig dem Kloſter Riddagshauſen mit anderen Gütern in* Herminis- *und in* Volmeresbutle *einen Hof an erſterem Orte, den Hermann v. der Heide* (de merica), *Bürger zu Braunſchweig, von ihm zu Lehen getragen und ihm aufgeſandt hat.* Actum et datum Brunswic anno domini m° cc° lxxx° iiij° cal. Septembris. [331

Original zu Wolfenbüttel. Herminisbutle, *Hermesbüttel, »iſt nach alten Feldregiſtern jetzt (1696) eine wüſte Dorfſtätte bei Leiferde, und zinſen die Leute zu L. davon Ackerzins, jeder 1 Mſl 10 Mgr., alſo 2 Thlr. 18 Mgr.« **Notiz im Riddagshäuſer Copialbuche.***

1284 October 3. Der Gemeine Rath bekundet, daß Johannes Eliä dem Kloſter Steterburg drei Hufen und einen Hof zu Geitelde ſammt Zubehör verkauft hat. [332

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 213.

Gerhardus Stephani, Gerhardus Stapel, Rolandus de Calve, Conradus Holtnicker de domo, Conradus de Velſtede, Conradus de Lubeke, Johannes de Luckenem, Johannes de Peyna, Meynerus de Blekenſtede, Hermannus Stapel, Ludolfus Petri, Hermannus Holtnicker, Thidemannus Thuringus, Johannes Cronesben, Alexander de Mandere, Ludolfus cum bove, Eckelingus Longus, Henricus Settere et Johannes de Witmere, preſentis anni Conſules ac rectores civitatis Brunswich, omnibus in perpetuum. Ab humana cicius elabuntur memoria, que nec ſcriptis nec teſtibus eternantur. Hinc eſt, quod ad noticiam omnium tam preſencium quam futurorum cupimus devenire, quod Johannes Elye, conſocius et concivis noſter, tres manſos in Getlede ſitos cum una curia et aliis attinenciis, tribus videlicet et dimidia holtnut et totidem grasnut, et omnibus aliis juribus ad eandem curiam pertinentibus, que tytulo proprietatis et hereditario jure multo tempore poſſederat, cum voluntate et facta nobis preſentibus compromiſſione filiorum ſuorum Conradi, Henrici et Ludolfi et aliorum heredum ſuorum, quorum conſenſus requirendus erat, ecclesie ſancti Jacobi beatique Chriſtophori in Stederborch ad uſus veſtium dominarum deputanda procurantibus, efficientibus et ementibus Johanne Erneſti et Hillebrando Coco pro ſuarum remedio animarum pro ſexaginta marcis puri argenti vendidit per-

petuo poſſidenda. Et hujus vendicionis warandus idem Johannes erit ad tempora vite ſue ita: ſi procedente tempore aliquis malo ductus ſpiritu racione prediorum dictorum clauſtrum Stederborch moleſtare vel ipſa bona alienare attemptaverit, ipſe Johannes tenebitur expedire aut debebit reſtituere pecuniam, quam recepit. Ut autem hec ordinacio et vendicio facta in noſtra preſencia perpetuo vigore inconcuſſa permaneat, preſentem paginam ſigillo noſtre civitatis fecimus inſigniri. Teſtes ſunt Hillebrandus Longus, Conradus Holtnicker, Henricus de domo, Ludolfus Mathie, Ecbertus de cymiterio et Thomas cum angelo. Datum anno domini m° cc° lxxx° iiij° quinto nonas Octobris.

(1285?) Januar 12 (?) Duderſtadt. Herzog Heinrich der Wunderliche verleiht ſeinen Bürgern von Duderſtadt in allen Stücken die Freiheit und das Recht der von Braunſchweig: ipſis . . . pro gratia concedendum duximus ſpeciali, videlicet ut ejusdem libertatis gratia ac ejusdem juris, quibus burgenſes noſtri in Bruneswich usque ad hec tempora ſunt gaviſi, gaudeant et fruantur impedimento quolibet non obſtante, ita etiam ut per terre noſtre totius dominium et in noſtris munitionibus ſeu clauſuris omnibus a conductu quolibet et ab omni thelonio ſint exempti . . . . Datum Duderſtat ſexta feria infra octavam epyphanie domini. [333

Nach dem Originale zu Duderſtadt gedruckt bei Jäger, Urk.-B. der St. Duderſtadt 1, S. 11.

1285 April 8 Braunſchweig. Balduin, Theſaurar zu St Blaſien, apoſtoliſcher Richter in dieſer Sache, bekundet und beſtätigt einen Vergleich des Pfarrers zu St Andreä und des Domkapitels zu Hildesheim mit Heinrich Dus in Braunſchweig über drei Hufen zu Loſebeck: Quia diſſenſio et discordia inter dominum Wernerum, plebanum ſancti Andree in Hildenſem, et capitulum majoris eccleſie ibidem ex una et Henricum dictum Dus et ſuos heredes, Brunsvicenſes, parte altera ſuper tribus manſis in Lusbeke racione tutele, quam ad ſe pertinere aſſeruit, eſt ſopita et transactio rite habita, et omnia inter eos ſunt in amicicia complanata . . . . quam compoſicionem et transactionem gratam et ratam habentes auctoritate apoſtolica . . . preſentibus confirmamus . . . Datum Brunswig anno domini m° cc° lxxxv° ſexto idus Aprilis. [334

Aus dem Copialbuche des Domſtifts im Staatsarchive zu Hannover gedruckt bei Doebner, Urk.-B. der St. Hildesheim 1, S. 197.

1285 Auguſt 11. Abt Hermann von Riddagshauſen verkauft mit Wiſſen und Willen ſeines Convents dem Blaſienſtifte für 180 Mark ſieben Hufen zu Beierſtedt (Beyerſtede). *Unter den*

Zeugen Johannes de ſeptem turribus. Acta ſunt hec anno domini m° cc° lxxx° v° iij° ydus Auguſti. [335

Original zu Wolfenbüttel mit dem Abtsſiegel in rothem Wachs.

1286. Die Brüder von Wolfenbüttel verkaufen an Berthold v. Wendeſſen eine halbe Hufe zu Bungenſtedt. [336

Original im Stadtarchive, mehrfach durchlöchert; das Siegel fehlt. Gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 284.

BOrgardus, Ecbertus et Hermannus fratres dicti de Wlverbutle univerſis preſens ſcriptum intuentibus in vero ſalutari ſalutem. Tenore preſentium notum eſſe cupimus univerſis, quod nos unanimi conſenſu Bertoldo de Wendeſſem proprietatem dimidii manſi in Bungenſtede, quem a patre noſtro poſſedimus, contulimus eidem jure hereditario cum ſuis heredibus perpetuo poſſidendam pro quadam pecunia, quam pro fratre noſtro Borgardo, videlicet marca et dimidia, expoſuit et expendit. Ut autem hujusmodi donatio firma et inconvulſa permaneat, preſens ſcriptum inde confectum noſtri ſigilli appenſione fecimus conmuniri. Datum anno domini m° cc° lxxx° vj°.

Lücken im Orig. 7 [et Hermannus] 8 [Tenore] cupimu[s u]niver[ſis] 9 Bung[en]ſted[e] 10 heredib[us per]pe[tu]o 13 conmu[niri] [m° cc°]

1286 Mai 13. Graf Hermann v. Woldenberg ſendet Herzog Albrecht von Sachſen zu Gunſten genannter Burgenſen in Braunſchweig die Vogtei über einundzwanzig Hufen zu Doringerode und Harlingerode ſowie eine Mühle zu Doringerode auf. [337

Aus dem Copialbuche des Kloſters Neuwerk gedruckt bei Bode, Urk.-B. der Stadt Goslar II, S. 351.

INclito principi domino ſuo Alberto duci Saxonie H. Dei gracia comes de Woldenberch, quondam filius comitis Borchardi bone memorie, obſequium debitum et paratum. Veſtre magnificencie advocaciam viginti et unius manſi in Dhoringerodhe et in Harlingerodhe et molendinum ſitum etiam in Dhoringerodhe libere reſignamus renunciantes omni juri, quod in dictis bonis habuimus usque in preſens, tali conditione adjecta, quod eadem bona porrigatis juſto pheodo Ludolfo Matthie, Johanni de Veltſtede, Deneconi filio ſuo et Conrado de domo, burgenſibus in Brunswich. Preſentes fuerunt Heyno de Alsleve, Brant de Lindedhe, nobis aſtricti homagio, item Heyſo comes de Lutterberch, Struc de Pole, milites, Hildebrandus Longus, Alexander de ſeptem turribus. Datum anno domini m° cc° lxxx° vj° in die beati Servacii.

In der Handſchr. 23 Gharlingerodhe ſitum molendinum 28 Strucs de Pale

1286 Mai 23. Kloſter Neuwerk bekundet, daß Johann v. Barum (de Barem) *die Vogtei über elftehalb Hufen zu Doringerode, von der elftehalb Scheffel Weizen und zweiunddreißig Hühner aufkommen, für 40 Mark l. Silbers gekauft und ihm unter Vorbehalt eines Leibgedinges von zehn Scheffeln für ſich und ſeine Frau zu Behuf ihrer Jahrzeit geſchenkt hat. Unter den Zeugen* burgenſes Bruneswicenſes Johannes dictus de Velſtede et fratres ſui Conradus, Heinricus, Bertramus et Ludolfus Helie. Acta ſunt hec anno gratie m° cc° lxxx° ſexto in die aſcenſionis. [338

Original im Städtiſchen Muſeum zu Hildesheim, gedruckt bei Bode, Urk.-B. der Stadt Goslar II, S. 351.

1286 Juni 3 Rom. Zwölf Biſchöfe ertheilen denen, die das Marienſpital zu gewiſſen Zeiten beſuchen und ihm milde Handreichung leiſten, vierzigtägigen Ablaß. [339

Original im Stadtarchive, cm 66 × 43, die zwölf wohlerhaltenen paraboliſchen Siegel in rothem, ihrer Härte und Schwere nach mit einer erdigen Beimiſchung angemengtem Wachs.

UNiverſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis Raymundus Marſilienſis, Petrus Vibergenſis, Henricus Saxenas, Egidius Turtiburenſis, Bernardus Vizentinus, Perronus Larinenſis, Romanus Aliphanus, Leo Thalamonenſis, Romanus Crohenſis, Waldebrunus Avelonenſis et Glavinicenſis, Bartholomeus Amelienſis et Leocerius Verulanenſis Dei gracia epiſcopi ſalutem in domino ſempiternam. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundantia pietatis ſue merita ſupplicum excedens et vota bene ſervientibus multo majora tribuat quam valeant promereri, deſiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem fideles Chriſti ad conplacendum ei quaſi quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis videlicet ac remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gracie aptiores. Cupientes igitur, ut novum hoſpitale ſancte Marie in Brunesvig Halberſtadenſis dyoceſis congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad ipſum hoſpitale in nativitate domini, reſurrectione, aſcenſione ac penthecoſte, in quatuor feſtivitatibus beate Marie virginis, in feſtis beatorum Mychaelis archangeli, nativitatis et decollationis Johannis baptiſte, ſingulorum apoſtolorum, Nycolai et Katerine virginis, in feſto omnium ſanctorum, in ſingulis ſextis feriis per quadrageſimam, in dedicacione dicti hoſpitalis et per octavas feſtorum omnium predictorum cauſa devotionis acceſſerint, vel ad ſuſtentacionem infirmorum ibidem aut ad fabricam ſeu alia neceſſaria dicti hoſpitalis manus porrexerint adjutrices, nos de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi ſingulis ſingulas quadragenas de injuncta eis penitencia, dummodo loci dyoceſanus conſenſerit, miſericorditer in domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras

18 et *fehlt im Orig.* 30 ſingulis] ſinguli *Orig.*

ſigillis noſtris duximus roborandas. Data Rome anno domini milleſimo cc° lxxx° vj° iij° non. Junii, pontificatus domini Honorii pape quarti anno ſecundo.

1286 Juli 28 Braunſchweig. Die Herzöge Heinrich und Albrecht eignen dem Kloſter Riddagshauſen den von ihrem Dienſtmann Bertram v. Werle gekauften Hof im Hagen. [340

Original zu Wolfenbüttel mit zwei Siegeln, gedruckt im Aſſeburger Urk.-B. 1, S. 284.

DEi gratia Henricus et Albertus duces de Brunswich omnibus in perpetuum. Notum eſſe volumus univerſis tam preſentis temporis quam futuri, quod nos de conſenſu dilectorum fratrum noſtrorum Willehelmi, Conradi et Luderi unam curiam noſtre proprietatis ſitam in Indagine apud Brunswich, quam dominus Bertrammus de Werlle, noſter miniſterialis, a nobis feudali jure tenebat et quam ipſe dilectis nobis abbati et conventui monaſterii beate virginis in Riddageshuſen de pleno conſenſu fratrum ſuorum Henrici, Lippoldi et Nicolai, qui ſui legitimi heredes exiſtunt, pro ſedecim marcis puri argenti vendidit, habentes eam liberam et reſignatam ab eodem Bertrammo et domina Facia, uxore ſua, predictis abbati et conventui promovente prefato Bertrammo liberaliter donavimus ſine omni impedimento proprietatis jure perpetuo poſſidendam. Hujus rei teſtes ſunt Heidenricus comes de Lutterberche, Ecbertus de Aſſeburch, Ludolfus de Wenethen, Ludolfus de Weverlinge, Bertrammus de Veltem, Olricus de Weverlinge, Sifridus de Eltxen et quam plures alii fide digni. Ne autem hec noſtra donatio ab ullo hominum in poſterum infringi valeat vel mutari, nos preſentem paginam inde conſcriptam ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Datum Brunswic anno domini m° cc° lxxxvj° quinto kal. Auguſti.

1286 October 28. Johann v. Berge (de Berghe), *Bürger zu Hamburg, an Bürgermeiſter und Rath zu Mühlhauſen: dankt für gütige Aufnahme ſeines neulich geſchickten Boten und bevollmächtigt ſeine beſonderen Freunde, die braunſchweigiſchen Bürger* (burgenſes) *Hildebrand Langen und Tidemann v. Flöthe* (Hildebrandum Longum et Thidemannum de Vlotede: *im Drucke unrichtig* Vlocede), *zur Aufnahme gewiſſer ihm zuſtehender Gelder.* Datum anno domini m cc lxxxvj° in die apoſtolorum Simonis et Jude. [341

Original zu Mühlhauſen, gedruckt bei Herquet, Urk.-B. der Stadt Mühlhauſen, S. 137.

1287. Biſchof Volrad von Halberſtadt verheißt denen, die den Kranken im Marienſpitale milde Handreichung leiſten, vierzigtägigen Ablaß. [342

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. xl dies indulgencie.

VOlradus Dei gratia Halberſtadenſis ecclesie epiſcopus. Cum infirmi plaga Dei percuſſi decumbentes variis infirmitatibus in hoſpitali novo ſancte Marie in Bruneswich non poſſint ſuis redditibus infirmitatibus eorum aliqualiter conſulere, eo quod bona eorum, licet pauca, ſint exactionibus et incendiis devaſtata, proponunt eciam, ut accepimus, parare locum domino tabernaculum Deo Jacob, ac vero nequientes id de ſua conſummare penuria, fidelium neceſſe eſt amminiculo fulciantur. Quapropter, ut erga eos benivoli magis ac benefici fideles inveniantur cum ipſis et per ipſos in eterna tabernacula recipi contendentes, eos in ſuis valitudinibus viſitantes, nos de omnipotentis Dei miſericordia confiſi omnibus ad eorum ſtructuram et ſustentationem liberalitatis ſue ſuffragium devote conferre curantibus quadraginta dies et carenam de injuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus, aliorum nichilominus indulgentias epiſcoporum, quas dictum hoſpitale in hac cauſa meruerit, aſſenſu gracioſo et rato amplectimur eas ratificantes et ad noſtros ſubditos ampliantes. Datum anno domini m° cc° lxxx° vij°, pontificatus noſtri anno . . .

13 *Das Biſchofsjahr fehlt im Orig.*

1287 Februar 17 Braunſchweig. Johann v. Schöppenſtedt ſendet dem Biſchof Volrad von Halberſtadt zu Gunſten des Kloſters Riddagshauſen den Zehnt zu Gr. Wobeck (in magno Wobeke) *auf. Unter den Zeugen* Johannes dictus Helye, Alexander de ſeptem turribus, cives Brunswicenſes. Datum apud Brunswic anno domini m° cc° lxxx° vij° xiij° kal. Marcii. [343

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. I, S. 286 und bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt II, S. 491.

1287 Februar 24. Die Capitel von St Aegidien, St Blaſien und St Cyriaci und der Rath bekunden die Ausſage des Ritters Johann v. Weddelnſtedt, daß er dem Kreuzkloſter ſeine Güter in Weddelnſtedt verkauft habe. [344

Das Original iſt verloren: gedruckt in den Braunſchw. Anzeigen 1745, Sp 1725.

NOs Dei gratia Hermannus abbas, Martinus prior totumque capitulum monaſterii ſancti Aegidii in Brunswick, Theodoricus decanus, Baldewinus theſaurarius totumque capitulum ſancti Blaſii ibidem, Theodoricus canonicus, quondam vicedominus, totumque capitulum montis ſancti Ciriaci apud muros Brunswickcenſes univerſitasque Conſulum in Brunswick praeſentibus publice proteſtamur, quod dominus Johannes miles, dictus de Wettlemſtede, in noſtra preſentia conſtitutus nobis audientibus a praepoſito coenobii Montis curſorum ſub fide et anima requiſitus fatebatur, quod bona ſita in Wethlemſtede coenobio monialium Montis curſo-

rum apud Brunswick vendidit, que bona ſedecim annis et amplius predictum coenobium quiete poſſedit et ante ipſum patrem ſuum ajebat quietiſſime longo tempore poſſediſſe. Ut autem hec poſſeſſio a mente hominum non labatur et quibuslibet requirentibus poſſit eſſe nota, preſens ſcriptum inde confectum ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandum. Acta ſunt hec anno domini m° cc° lxxx° vij° vj kal. Martii.

1287 März 16. Die Gemeinheit in der Neuſtadt ertauſcht vom Aegidienkloſter gegen eine Wurt vor der Hagenbrücke eine Wurt bei St Andreä. [345

Original zu Wolfenbüttel, mehrfach beſchädigt, mit dem Burgenſenſiegel.

UNiverſis Chriſti fidelibus hanc litteram videntibus univerſitas burgenſium Nove civitatis in Bruneswic ſalutem in perpetuum proſperam et amenam. Ea, que fiunt in tempore, ne a memoria hominum lapſus abſtergat temporis, litterarum teſtimonio ſolent frequentius perhennari. Sciant igitur tam preſentes quam futuri, quod nos ad uſus noſtre civitatis aream unam apud ſanctum Andream in Bruneswic a conventu ſancti Egidii conparavimus aliam aream ſitam ante pontem Indaginis, quam Tidericus dictus Blome poſſidet, reddentes eidem, que noſtre civitati unum talentum annis ſingulis cenſualiter reddere tenebatur, ita tamen quod ipſi nobis quinque talenta habito communi conſilio addiderunt. Ut autem hoc factum firmum et inconwlſum permaneat, preſentem litteram dedimus in teſtimonium et in ſignum. Teſtes hujus ſunt Johannes de Peyna, Johannes de Valeberch, Hoppe, Ekkehardus, ... et quam plures alii fide digni. Datum anno incarnacionis domini m° cc° lxxx° vij° in dominica Letare.

Zerſtört 9 civitatis 17 [preſent]em 18 *ein Zeugenname*

1287 Juni 4 Rom. Bruder Romanus, Biſchof von Croia (in Albanien), ertheilt denen, die den Pfarrer von St Katharinen auf dem Wege zur Spendung der Sterbeſacramente begleiten, vierzigtägigen Ablaß. [346

Original in der Beverinſchen Bibliothek zu Hildesheim mit einer unkenntlichen Siegeltrümmer an weißrother Seidenſchnur rechts an der Charte: in der Mitte drei Einſchnitte für ein zweites; zwiſchen beiden Stellen auf der Falte frater Romanus Crahenſis epiſcopus. *Gleichzeitiger Rückvermerk* ſancte Katerine Brunswik.

UNiverſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis frater Romanus, miſeratione divina Crohenſis epiſcopus, ſalutem in domino ſempiternam. Gratum obſequium et Deo pium totiens impendere opinamur, quotiens mentes fidelium ad pietatis ac devotionis opera excitamus, ut exinde divine clementie reddi valeant aptiores. Nos itaque de omnipotentis domini mi-

ſericordia et beatorum Petri et Pauli, apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi omnibus vere contritis et confeſſis, qui presbiterum de parrochiali eccleſia ſancte Katerine virginis in Brunswick, que dicitur inme Hagen, Halberſtadenſis dioceſis, communicantem infirmum cum corpore Chriſti cauſa devotionis comitati fuerint, dummodo hanc noſtram indulgentiam loci dioceſanus approbaverit ſeu confirmaverit, quadraginta dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Rome pridie nonas Junii anno domini m° cc° lxxxvij°, apoſtolica ſede vacante.

1287 December 21. Abt, Prior und Convent zu St Petri in Königslutter urkunden über eine Stiftung des Prieſters Hermann v. Hildesheim zum H. Kreuz-Altar in ihrer Kirche. [347

Original im Stadtarchive, die beiden Siegel an rothgelben Seidenſtrangen.

HErmannus Dei gratia abbas, Otravanus prior totumque capitulum eccleſie ſancti Petri in Luttere omnibus in perpetuum. Fidele teſtimonium habet ſcriptura, nam que ſemel ſibi fuerint commendata, perire non patitur, ſed preterita, velud ſint preſentia, ad memoriam hominum ſufficit revocare. Inde eſt, quod preſentibus publice proteſtamur, quod Hermannus, ſacerdos religioſus dictus de Hildenſem, cupiens apud nos memoriam benedictionis conparare, dotavit altare ſancte Crucis ſitum in medio eccleſie noſtre aſſignans eidem triginta ſolidorum redditus, quorum decem et ſeptem de tribus areis in villa Luttere ſitis ſolventur, reliquos vero tredecim procuratores parrochie ſancti Odelrici in Bruneswic ſingulis dabunt annis, ita quod ipſorum medietas in paſcha, in feſto vero Mychaelis reliqua ſit reddenda. Quicunque vero pro tempore noſtri conventus fuerit thesaurarius, hanc pecuniam in uſum convertet cuſtodie et ad idem altare diebus ſingulis dicet miſſam. Si autem ipſum per caſum aliquem celebrare non contigerit, ſuum defectum de conventu noſtro aliquis adimplebit, ita quod predictum altare nullo die ſit miſſarum ſollempniis cariturum. Si autem proceſſu temporis hec a noſtra non ſervarentur eccleſia, dicti redditus a nobis dementur et ſine omni impetitione noſtre eccleſie ad fabricam parrochie ſancti Odelrici in Bruneswic annis ſingulis exſtant dandi. Ut igitur hec firma maneant, preſens ſcriptum inde confectum noſtris ſigillis munivimus in teſtimonium veritatis. Teſtes ſunt dominus Bernardus de ſancto Odelrico et dominus Reynerus de ſancto Petro plebani, Johannes Elye, Conradus Holtnicker, Johannes de Stidium et quam plures alii fide digni. Datum anno gratie m° cc° lxxx° viij° xij kal. Januarii, indictione prima.

1288 Januar 25 Hildesheim. Propſt Johannes, Dekan Arnoldus, Scholaſter Bernhardus und Domkapitel zu Hildesheim verkaufen dem Kloſter Steterburg drei Hufen und zwei Wurte in

Flöthe (Vlotedhe) *für 26 l. Mark, die Ulrich v. Adenſtedt und ſeine Frau Eileke, weiland Bernhard Kale* (Bernardus dictus Calvus) *und deſſen Witwe Adelheid zum Heil ihrer Seelen für die Kleidung der Kloſterfrauen geſtiftet haben.* Datum Hildenſem anno dominice incarnacionis m° cc° lxxx° viij° in die converſionis ſancti Pauli apoſtoli. *Unter den Zeugen* Ludolfus Matthie, Ludolfus Petri, Olricus et Bodo fratres dicti Calvi, cives in Brunswich. [348

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 218.

1288. Propſt, Äbtiſſin, Priorin und Congregation des Kreuzkloſters bekunden, daß erſter dem Kloſter zur Küſterei einen Baumgarten bei dem Andreasthore abgetreten hat. [349

Original zu Wolfenbüttel mit beſchädigtem Siegel. Rückvermerk des xiv Jahrh. de discordia.

B. Dei gracia prepoſitus, A. abbatiſſa, G. prioriſſa ſimulque congregatio omnis Montis ſancte Crucis prope Brunswich preſentia viſuris orationes in Chriſto devotas. Notum igitur ſit cunctis, quod prefatus Bertoldus prepoſitus quandam cum dominabus fecit mutationem de pomerio apud valvam ſancti Andree ſito, quod in conmunem ceſſerat uſum eccleſie. Nunc vero petitione ipſarum dominarum conpulſus ac donatione trium talentorum ab ipſis recepta cedet libere ad cuſtodis officium, precipue ad incenſionem lampadis. Quod ſi quisquam ſucceſſorum ſuorum infirmare voluerit, domina abbatiſſa de reditibus clauſtri, ubicunque fuerint, accipiet. Teſtes hujus rei ſunt frater Ludolfus, Conradus Clericus, Henricus magiſter curie et alii quam plures. Datum in Monte ſancte Crucis anno domini m° cc° lxxx° viij°.

16 fuerit *Orig.*

1288. Rath und Burgenſen beſtätigen dem Aegidienkloſter ſeine alten Gerechtſame und namentlich die Befugniß, an und auf ſeiner Ringmauer zu bauen. [350

Das Original iſt verloren: eine Abſchrift des xv Jahrh. im ſechſten Copialbuche des Stadtarchivs, Bl. 1'.

COnſules cum univerſitate burgenſium civitatis Bruneswich omnibus in perpetuum. Quia memoria hominum infirma eſt et labilis, ideo de re geſta ſit ſcriptura, que continet ſeriem veritatis. Declarandum ergo duximus univerſis, quod nos libertatem, quam monaſterium ſancti Egidii in Bruneswich in dote ſive in curia a ſuis fundatoribus hactenus habuit, preſentibus confirmamus. Unde recognoſcimus ac proteſtamur preſenti ſcripto, quod conventus ejusdem monaſterii ſpacium interceptum intus et extra per municionem, que curiam ejus circumdat, a turri ſtante verſus finem piſcine et exterioris foſſe noſtre in uſus ſui monaſterii libere poterit convertere meliores, edificando ſcilicet in predicto ſpacio vel eciam ſupra municionem, ſi neceſſe

fuerit, quicquid decreverint, dummodo ex hoc civitati noſtre non poſſit periculum imminere. Cum autem dicta municio per vetuſtatem vel aliter annichilata fuerit, nos in reedificando nichil juris obſervabimus, quamvis ipſi conventui primo fecimus in edificando ſubſidium et juvamen, quia in prefato ſpacio nichil juris nobis erimus uſurpantes. Datum anno domini m° cc° lxxxviij°.

1288 Februar 10. Herzog Otto von Lüneburg verheiſst den Kaufleuten und Wanderern Geleit in ſeinen Landen. [351

Original im Stadtarchive mit wenig beſchädigtem Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. littera ducis Ottonis ſenioris de Luneborch ſuper conductu. *Gedruckt bei Rehtmeier, Chronica 1, S. 514, bei Volger, Urk.-B. der St. Lüneburg 1, S. 95 und im Urk.-B. der St. Lübeck 1, S. 476.*

NOs Dei gracia Otto dux Brunswicenſis et Luneburgenſis univerſis preſentes viſuris ſalutem in domino. Ad noticiam multorum devenire cupimus, quod omnibus mercatoribus et viatoribus accedentibus Luneborg conductum in noſtris diſtrictibus ſecurum, ſi ſaltem graves expenſas deſuper ſufferre nos contigerit, audacter miniſtrabimus, dummodo, prout rogati ſumus, dent de quolibet tyere pannorum unum fertonem argenti et ſuum teloneum expedite. Super quibus preſentes noſtro ſigillo ſignatas conferimus ad cautelam. Datum anno domini m° cc° lxxxviij° in die beate Scolaſtice virginis.

1288 März 23 Rom. Angelus von Interamna an den Rath: meldet, daſs er deſſen Procuratorium angenommen hat. [352

Original im Stadtarchive mit einem kleinen paraboliſchen Siegel aus rother Wachsmiſchung wie No 339. Rückvermerk des beginnenden XVI oder ausgehenden XV Jahrh. Nullius valoris ſunt.

HOnorabilibus et diſcretis viris Conſulibus civitatis Brunswicenſis Angelus Interampnenſis, eorum devotus in Romana curia procurator, ſalutem et proſperos ad vota ſucceſſus. Noveritis, quod dominus Liupoldus, cantor Verdenſis, in quadam veſtra membrana procuratorium pro vobis conſcripſit, in qua quidem membrana magiſtrum Rudolfum de Valva, ſocium meum, et me pro vobis conſtituit in Romana curia procuratores ad inpetrandum et contradicendum. Predictum autem procuratorium benigne et gratanter ſuſcipiens paratum me offero nunc et ſemper facturum omnia, que veſtrum poterunt reſpicere commodum et honorem. Datum Rome anno domini milleſimo cc° lxxx° octavo iij feria ante cenam domini, preſentibus domino Johanne canonico Lubicenſi et domino Volcmaro cive Lubicenſi teſtibus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus preſentibus apponendum.

1288 December 12 Rom. Drei Erzbiſchöfe und neun Biſchöfe ertheilen denen, die die Magnikirche zu gewiſſen Feſtzeiten beſuchen oder ſelbiger milde Handreichung leiſten, vierzigtägigen Ablaß, den Biſchof Volrad von Halberſtadt beſtätigt. [353

Original im Stadtarchive, cm 65,5 × 62,5; die ungewöhnlich große und zierliche Schrift auf Reißbleilinien, die zwölf Siegel — das des Guilhelmus Calenſis iſt abgefallen, die übrigen meiſt wohlerhalten — abwechſelnd an rothen und gelben Seidenſträngen, das Biſchof Volrads in natürlichem Wachs, die anderen, roth, aus einer Miſchung wie die an No 339. Rückvermerk der römiſchen Kanzlei Sancti Magni in [Brunes]wit halb. dyoc. — *Formular wie No 143.*

UNiverſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis miſeratione divina Theotiſtus Adrianopolenſis, Johannicius Mokycenſis, Petrus Arborenſis archiepiſcopi, Philippus Salernitanus, Guilhelmus Calenſis, Maurus Amelienſis, Perronus Larinenſis, Bonifacius Parentinus, Waldebrunus Avellonenſis, Romanus Crohenſis, Marcellinus Turtibulenſis et Bonifacius Boſonienſis epiſcopi ſalutem in domino ſempiternam. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundantia pietatis ſue merita ſupplicum excedens et vota bene ſervientibus multo majora tribuat, quam valeant promereri, deſiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibusdam allectivis muneribus, videlicet indulgenciis et remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gracie aptiores. Cupientes igitur, ut eccleſia ſancti Magni in Brunesuuit Halberſtadensis dyoc. congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad predictam eccleſiam in ſingulis feſtivitatibus ſeu diebus ſubſcriptis, videlicet nativitatis domini, epiphanie, cene, paraſceve, reſurrectionis, rogationum, aſcenſionis et pentecoſtes, ac in ſingulis feſtivitatibus glorioſe virginis Marie, conceptionis, annuntiationis, aſſumptionis, nativitatis et purificationis, et in dominica poſt diem beati Viti martyris et in dedicatione eccleſie et altarium inibi conſtructorum et in patronorum feſtis ac in die omnium ſanctorum et in die animarum ac per octavas feſtorum predictorum cauſa devotionis ſue peregrinationis acceſſerint vel manus porrexerint adjutrices, ſeu etiam in extremis laborantes quicquam facultatum ſuarum vel quocunque alio modo miſerint ſeu donaverint, ſeu qui in ſummis feſtivitatibus et diebus dominicis proceſſionem et cruces et corpus domini, cum ſacerdos infirmum viſitaverit, cum devotione ſecuti fuerint, de Dei omnipotentis miſericordia et glorioſe virginis Marie, matris ejus, ac beatorum Petri et Pauli apoſtolorum meritis confiſi ſingulis ſingulas dierum quadragenas de injunctis ſibi penitentiis, dummodo loci dyoceſanus hanc noſtram indulgentiam ratam ac gratam habuerit, miſericorditer in domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſentibus litteris noſtra ſigilla duximus apponenda. Datum Rome anno domini milleſimo duocenteſimo octuageſimo octavo pridie ydus Decembris, pontificatus domini Nicolai pape quarti anno primo.

Im Orig. 20 paraſcene 29 *an erſter Stelle* et et 30 ſingulis] ſinguli

Et nos Volradus eadem gracia Halberſtadensis eccleſie epiſcopus omnibus vere penitentibus et confeſſis de Dei omnipotentis miſericordia et glorioſe matris ejus nec non et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum meritis confiſi, qui ob devotionem fecerint quod premittitur, quadraginta dierum indulgentias concedimus in domino Jheſu Chriſto. Has indulgentias per appoſitionem noſtri ſigilli gratas habemus atque ratas.

3 *Am Rande von anderer Hand* ſumma quingenti dies et xx.

1289 Rom. Vier Erzbiſchöfe und elf Biſchöfe ertheilen denen, die der Katharinenkirche und der Matthäuskapelle der Templer milde Handreichung leiſten oder ſelbige zu gewiſſen Feſtzeiten beſuchen, vierzigtägigen Ablaß. [354

Original im Stadtarchive, cm 62 × 38,5, von anderer Hand als der 1288 von einer Anzahl derſelben Würdenträger für die Magnikirche ausgeſchriebene Ablaß (No 353): die fünfzehn wohlerhaltenen paraboliſchen Siegel wie dort abwechſelnd an gelben und rothen Seidenſträngen und aus der gleichen Maſſe. — Formular wie No 143. Philippus Salernitanus *wird dort unter den Biſchöfen aufgeführt, von denen diesmal* Bonifacius Boſonienſis *fehlt. Vermehrt iſt deren Reihe hinwiderum hier um* Conradus Tullenſis, Henricus Tridentinus, Philippus Feſulanus *und* Bartholomeus Gaietanus.

Univerſis ſancte matris eccleſie fidelibus et devotis preſentes litteras inſpecturis Philippus Salernitanus, Petrus Arborenſis, Teoctiſtus Adrianopolenſis et Johannicius Mochicenſis archiepiſcopi, Guillelmus Callenſis, Bonifacius Parentinenſis, Maurus Amelienſis, Waldebrunus Avelonenſis, Conradus Tullenſis, Romanus Croenſis, Peronůs Larinenſis, Henricus Tridentinus, Philippus Feſulanus, Bartholomeus Gaietanus et Marcellinus Turtibulenſis miſeracione divina epiſcopi ſalutem in domino ſempiternam. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de abundancia pietatis, que merita ſupplicum excedit et vota, multo majora tribuat, quam valeant promereri, deſiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem fideles Chriſti ad conplacendum ei quaſi quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis videlicet et remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apciores. Cupientes igitur, ut eccleſia ſancte Catherine et capella ſancti Mathei in Bruniguichic preceptoris et fratrum ordinis milicie templi, Halberſtadensis dioc., congruis honoribus frequententur, nos de omnipotentis Dei miſericordia et meritis beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ac ea, quam indulſit nobis dominus, auctoritate confiſi, ad inſtanciam preceptoris et fratrum predictorum in ſubſidium terre ſancte deputati omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui dictis eccleſie et capelle manus porexerint caritatis, ſive in extremis laborantes quicquam facultatum ſuarum legaverint vel pias ſuas elemoſinas de-

Im Orig. 22 dingne quem — excedunt 23 deſſiderantes 24 et fideles imdulgenciis 28 indulxit

derint vel miſerint, aut qui ad dictas eccleſiam et capellam cauſa devocionis acceſſerint in feſtis ſubſcriptis, videlicet in feſtis ſancte Crucis, omnium ſanctorum, die patronorum, dedicacionum predictarum eccleſie et capelle et altarium conſtructorum et conſtruendorum vel in anniverſariis dierum dedicacionum necnon in quatuor feſtivitatibus beate Marie virginis, videlicet annunciacionis, aſſumpcionis, nativitatis et purificacionis ejusdem, et per omnes octavas dictorum feſtorum, ſingulis singulas dierum quadragenas de injunctis eis penitenciis, cum conſenſus dioceſani loci acceſſerit, miſericorditer in domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandas. Datum Rome anno domini m° cc° lxxx° viiij°, pontificatus domini Nicolai pape quarti anno primo.

Im Orig. 6 ſingulis|ſinguli conſenſu 7 acceſſerint

1289 März 1 Rom. Bruder Hugo, Predigerordens, Biſchof von Bethlehem, ertheilt denen, die die Katharinenkirche und die Matthäuskapelle der Templer zu gewiſſen Feſtzeiten beſuchen und ſelbigen milde Handreichung thun, vierzigtägigen Ablaß. [355

Original im Stadtarchive, die Schrift auf Reißbleilinien; das beſchädigte paraboliſche rothe Siegel aus gleichem Material wie die an No 353 und 354, an gelber Seidenſchnur. Vom Bilde iſt nur der Obertheil erhalten, die Anbetung der h. drei Könige unter dem Sterne; Umſchrift: S · FRIS · HVGONIS · ORD · PDIC · D . . . . . EPI · BETHL. *Ein kleines rundes Rückſiegel zeigt in einem Vierpaß den Stern und die Umſchrift:* ✠ VIDIMUS · STELLAM · EIUS · I · ORIENTE. — *Das Formular mit einigen Abwandlungen wie No 354.*

UNiverſis preſentes litteras inſpecturis frater Hugo ordinis predicatorum, Dei et apoſtolice ſedis gracia ſancte Bethleemitanenſis eccleſie epiſcopus, ſalutem in eo, qui in Bethleem dignatus eſt nobis naſci et a tribus magis cum oblatione trium miſticorum munerum adorari. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundancia pietatis ſue merita ſupplicum excedat et vota et bene ſervientibus multo majora tribuat, quam valeant promereri, volentes tamen reddere domino populum acceptabilem fideles Chriſti ad complacendum ei quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remiſſionibus, favorabiliter in domino invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur, quod eccleſia parrochialis ſancte Caterine et capella ſancti Mathei apoſtoli ſacre domus milicie templi de Brunswich Halberſtadenſis dioc. a Chriſti fidelibus congruis honoribus frequententur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui dictas eccleſiam et capellam in feſtivitatibus beate Marie virginis, ſancti Mathie ac ſancte Caterine, die paraſceve et inventionis ac exaltationis ſancte crucis et inventionis ac dedicationis baſilice ſancti Michaelis archangeli et commemorationis omnium ſanctorum et dedicationum eccleſie et capelle predictarum et anniverſariorum ipſarum et per octavas dictarum

feſtivitatum perſonaliter devote viſitaverint, vel alias quandocunque manum porrexerint caritatis, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi quadraginta dies de injuncta eis penitencia, dummodo conſenſus dioceſani eorum acceſſerit, miſericorditer in domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras fieri fecimus et noſtro ſigillo muniri. Datum Rome kalendis Martii anno domini milleſimo cc° octuageſimo nono, indictione ſecunda.

1289 Auguſt 16. Die Brüder Johann, Ludolf und Bruno von Brunsrode verkaufen dem Kloſter Alt-Iſenhagen für 63 l. Mark den Zehnt und eine Wurt zu Iſenbüttel (Yſennebutle), *Halberſtädtſche Lehen, die ſie dem Stifte auffenden und dieſes dem Kloſter eignet. Unter den Zeugen* Luderus de Helmeſtede, Thidericus Thuringus, Henricus de Scepenſtede, Bertoldus de Helmeſtede, burgenſes. Datum anno gratie m° cc° lxxxix xvij kalendas Septembris, indictione ſecunda. [356

Original mit Siegel zu Iſenhagen; gedruckt bei Hodenberg, Lüneb. Urk.-B. v (Arch. des Kl. der Mutter Maria zu Iſenhagen), S. 21.

1289 December 20 — 1291. Zahlungsvergleiche Braunſchweigiſcher Burgenſen mit einem Flandriſchen Gläubiger und andere Theidung. [357

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt: Fortſetzung von No 225.

OLricus Calvus tenebatur Boydino Paſcario et ſuis fratribus in cc et x mr puri argenti et *(Bl.2')* placitavit cum ipſo in hunc modum, quod illius pecunie dabit in feſto beati Johannis baptiſte nunc venturo xxxv mr, et in eodem feſto ſuper annis ſingulis dabit xxxv mr, quousque perſolverit totam ſummam. Et cuicunque per ſuam litteram dari juſſerit annis ſingulis dictas xxxv mr, illi dabit expedite; quod ſi non fecerit, et ſi Boydinus et ſui fratres famulum transmiſerint pro dicta pecunia requirenda, expenſas illius famuli ſolvet Olricus. Item ſi aliquem terminum ſolucionis ſuperſederit, et Boydinus et ſui fratres xxxv mr ad uſuram acceperint, Olricus ſolvet ſupra ſingulas x mr lotonem in ebdomade pro uſura. Et rata ſervare omnia premiſſa promiſit Olricus et ſui fratres Bodo et Bertoldus in ſolidum et in totum. Item Olricus ſolvit xxxv mr, quas debuiſſet in feſto beati Johannis proximo perſolviſſe. Datum anno domini m° cc° lxxx° ix° in vigilia beati Thome apoſtoli.

Henricus de Velſtede, Bertrammus frater ſuus et Allexander de vij turribus promiſerunt Boydino Paſcario et ſuis fratribus c mr ij mr minus puri argenti, quarum dabunt eis in feſto Micha-

helis proximo xj mr et in feſto paſce tunc primitus affuturo xj mr, et extunc annis ſingulis in feſto paſce dabunt eis xj mr, donec tota ſumma eis fuerit perſoluta.

Item Henricus de domo et David Cronsben promiſerunt eidem Boydino et ſuis fratribus xc mr puri argenti, quarum dabunt eis in feſto Michahelis proximo xj mr et in feſto paſce tunc primitus affuturo xj mr, et extunc annis ſingulis in feſto paſce dabunt eis xj mr, donec tota ſumma eis fuerit perſoluta. Et quandocunque dicti fratres ſuam litteram transmiſerint, dictam pecuniam preſentabunt annis ſingulis cuicunque ſua littera demandabunt. Datum anno domini m° cc° lxxx° ix° in die beati Thome apoſtoli.

(Bl. 3) Dhe halve teghedhe unde ſes hove, dhe dhe brodhere bi ſente Pawele hebben to Brotcem, ſin mit alleme rechte half Henniges bi ſente Pawele tovoren, unde boven dat ſin rechte del. Unde viftehalf hove to Schepenſtede ſin ok tovoren half ſin unde boven dhat ſin rechte del. Wat her Heine hadde an dheſſeme gude to Brotcem, dhat hevet he laten Hennighe ſemme brodhere.

Cone, hern Herbordi ſone dhes papen, hevet vor dheme voghedhe unde vor dheme Rade gheven Hennig unde Herbordo ſinen brodheren wat im anvallen mochte van ſines vader erve.

Her Meyneke van Blekenſtede hevet twen ſinen dochteren to Winhuſen geven to ireme live dhat halve erve, dhat was Hermannes uter Oldenwic. Swan en ſterft, ſo vallet dhe halfte del dhes in dhe erven. ſwan ſe beydhe ſtervet, ſo vallet beydhe del in dhe erven.

Hanna, Wasmodi wif van Uredhe, hevet laten van Wasmodi gude achter ſineme dodhe. Dharumme ſchal he ere maken twelf ſchepele wetes to ereme live: dhat hevet lovet Hennig, Wasmodi ſone, Mathias ſin ſwagher, Hennig ſin veddere. Werdhet dhere vrowen kindere, de ſcolen gan like to dele mit ten anderen kinderen Wasmodi. Her Bulſing gaf vrowen Hannen en hus, dhat is ere alene achter Wasmodi dodhe. achter ereme dodhe is it irer kindere alene.

Allexander et Henricus de vij turribus ſuper paterna hereditate, quam petivit Sophia, ſoror ſua, ſunt reconciliati in hac forma, quod annis ſingulis, quamdiu vixerit, poſſidebit xxxj ſol. de hiis poſſeſſionibus: ſcilicet x ſol. in domo quadam in Sacco, vij ſol. in domo in Schepenſtedeſtrate et xiiij ſol. in domo apud vialia Engelardi. Et ipſa Sophia renunciavit paterne hereditati
(Bl. 3') et omni diviſioni, et bona immobilia, que nunc habet,¦ſcilicet j mr reddítualem in domo apud pontem Indaginis et xiij ſol. in tribus areis in Hoghe et vj ſol. in orto ſito inter Altam valvam et valvam ſancti Petri et domum, in qua habitat apud fratres, nequaquam alienabit ſuis fratribus predictis et heredibus ipſorum, ſet prefati redditus ad ipſos devolventur poſt ejus obitum. Inſuper dicta Sophia de prefatis bonis ſuis xij mr et ſuppellecilia legabit ubi placuerit, et

In der Handſchr. 15 machte

xij mr prefate perſolventur infra menſem poſt ejus obitum. Inſuper reliquis ſororibus ſuis mobilibus poſt ejus obitum ſuperſticibus xviiij ſol. de prefatis redditibus legabit, qui inter eas annis ſingulis equaliter dividentur. ſet una mortua pars ejus, que ſibi debebat, ad heredes legitimos devolventur. Item in ultimis neceſſitatibus habebit facultatem bona ſua vendendi, ſet omni malo zelo excluſo.

In der Handſchr. 1 reliquid 2 *fehlt* legabit

(1290.) Reineken Morneweges Abrechnung über die von ihm für die Stadt Lübeck geleiſteten und empfangenen Zahlungen. [358

Nach der Originalrolle zu Lubeck gedruckt im Urk.-B. der St. Lübeck 1, S. 510.

HEe ſunt particule denariorum, quos Reynekinus Mornewegh ſolvit et expoſuit pro civitate Lubicenſi, ſicut inferius ſequitur . . . . Item illis de Brunswich: Theodrico Durinc et Johanni de Patenhuſe trecentas marcas puri, pro qualibet marca xiij ſolidos et vj denarios ſterlingorum in groſſis Turonenſibus. Item Conrado Stapel c marcas puri. Item Thome cum angelo lxxx marcas puri. Item Johanni de Pattenhuſe lx marcas puri . . . . . Hec eſt receptio Reynekini Mornewegh ex parte civitatis Lubicenſis. Primo ab holde Ruffo de Brunswic v^{c} xxxij marcas pagamenti . . . . .

(1290). Zahlungsanweiſungen des Rathes von Lübeck auf Reineken Mornewech in Flandern . . . . . Civibus de Brunswic: Thome cum angelo lxxx marcas pro qual . . . . [359

Pergamentſtück auf der Treſe zu Lübeck, an der rechten Seite angefreſſen, gedruckt im Urk. B. der St. Lübeck II 1, S. 61.

1290. Johannes Stapel überläßt einem gewiſſen Ludwig und ſeiner Frau den Stoben am Steinthore zu Erbzins. [360

Aus dem erſten Degedingebuche des Hagens, Bl. 1.

ANno domini m^{o} cc^{o} xc^{o}. Ego Johannes Stapel, burgenſis in Brunswich, proteſtor preſentibus munitis meo ſigillo, quod Lodewico et Gertrudi uxori ſue eorumque liberis jam progenitis et procurandis ſtupam noſtram ante Valvam lapideam ſitam nomine meo et fratrum meorum omnium contuli ſub cenſu hereditario nobis dando, videlicet viginti quatuor ſolidorum denariorum brunswicenſium, quorum dabunt nobis duodecim ſolidos annis ſingulis in feſto beati Michaelis expedite et in feſto paſche tantum. itaque me et fratres meos ac noſtras familias ir- *(Bl. 1)*

requiſito precio balneabunt. Poſſidebunt autem eandem ſtupam preſcripto modo, quamdiu nos et (Bl.1') noſtras familias|bene tractaverint et ſicut condecens fuerit et honeſtum.

1290 April 14 Riga. Erzbiſchof Johannes von Riga ertheilt auf Bitten Chriſtians v. Peine Allen, die zum Bau der Magnikirche beiſteuern, vierzigtägigen Ablaß. [361

Original im Stadtarchive, das Siegel fehlt. — Formular wie No 117.

JOhannes, miſeracione divina ſancte Rygenſis eccleſie archiepiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis graciam in preſenti et gloriam in futuro. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi, prout geſſimus in corpore, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur eccleſia ſancti Magni martyris in Brunswic in ſua ſtructura ſine fidelium ſubſidio minime perfici nequeat et conſummari, univerſitatem veſtram monemus et hortamur in domino in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatinus de bonis a Deo vobis collatis pias elemoſinas et grata ei ad hoc caritatis ſubſidia erogetis, ut per veſtram ſubventionem opus memoratum valeat conſummari, et vos per hec et per alia bona, que domino inſpirante feceritis, ad eterna poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos vero de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus necnon et ea, qua fungimur, auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui prefate eccleſie manum porrexerint adjutricem, xl dies et carenam de injuncta ſibi penitencia, dummodo predicti loci dioceſani voluntas vel conſenſus acceſſerit, in domino miſericorditer relaxamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad devotam inſtantiam et preces Chriſtiani de Peyne preſentibus duximus apponendum. Datum in Riga anno incarnationis dominice milleſimo cc° nonageſimo in die ſanctorum martyrum Tiburtii et Valeriani.

13 perficere *Orig.*

1290 April 25 Braunſchweig. Dekan und Capitel von St Blaſien bekunden, daß Bruder Hermann v. Hildesheim einen Garten vor dem Andreasthore von dem bisherigen Zinsmanne des Stiftes gekauft und dieſem auf den Fall ſeines Todes zu Behuf ſeiner Seeltröſtung geſchenkt hat. [362

Original zu Wolfenbüttel mit dem Siegel des Capitels.

Godefridus Dei gracia decanus totumque capitulum eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswic omnibus in perpetuum. Notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod ortum ſitum ante valvam ſancti Andree apud aquam extra muros civitatis Bruneswic, quem Albertus dictus de Peyna a nobis cenſualiter poſſederat, frater Hermannus de Hyldeſſem, presbiter religioſus, emit pleno jure liberum et ſolutum. Quem ortum heredes dicti Alberti renunciantes viva voce et litteris reſignarunt. Eundemque ortum duo talenta annis ſingulis ſolventem dictus dominus Hermannus noſtre contulit eccleſie poſt mortem ſuam perpetuo poſſidendam tali condicione adjecta, quod priorem cenſum, videlicet decem ſolidos, altare ſancti Johannis ewangeliſte in noſtra ſitum eccleſia ſemper percipiat expedite. de triginta vero ſolidis ſuperfluis cedet unum talentum noſtris concanonicis ad anniverſarium dicti domini Hermanni, ita quod quilibet canonicus viij denarios et vicarius iiij denarios recipiat annis ſingulis, peragendum. de decem autem ſolidis reſiduis ſcholares de dormitorio vj ſolidos, prefatum altare ſancti Johannis ewangeliſte iiij ſolidos ad lumen et tres officiales noſtri denarios vj habebunt. Pro hac pia donatione dominum Hermannum, uxorem ſuam Euphemyam, patrem ſuum Wlſhardum, matrem ſuam Megtildim recepimus in noſtram fraternitatem facientes ipſos participes omnium bonorum, que in noſtra eccleſia fieri dinoſcuntur. Inſuper in anniverſario dicti domini Hermanni ſibi, ſue uxori, patri ac matri ſue omnibusque animabus fidelium defunctorum vigilias et miſſarum ſollempnia peragemus. Ne autem hoc factum a quoquam noſtrorum comperſonalium ſeu ſucceſſorum inmutetur, preſens ſcriptum inde confectum ſigillo noſtre eccleſie juſſimus conmuniri. Teſtes ſunt Lippoldus de Tſellis, Gherardus, Lippoldus de Godenſtede, Conradus, Baldewinus cuſtos, Ludolfus de Wenden, Wernerus de Brunesrode, canonici, Bertoldus de Pole, Johannes de Luneborch, Johannes Criſpus, ſacerdotes vicarii, et alii quam plures fide digni. Datum Bruneswic anno domini m°cc°lxxxx° in die beati Marci ewangeliſte.

12 ſcloraris *Orig.*

1290 Juli 11. Biſchof Sigfrid von Hildesheim bekundet, daß Johann der Schmied, gen. v. Münſtedt, den zwölf Schweſtern bei St Petri ihr Haus geſchenkt hat, und beſtätigt die dabei geſtellten Bedingungen. [363]

Original im Stadtarchive, das Siegel an grüner Seidenſchnur. Gedruckt bei Rehtmeier, Kirchenhiſt. 1, Supplem. S. 61. – Eine Überſetzung vom Ende des XIV Jahrh., Pergament, im Stadtarchive, lautet:

We Sivert van der gnade Goddes biſchop to Hildenſem bekennet openbare in deſſem jeghenwordighen breve, dat Johan Smet, van Monſtede gheheten, heft ghegheven dor God umme heyl ſiner ſele unde Edelken ſiner husvrowen unde ſiner elderen unde Ermgharde[n] unde Cordes eyn hus, dat is beleghen bi ſunte Petre to Brunswik, tuelf ſuſtere[n] mit allem tovalle, dat dar to hort, doch mit alſodenem under-

ſchede: icht der ſuſtere jenech overtrede an unkusheyt eder an dûve eder an wederſtrevicheyt unde unhorſamicheyt eder an kivene mit ſcheltworden eder an unordeliken ſeden, eder dat ſe ſich nicht tuchtegen eder ſtraven unde berichten welde laten, dede nicht ne temet unde moghet den megheden Goddes unde bedrovet dicke den vrede der ſuſtere, de ſcal me ut deme huſe driven, unde ſe ſcal weſen berovet al des rechtes, dat ſe dar an hebben mochte an gulde unde an tovalle, beyde dat ittol dar is unde noch werden ſcal, unde ne ſcal nummer mer dar wedder komen. unde in ere ſtede ſcal me eyn ander entfangen mit meneme vulborde der ſuſtere, den dat toboret, dede hebben en gut rochte na mit deſſen vorſproken ſtucken. Unde dat neyn twidracht hir van en ne werde eder kome, ſo ſtedeghe we deſſe vorſprokene ghave mit al den vorſprokenen ſtucken unde underſchede van der biſchopliken walt weghene to ewighen tiden to blivende. unde deſſe jeghenwordighen ſcrift, de dar van to ſamde ghemaket is, hebbe we ghewe-ſtenet mit uſem inghesegheIle to eyner openbaringhe der warheyt. Tughe deſſes dinges ſint Johan van Velſtede, Ludolf Mathias, Jordan van Patenhuſen, Hilbrant Lange, Egelingh van me kerchove, Johan Helye, Johan van Peyne, Egelingh Martines, Helmolt Rademeker, borchghere to Brunswik, unde veler anderer truwer werdegher lude. Diſſe bref is ghegheven to Brunswik na der bort unſes heren na duſent jare unde twen (dren *Orig.*) hunderden an deme neghentegheſten jare.

NOs Sifridus Dei gratia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus ſerie preſentium proteſtamur, quod Johannes ſaber, dictus de Monſtede, beate memorie, domum ſitam juxta ſanctum Petrum in Brunswich cum omni emolumento ipſam reſpiciente duodecim ſororibus pro ſalute anime ſue contulit propter Deum, tali tamen conditione interpoſita, quod, ſi aliqua illorum exceſſum commiſerit ſive incontinentie ſive furti ſeu etiam rebellionis et inobedientie aut contentionibus rixoſis vel moribus inordinatis et incorrigibilibus, que ancillis Chriſti non deceant, pacem ſororum frequentius turbaverit, de domo predicta expelli debeat ac omni jure privari, quod habere poterit in eadem et in reditibus et obventibus jam habitis et habendis de cetero nullatenus reverſura. in cujus locum alia recipietur bone ſame de communi conſenſu ſororum, quarum intereſt, ſub conditionibus prelibatis. Ne igitur ſuper hiis aliqua contrarietas oriatur, nos donationem prefatam cum omnibus conditionibus adjectis auctoritate pontificali confirmatis perpetuis duraturam temporibus et preſens ſcriptum inde confectum noſtro ſigillo munivimus ad evidentiam veritatis. Teſtes autem hujus rei ſunt Johannes de Veltſtede, Ludolfus Mathye, Jordanis de Pattenhuſen, Hillebrandus Longus, Ekghelingus de cimiterio, Johannes Helye, Johannes de Peyna, Ekghelingus Martini, Helmoldus rotifex, burgenſes in Bruneswich, et quam plures alii fide digni. Datum Brunswic anno domini m° cc° xc° in translatione beati Benedicti abbatis.

20 *Das zweite* ſive *im Orig. zerſtört.*

1290 Juli 18. Biſchof Volrad v. Halberſtadt beſtätigt allen Ablaß fremder Erzbiſchöfe und Biſchöfe für das Marienſpital. [364

Das Original im Stadtarchive, offenbar eine zu dieſem Behuf nachträglich erlangte Ausfertigung, iſt der Falte des Ablaßbriefes von 1296 mittels ihres pergamentnen Siegelbandes aufgeheftet, das Siegel beſchädigt.

VOlradus Dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus audituris ſeu viſuris preſencia ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod omnes indulgencias a venerabilibus in Chriſto patribus archiepiſcopis et epiſcopis quibuscumque, dummodo katholicis, domui nove fratrum hoſpitalis in Brunswic noſtre dyoceſis ad feſtivitates expreſſas donatas ratas habentes et gratas ipſas preſentibus approbamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum anno domini m° cc° xc° tercia feria poſt diviſionem apoſtolorum.

1290 November 11. Die Herzöge Heinrich, Albrecht und Wilhelm eignen dem Blaſienſtifte drei Wurten von dem Hoflehen Bertrams v. Sambleben am Redingethor, wogegen das Stift drei Domhöfe im Sacke ihrer Botmäßigkeit untergiebt. [365

Original zu Wolfenbüttel mit den beſchädigten Siegeln der Herzöge an rothen Seidenſträngen. Gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 290.

DEi gratia Heinricus, Albertus et Willehelmus, duces de Bruneswich, omnibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in omnium ſalutari. Noverint univerſi preſentium inſpectores, quod, cum Bertrammus de Velthem et Godefridus de Varsvelde, noſtri milites et fideles, tres areas ſe a curia Bertrammi militis dicti de Tſampeleve usque ad valvam, que Redingedor dicitur, extendentes, videlicet quas a nobis tamquam a noſtris progenitoribus jure feudi, quod hovelen dicitur, tenuerunt hactenus, accedente conſenſu heredum ſuorum omnium, quorum erat conſenſus merito requirendus, dilectis nobis canonicis eccleſie beati Blaſii in Bruneswich pro quadam ſumma pecunie vendidiſſent, nos propter ſpecialem dilectionem, qua circa canonicos et eccleſiam jam predictos ducimur et movemur, proprietatem arearum predictarum eisdem perpetuo poſſidendum contulimus pari voto. Ipſi autem canonici cupientes utilitati ſue eccleſie providere ſalubriter in hac parte duas curias canonicales, que Gerhardi de Wevelinge et Wernheri de Brunesrothe fuerant, in opido noſtro ſitas, quod Sac dicitur, ſubjecerunt noſtro diſtrictui tali modo, quod nos deinceps juriditionem noſtram tamquam in aliis hoſpiciis, domibus ſive locis vel areis in jam dicto opido noſtro ſitis obtinebimus in eisdem proprietate nichilominus curiarum et censu domorum cenſualium earundem, quas in eas canonici ſupradicti adhuc edificare proponunt, apud eccleſiam et eosdem remanentibus pleno jure, impedimento etiam quolibet non obſtante. Huic ordinationi aderant et ſunt teſtes dominus Burchardus et Luthardus nobiles dicti de Meynershem, Burchardus de Aſſeburch, Ludolfus Baldewinus et Heinricus fratres de We-

nethen, Jordanus de Campe, milites, et quam plures alii fide digni. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum ſcribi fecimus ac noſtrorum ſigillorum munimine roborari. Datum Bruneswich anno domini m° cc° nonageſimo in die beati Martini.

1290 November 29 Braunſchweig. Ritter Friderich Roſenſtrauch und ſeine Söhne überlaſſen den Doringen zwei Hufen zu Kiſſenbrück. [366

Gedruckt bei Büttner, Genealogiae der Lüneburgiſchen Patricien-Geſchlechter, Bogen t, S. 4.

FRidericus miles et Conradus ac Ludolfus filii ſui, dicti Roſenſtruch, univerſis, ad quos hoc ſcriptum pervenerit, ſalutem in domino. Tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes, quod Theodorico et Ludolfo, civibus in Bruneswich, filiis Theoderici Doringi, et eorum fratribus duos manſos in Kiſſenbruegke in his ſcriptis unanimi conſenſu reſignamus, ut ipſi predictos manſos eadem jurisdictione, qua nos eos a reverendo domino noſtro Borchardo, comite de Woldenberge, et ſuis filiis recepimus et jam dudum poſſedimus, poſſideant perpetualiter et gubernent. Ut autem hec tam a nobis quam a noſtris ſucceſſoribus inviolata permaneant, preſentem literam ſigillo noſtro munivimus perpetuo valituram. Datum et actum in Bruneswich anno domini m° cc° lxxxx° in vigilia Andree apoſtoli glorioſi.

Im Druck 9 Toringi 10 Kuſſenbrucken 11 Burcardo

1290 December 23 Peine. Biſchof Sigfrid von Hildesheim ordnet den Dienſt an einem von den Pfarrleuten errichteten Altare zu St Andreä, verfügt über deſſen Hebungen und verheißt demnächſtige Confirmation dieſer Stiftung. [367

Original im Stadtarchive mit wohlerhaltenem paraboliſchem Siegel. Rückvermerk vom Ende des xv Jahrh. de breff over de mettenmyſſen geven van dem biſcop van Hyldenſem.

SIfridus Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus omnibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in domino ſempiternam. Ex parte dilectorum in Chriſto parrochianorum eccleſie ſancti Andree in Bruneswich nobis eſt intimatum, quod ipſi de ſuis ac aliorum fidelium elemoſinis altare in predicta eccleſia ad honorem Dei omnipotentis de noſtra licencia plebani ejusdem loci accedente conſenſu jam dudum edificari fecerunt, quod tamen adhuc non eſt, ut dicitur, conſecratum. Cui facto tam pio atque laudabili cum aſſenſu predictorum, plebani videlicet et parrochianorum, hanc formam duximus inponendam, ut in predicto altari, poſtquam dotatum fuerit et conſecratum, tam pro vivis quam pro defunctis infra pulſationem matutinarum hora competenti miſſa cotidie celebretur preterquam diebus dominicis et feſtivis, ita quod plebanus, qui

pro tempore fuerit in eadem eccleſia, reditus eidem altari pro dote aſſignandos tollet et, ut ſupradictum eſt, miſſam ibidem celebrari perpetuo providebit. Nos vero, cum omnia rite fuerint ordinata, factum antedictum autoritate noſtra confirmabimus et litteris noſtris roborabimus, ut nullus id umquam infringere valeat, ſet fixum perpetua firmitate conſiſtat. Datum Peynis anno domini m° cc° lxxxx ſabbato ante nativitatem domini.

1291 Januar 22 — 1292. Zahlungsvergleiche Braunſchweigiſcher Burgenſen mit ihren Flandriſchen Gläubigern und andere Theidung. [368

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt: Fortſetzung von No 357.

ANno domini m° cc° xc° primo in die beati Vincentii preſentibus Conſulibus, Conrado ſcilicet Holnicker, quondam filio Henrici, et Ludolfo Felice, placitavit Johannes Paſchedach *(Bl. 3')* ad uſum domini ſui Symonis Betten cum Olrico, Bodone et Bertoldo fratribus dictis Calvis, quod de lxx mr cum dimidia pagamenti, in quibus iidem fratres tenentur dicto domino Symoni, dabunt in feſto pentecoſtes proximo xiij mr pagamenti et poſtea ſingulis annis in feſto pentecoſtes ſolvent xij mr pagamenti, quousque dictam pecuniam perſolverint integraliter et conplete.

Cum Conradus de Helmeſtede, dictus de tilia, tenetur Thiderico dicto Dhorpere in lxxvij mr ſterlingorum per x ſol., placitavit cum ipſo in hunc modum, quod in feſto paſce proximo ſibi dabit vij mr ſterlingorum et poſtea annis ſingulis in feſto paſce ſibi dabit x mr ſterlingorum, quousque dictam ſummam ſibi perſolverit ex integro et conplete. Datum anno domini m° cc° xc° primo in die Scolaſtice virginis.

Cum Hermannus Stapel, quondam filius Conradi, tenetur Thiderico dicto Dhorpere in c mr et xj fertonibus pagamenti, Petro de Pupte xviij mr, uxori Johannis de Pupte lxvj mr, Nicolao Cupere lxvj mr et Symoni Papen xxij mr pagamenti, per totum placita verunt fratres ejusdem *(B. 4)* Hermanni, ſcilicet Johannes, Conradus et Jordanis, cum dicto Thiderico Dhorpere nomine ſuo et nomine predictorum creditorum Hermanni in hunc modum, quod cuilibet ipſorum creditorum dabunt in feſto paſce proximo octavam partem debitorum, in quibus idem Hermannus eis tenetur, et in feſto purificacionis beate Marie octavam partem, et poſtea annis ſingulis in feſto purificacionis beate Marie ſolvent octavam partem, quousque dictas ſummas perſolverint integraliter et conplete, et quamlibet dictarum partium ſub ſua fortuna perſolvent in Flandria quolibet termino expedite. Et omnia prefata rata ſervanda dicti fratres promiſerunt ita, quod quilibet in ſolidum et in totum. Pro creditoribus autem abſentibus Thidericus Dhorpere ſe obligavit, quod prefata placita rata ſervabunt. Datum anno domini m° cc° xc° primo in die Scolaſtice virginis.

Bl. 4 Prepoſitus et conventus ſancte Marie Magdalene apud muros Hildenſem emerunt a Hugone de Vinkelere quatuor manſos in majori villa Dughen, qui renunciavit eisdem. Et quod heredes ſui legitime renuncient eisdem manſis cum omni jure, poſtquam ad annos discrecionis venerint, hoc Johannes Slengerdus miles et Ludolfus frater ſuus fide data promiſerunt quatuor Conſulibus pro tempore in Brunsw. ad uſum prepoſiti ipſius et conventus, ſcilicet Johanni de Peyna, Henrico de ſancto Paulo, Widekindo de Ganderſem et Conrado Holtnicker, quibus eciam promiſerunt iidem fratres, quod duo conſanguinei adhuc ſui idem eis promittent, cum primo poſſit haberi copia eorundem.

Ludolfus van Oſterrodhe unde Ludolfus van Eckelſem hebbet palet in dhe Ovekere mit willen dhes Rades unde dhes richtes. Dhat en ſchal nen man wedher ſchutten odher vullen, it ſchal bliven alſe it nu is. Datum anno domini m° cc° xcj°.

Swe is procurator dhes goddeshuſes ſancti Andree, dhe ſchal aller jarlikes to ſente Micheles daghe gheven ene halve marc lodeghes ſilveres Elizabeth, dhe ſuſter is dhes heren van Barem, dhe wile dhat ſe levet.|

(Bl. 4') Heneke Bodhemer hevet vor ſek unde ſine erven laten van dheme erve, dhat en mochte anghevallen van ſiner modher dodhe. Dhar umme gaf eme Henning ſin brodher ſes punt.

Conradus procurator hoſpitalis ſancte Marie in Brunsw. dedit eidem hoſpitali poſt obitum ſuum omnia bona ſua mobilia et immobilia extra civitatem et intra et hiis jam renuntiavit, videlicet unum manſum in Uredhe, manſum in parvo Dalem et manſum in Volcſem, tres domos apud hoſpitale, domum in Sacco, que fuerat Makedſuſtes, et in Platea ſutorum viij ſol. cenſuales in domo Johannis de Oſterrodhe.

Swan Alberti kint van Remninghe cumpt to ſinen jaren, ſo ſchal Henning unde Herman van Lenedhe eme gheven xx marc lodeghes ſulveres. dhat hevet ſe lovet to ſemender hant Udeken dheme cramere unde Jane van Watteſem to dhes kindes hant. Stervet dhat kint er, dhat ghelt valt dar it to rechte vallen ſchal. Wert ter borghen en to cort binnen dhes, men ſchal enen alſo guden ſetten an ſine ſtat.

Mathias van Oveſtvelde hevet laten van alle dhem gude, dat ime anevallen mochte van ſiner moder bi ireme live unde bi ireme dodhe, dhat ſe ere gud keren mach war ſe wel ane ſine wedherſprake.

Thidericus de Lenepe, civis in Brunsw., preſentavit xj mr auri Heydhenrico, fratri Gherhardi de Molnem, quas preſentare debuerat in Ghent creditoribus predicti Thiderici. quod minime adinplevit. Quod conſtat Conſulibus in Brunsw. et aliis quam pluribus.

Wasmodus de Uredhe ſub optentu vite et bonorum ſuorum omnium obligavit, quod nun-

In der Handſchr. 12 dhe] dhes 25 Wert *am Zeilenausgange*

quam vindictam aut inpeticionem faciet ſuper pannis ſibi ablatis et reſtitutis in famulos comitis de Dannenberg, ſcilicet Wenkeſternen et Henrico de Lasbeke. | Item famulos Werneri de Me- *Bl. 5* dighe et fratris ſui, ſcilicet Alradum, Johannem de Delmenhorſt et Johannem ſotium ipſorum.

Vrowen Alheydhe kindere, dhe ſe hadde by Hermanne deme beckere, dhe ne hebbet nicht rechtes an Henrekes Blivotes gude, eres mannes, bi ereme live noch bi ireme dodhe. Werdhet aver ire nene erven bi Henreke Blivote, ſo ſchal he gheven dhen kinderen ſes marc. werdhet ir erven bi eme, ſo ne dharf he en nicht gheven.

Hillebrant unde Tileke, Tidemannes ſone van Luckenum, hebbet laten van ſodaneme anevalle, alſo en anevallen mochte van Heyſen odher Hanneſes dodhe, erer vedderen, alſo dhat in nicht anvallen mach eres lengudes, ſe ne ſterven beydhe ane erven.

In der Handſchr. 1 faciat 5. 7 nich

1291 Februar 12. Der Rath bekundet, daß Ludolf Martini vom Kloſter Steterburg für 20 Mark ein Leibgedinge von einer Mark jährlich gekauft hat, das nach ſeinem Tode dem Kloſter heimfallen ſoll. [369

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 229. Darüber das Rubrum ad infirmariam pertinet. *Vgl. No 257.*

Nos Ludolfus Mathie, Conradus Holtnicker, Gerhardus Stapoldi, Stephanus filius Gerhardi et alii Conſules civitatis Brunswich omnibus preſens ſcriptum viſuris quicquid poterint ſalubrius adoptare. Litteris preſentibus proteſtamur, quod Ludolfus, quondam filius Martini militis, redditus unius marce a clauſtro in Stederborch comparavit pro viginti marcis examinati argenti ſub hac forma, ut idem Ludolfus eam recipiat in feſto apoſtolorum Symonis et Jude ſingulis annis ad tempora vite ſue. poſt mortem vero prefati Ludolfi redditus dicte marce cedent ad emendacionem prebendarum ſanctimonialium ibidem die noctuque Deo reverenter famulantium et devote. In hujus rei teſtimonium et cautelam preſentem inde confectam paginam noſtro ſigillo decrevimus roborandam. Datum Brunswich anno domini m° cc° xc° i° pridie ydus Februarii.

20 Stedeborch *Handſchr.*

1291 Februar 14 Duderſtadt. Herzog Wilhelm beſtätigt der Stadt Duderſtadt Braunſchweigiſches Recht: libero arbitrio dedimus memorate civitati et ſuis incolis, ſicut pater noſter, dux Albertus felicis memorie, et fratres noſtri, principes illuſtres dux Henricus et Albertus, qui ad-

huc reguntur, fofpitate corporali liberaliter erogaverunt, frui jure Brunswicenfi . . . . Datum Duderftat anno incarnationis domini noftri m cc lxxxx primo in die beati Valentini. [370

Nach dem Abdrucke bei Wolf, Gefchichte und Befchreibung der St. Duderftadt, Urk. S. 8, bei Jäger, Urk.-B. der St. D. S. 12

1291 März 21 Braunfchweig. Die Grafen v. Woldenberg eignen dem Aegidienklofter einen Hof zu Ehmen, den Bruno v. Brunsrode von ihnen zu Lehn trug und dem Klofter verkauft hat. Unter den Zeugen Gherardus Stapoldus et filii fui Conradus et Stephanus, Thidericus de Hemftede, Bernardus de Pattenfen. Datum Brunswic anno incarnationis domini m° cc° lxxxxj° in die beati Benedicti. [371

Das Original ift verloren. Abfchrift in einem Copiarius des Klofters aus dem xvii Jahrh. zu Wolfenbüttel.

In der Handfchr. 8 Pattenfen (Wattefem?): Wattenfom.

1291 März 27 Braunfchweig. Ritter Gebhard v. Bortfeld und fein Sohn Heinrich bekunden, daß fie dem Stifte St Cyriaci für 15 Mark l. S. eine vogteifreie Hufe zu Watenftedt (Watenftide) *verkauft haben, die Johann v. Watenftedt zu Lehn getragen und ihnen in Gegenwart Alexanders von den Sieben Thürmen und Johann Pawels* (prefentibus viris discretis Alexandro de feptem turribus et Johanne dicto apud fanctum Paulum, civibus in Bruneswic) *aufgefandt, auch Herzog Wilhelm als oberfter Lehnsherr dem Stifte geeignet hat. Unter den Zeugen die vorgenannten zwei Bürger.* Datum Brunswic anno domini m° cc° xc° primo fexto kalendas Aprilis. [372

Original zu Wolfenbüttel: von den fechs Siegeln ift nur das erfte und eine Trümmer des dritten erhalten.

1291 Juni 2. Johann Stapel verkauft dem Klofter Riddagshaufen den Zehnt von elf Hufen zu Wobeck. [373

Original zu Wolfenbüttel, beide Siegel abgefallen. Rückvermerk des xiv Jahrh. De decima undecim manforum in Wobeke.

EGo Johannes dictus Stapel, filius Henrici ejusdem cognominis, quondam civis Brunswicenfis, prefentibus recognofco et notum effe cupio omnibus prefens fcriptum audituris et vifuris, quod de confenfu Henrici, filii fratris mei Hermanni jam defuncti, vendidi abbati . . et conventui monafterii Riddageshufen decimam undecim manforum in villa Wobeke pro triginta tribus marcis puri argenti in poffeffionem perpetuam, parati ego et jam dictus H., filius fratris

mei, ad resignandum ipsam decimam domino Gardolfo de Hathermersleve, a quo eam ambo feudali jure tenemus, cum a nobis a predictis abbate . . et conventu fuerit requisitum, et donec hoc factum fuerit, nos prefatam decimam ad manus eorundem, abbatis . . videlicet et conventus, tenebimus facturi cum ea interim quicquid eorum placitum fuerit voluntati. Quia vero Henricus, filius fratris mei Henrici etiam jam defuncti, ad consentiendum huic mee venditioni immaturus est, utpote adhuc in annis puerilibus constitutus, pro eo faciendo, quam primum ad annos discretionis pervenerit, et ut omnia, que in hac pagina continentur, firma et inconvulsa in suo robore perseverentur, Hermannus cognomento Stapel, filius Johannis patrui mei, Johannes, filius Gherardi Stephani, Henricus et Conradus fratres, filii Henrici de domo, data fide pariter promiserunt. Ego vero et Henricus, filius Hermanni fratris mei superius nominatus, quia usum sigilli non habemus, presentem litteram sigillis Hermanni Stapel et Henrici de domo antedictorum in testimonium validum hujus rei fecimus roborari. Datum Brunswic anno **domini m° cc° xcj° iiij° non. Junii.**

3 manum *Orig.*

1291 Juni 2. Der Rath bekundet, daß Konrad v. Lübeck dem Kloster Steterburg, dessen Mitbruder Ludolf Martini und dem Küchenmeister Hildebrand für 60 Mark vier Hufen zu Beddingen mit einem Hofe und einer Wurt zu Behuf des Krankenhauses verkauft hat. [374

Aus dem Chronicon Stederburgense zu Wolfenbüttel, S. 275.

HErmannus Holtnicker, Conradus Holtnicker pinguis, Johannes de Luckenum, Johannes retro mazellas, Wasmodus de Hurede, Johannes Felix, Ludolfus Thuringus, Johannes de Velstede, Conradus filius Johannis Elye, Bernardus Wedekindi de Antiqua civitate, Egkelingus Longus, Johannes Clericus, Johannes de Witmere, Jordanis de Bokelscampe de Nova civitate, Conradus Stapoldi, Ludolfus Crispus, Alexander de Mandere, Johannes Georgii, Conradus Christiani, Jacobus de Meynem de Indagine presentis anni Consules et rectores civitatis Brunswich omnibus in perpetuum. Ab humana cicius elabuntur memoria, que nec scriptis nec testibus eternantur. Hinc est, quod nos ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum cupimus pervenire, quod Conradus dictus de Lubeke, consocius et concivis noster, constitutus coram nobis quatuor mansos in villa Beddinge sitos cum una curia et area, silvis, pratis et pascuis ac aliis attinenciis et juribus ad eosdem mansos pertinentibus, quos tytulo proprietatis et hereditario jure multo tempore possederat, cum consensu et voluntate domine Sophie uxoris sue, Jutte filie sue, Conradi, Bertoldi, Rolandi, Wedekindi filiorum suorum, ac aliorum here-

20 *In der Handschr.* Wasmodus · Was *am Schluß der Seite*

dum, quorum conſenſus merito fuerat requirendus, eccleſie et conventui ſancti Jacobi beatique Chriſtophori in Stederborch ad infirmariam ſanctimonialium ejusdem eccleſie ſpecialiter deputandos Ludolfo filio Martini militis, confratri noſtro, et Hildebrando coquinario pro ſexaginta marcis puri argenti vendidit perpetuo poſſidendos. Prefatus eciam Conradus, uxor, filia et filii ſui ſuperius nominati, quos ipſe commode producere non potuit coram nobis, coram discretis viris Conrado Holtnicker pingui, Hermanno Holtnicker, Johanne Felice, Johanne de Velſtede, Conſulibus noſtris a nobis ad hoc ſpecialiter deputatis, qui eciam nobis de hoc ſufficienter fidem fecerunt, predictos manſos cum omnibus ſuis attinenciis reſignaverunt in manus discreti viri domini Henrici, prepoſiti in Stederborch et plebani in Saldere, reſignacionem cujuslibet eorum ſingulariter recipientis nomine eccleſie ſupradicte. Actum eſt eciam, ut idem Conradus, quamdiu vixerit, et heredes ſui eo defuncto eidem eccleſie debitam warandiam preſtare debeant contra quoslibet, qui aliquid juris quocumque modo in manſis hujusmodi et eorum pertinenciis ſibi poſſent in poſterum vendicare. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillo civitatis noſtre fecimus inſigniri. Hujus rei teſtes ſunt dominus Baldewinus, theſaurarius eccleſie ſancti Blaſii, magiſter Henricus Holtnicker, Bremenſis eccleſie canonicus, Ludolfus Mathie, Fridericus de Lochtendorpe, David Cronesben, burgenſes in Brunswich, et quam plures alii clerici et layci fide digni. Eciam predictus Ludolfus et Hildebrandus cum licencia domini prepoſiti, prioriſſe et conventus arbitrati ſunt, ut quisque eorum bona, que ſimul emerunt, poſt obitum alterius poſſideat ad tempora vite ſue. Datum anno domini m° cc° xc° i° quarto nonas Junii.

In der Handſchr. 3 confratre 18 quis

1291 September 14 Lüneburg. Herzog Otto von Lüneburg ermächtigt ſeinen Marſchalk Werner v. Meding und deſſen Bruder Jordan zum Verkauf einer Salzhebung aus dem Salzwerk zu Lüneburg und entläßt den Käufer, Johann v. Melbeck, dortigen Bürger, der daran haftenden Schoßpflicht. [375

Original im Stadtarchive mit Siegel.

DEi gratia nos Otto dux de Bruneswich et Luneburch recognoſcimus litteras per preſentes, quod nos Wernero de Medinghe militi, noſtro marſchalco, et Jordano fratri ſuo, fidelibus noſtris, ſuper dimidio choro ſalis quolibet flumine a nobis in ſalina Luneburch in domo Benninghe habito jure feodali vendendi Johanni de Melbeke, burgenſi nobis dilecto in Luneburch, et ſuis veris heredibus liberam dedimus optionem, ea videlicet libertate, qua nos et pater noſter dilectus, dominus Johannes, dux de Bruneswich et Luneburch felicis memorie, dimidium chorum poſſedimus prenotatum, reddentes prefatum Johannem de Melbeke de ipſo

dimidio choro liberum penitus et ſolutum tali jure, quod ſecundum cita civilia ſchot wlgariter nominatur. In hujus venditionis teſtimonium ac evidentiam pleniorem preſens ſcriptum ſepedicto Johanni de Melbeke ſigilli noſtri appenſione contulimus roboratum. Datum Luneburch anno domini m° cc° lxxxxj° in exaltatione ſancte crucis.

1291 November 27 Braunſchweig. Hermann v. Wolfenbüttel, mündig geworden, genehmigt, daß ſeine Brüder dem Kloſter Riddagshauſen eine Hufe in Bründeln (Brundelem) *geeignet haben.* Datum et actum Brunswic preſentibus et promoventibus . . . . Hildebrando Longo, Conrado dicto de domo, Davide dicto Grue, Ludemanno Davidis, Denigo de ſancto Paulo, Conrado filio Johannis Helye et aliis quam pluribus anno domini m° cc° xcj° v° kalendas Decembris. [376

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S 293.

1292 Rom. Zwei Erzbiſchöfe und acht Biſchöfe verheißen denen, die die Petrikirche zu gewiſſen Feſtzeiten beſuchen oder ihr hilfreiche Hand leiſten, vierzigtägigen Ablaß. [377

Original im Stadtarchive mit zehn paraboliſchen Siegeln aus der rothen Wachsmiſchung wie die an No 355. Formular wie No 143.

UNiverſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, ad quos preſens pagina pervenerit, nos Dei gratia Rogerius ſancte Severine et Johannes Muerſenſis archiepiſcopi, et nos Leuterius Verulanus, Salvus Racatanenſis, Berardus Fuliginatus, Perronus Larinenſis, Ciprianus Monenſis, Daniel Laquedonenſis, Guilelmus Callenſis et Romanus Crohenſis eadem gratia epiſcopi ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi digne ac laudabiliter ſerviatur, de habundancia pietatis ſue merita ſupplicum excedens et vota bene ſervientibus multo majora tribuat, quam valeant promereri, deſiderantes tamen domino reddere populum acceptabilem fideles Chriſti ad conplacendum ei quaſi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remiſſionibus, invitamus, ut exinde divine reddantur gratie aptiores. Cupientes igitur, ut eccleſia ſancti Petri in Brunenswic Hildeſemenſis dioceſis congruis frequentetur honoribus et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad dictam eccleſiam in feſtivitatibus ſeu diebus ſubſcriptis: nativitatis, paraſceve, reſurrectionis et aſcenſionis domini et pentekoſten, in omnibus feſtivitatibus beate Marie ſemper virginis glorioſe, beatorum Johannis baptiſte et Johannis ewangeliſte, beatorum Petri et Pauli et omnium aliorum apoſtolorum, beate Katharine, Marie Magdalene, ſancte crucis inventionis et exaltationis, in die pal-

Im Orig. 20 ac|au: *offenbar eine ungebeſſerte Verſchreibung* 29 Pali

marum, beati Nicolai, fancti Luce ewangelifte et dedicationis ecclefie prelibate et per octavas feftorum omnium predictorum caufa devotionis acceſſerint et ipfam pie vifitaverint vel ad reparationem, ornamenta feu luminaria dicte ecclefie manus porrexerint adjutrices vel in extremis laborantes quicquid legaverint eidem, nos de omnipotentis Dei gratia et ea, qua indulfit, auctoritate fingulis fingulas xl dierum indulgentias de injunctis fibi penitentiis, dummodo loci diocefanus ad id fuum prebeat aſſenfum, mifericorditer in domino relaxamus. In cujus rei teftimonium prefens fcriptum noftris figillis duximus roborandum. Datum Rome anno domini m° cc° lxxxx° ij°, pontificatus domini Nicolai pape quarti anno quarto.

Im Orig. 4 *fehlt* auctoritate 5 finguli fingulis

1292. Propft Heinrich zu Steterburg bekundet, daß weiland Heinrich Holtnicker dem Klofter letztwillig 15 Mark vermacht hat und dafür feine, feiner Hausfrau und feiner Eltern Jahrzeiten begangen werden follen. [378

Aus dem Chronicon Stederburgenfe zu Wolfenbüttel, S 230. — Vor der Urkunde die Nachricht: Hec domina Sophia Holtnicker, quondam prioriſſa et cuftrix, que hec bona ecclefie noftre contulit, ita difpofuit, ut nunquam vendantur prefcripte curie pro aliqua neceſſitate, fet earum cenfus annuatim congregacioni dividatur. Et eadem Sophia ad reverenciam domini noftri Jhefu Chrifti et patronorum noftrorum ad officium cuftodie comparavit tredecim folidos ad annualem cenfum et fecit renovari capitolium trabibus et feneftris et feneftras in kaminata, et calicem magnum parari fecit et comparavit velum ad altare fancti Jacobi pro quatuor marcis. Hec et multa alia, que numerare non poſſumus, domino Deo committimus. *Am Rande roth.* Ifta eciam domina quatuor marcas contulit ecclefie, ut dentur conventui centum kunei in vigilia annunciacionis fancte Marie. *Dem Texte folgt dann das Rubrum:* De bonis Henrici Holtnicker, que dominabus pertinent.

HEnricus Dei gracia prepofitus in Stederborch omnibus hanc litteram vifuris falutem in domino. Quoniam labilis eft hominum memoria, que pro tempore fiunt, discretorum providencia decrevit litterarum et figillorum robore confirmare. Hinc eft, quod Henricus Holtnicker felicis recordacionis legavit in teftamento clauftro Stederborch quindecim marcas puri argenti pro anime fue remedio, cum quibus comparati funt tres manfi fiti in villa Thide a pueris N. aput fanctum Odelricum, quos manfos predicti ab ecclefia noftra et a nobis in pheodo tenuerunt et de confciencia dominarum abfolvimus ad talem ordinacionem, quod domine clauftrales ad fpeciales ufus fuos, prout decreverint ipfis competentes, proventus eorundem manforum in perpetuum percipient pleno jure et pro hac confolacione anniverfaria ejusdem Henrici, Margarete uxoris fue, Henrici Holtnicker patris fui et Johanne matris fue annis fingulis in vigiliis

29 *In der Handfchr. fehlt* et 30 eorumdem

et miſſis pro defunctis ſollempniter peragere tenebuntur. Quod autem ſupraſcriptis conſenſus dominarum et noſter plene acceſſerit, preſenti littera munita ſigillo eccleſie et noſtro duximus proteſtandum, ne nobis ipſa bona in aliquo uſurpemus. Hujus rei teſtes ſunt Deneko de Pattenhuſen, Conradus Holtnicker, pro tempore Conſules in Brunswich, Ludolfus Mathie, Johannes Eyko, Conradus et Henricus filii ſui et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m° cc° xc° ij°.

In der Handſchr. 2 dominarum | duarum 5 *fehlt das erſte* et

1292 Januar 4. Biſchof Volrad und das Domkapitel zu Halberſtadt eignen dem Marienſpitale den halben Zehnt zu Vinsleben. [379

Original im Stadtarchive mit den runden Siegeln der ſechs Ausſteller. Rückvermerk des XIV Jahrh. de ½ decima in Vinsleve. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2352 und bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt II, S. 540.*

IN nomine domini amen. Volradus Dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus, Guntherus prepoſitus, Albertus decanus, Ghevehardus cellerarius, Hermannus portenarius totumque capitulum Halberſtadenſis eccleſie omnibus in perpetuum. Deperire poteſt ſolempnis actio cum motu temporum, niſi roboret eam vivacitas litterarum. Notum igitur eſſe volumus et conſtare, quod, cum Alexander de ſeptem turribus et Deno de ſancto Paulo, burgenſes in Brunswic, dimidiam decimam in Vinsleve ſitam, quam a noſtra manu tenebant in feodo, libere reſignaſſent, nos ob reverentiam intemerate matris ac virginis Marie et in emendam inſolentie quondam a noſtris hominibus in villa Melvingerodhe in burgenſes in Brunswic temere perpetrate ipſam dimidiam decimam cum omni utilitate ac jure in villa et in campo, ſcilicet frugum et animalium, novo hoſpitali ſancte Marie in Brunswic unanimi de conſenſu tocius noſtri capituli contulimus et in proprium dedimus perpetuo poſſidendam renunciantes omni juri, quod nos et noſtra eccleſia habuimus in eadem. Hujus donationis teſtes ſunt Wernerus marſchalcus, Bernardus Papeſtorp, Hugholdus de Ercſtede, Johannes Wilde, Wernerus de Slaghe, milites, Johannes dapifer, Henricus Bromes et alii quam plures fide digni. In hujus rei ſignum evidens et teſtimonium preſens ſcriptum ſigillis noſtris et noſtre eccleſie duximus muniendum. Datum Halberſtad anno domini m° cc° lxxxxij pridie nonas Januarii.

1292 Januar 21 Riddagshauſen. Bruder Hermann, Abt zu Riddagshauſen, verkauft dem Bürger Konrad Stekemezet eine Hufe in Sambleben. [380

Original mit dem paraboliſchen Abtsſiegel im Stadtarchive. Rückvermerk des XV Jahrh. littera ſuper proprietate unius manſi in Czampleve Hermanni abbatis in Ridageshuſen.

FRater Hermannus, dictus abbas de Riddageshuſen, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in eo, qui mandat ſalutes Jacob. Quoniam teſte Salomone generatio preterit et generatio advenit, ideo neceſſe eſt, ut ea, que hoc in tempore fiunt, rationabiliter per ſcripturas ad poſterorum noticiam transmittantur. Noverint itaque univerſi tam preſentis temporis quam futuri, quod nos de conſenſu conventus noſtri vendidimus Conrado dicto Stekemecet, civi Brunswicenſi, manſum unum ſitum in Tſampeleve ſibi et ſuis heredibus proprietatis titulo poſſidendum, debitam warandiam ejusdem manſi eidem C. vel ſuis heredibus pollicendo, recipientes ab eodem c xix marcas puri argenti in reſtaurum, quod convertimus in uſus monaſterii noſtri decimam in Hothensleve conparantes, legitimo precio eandem cum conſenſu dyoceſani de manu laica redimentes. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram cum appenſione ſigilli noſtri duximus roborandam. Datum apud Riddageshuſen anno domini m° cc° xcij° xij kal. Februarii.

1292 Februar 24 — 1296 Februar 26. Zahlungsvergleich Ulrich Kalens mit Herrn Johann ***van der Putten und andere Theidung.*** [381

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt: Fortſetzung von No 368.

CUm Olricus Calvus tenetur domino Johanni de Puteo c et xj mr pagamenti, placitavit cum Boldewino Tonſore, procuratore ſuo, quod in paſca ad unum annum dabit xiiij mr ℥ fertone minus et poſtea annis ſingulis tantam ſummam pecunie in feſto paſche, donec totam ſummam predictam perſolverit. Et hoc Bodo et Bertoldus, fratres ſui, ſecum manu collecta promiſerunt Davidi Cronesben, Johanni de Alvelde et Johanni de Lenedhe ad opus domini Johannis, quibus eadem ſumma dictis terminis dabitur ad uſum domini Johannis, ſi forte ſuus nuntius non transiret. Et in majorem certitudinem aſſignaverunt quatuor manſos cum dimidio in Berclinghe, de quorum proventibus dabitur annis ſingulis dicta ſumma. Set ſi caſu aliquo emergente de dictis manſis prefata ſumma dari non poſſet, ſaltem dabunt de bonis ſuis, ubicunque habuerint, omnibus terminis expedite. Datum anno domini m° cc° xc° ſecundo dominica **Invocavit.**

Domina Margareta, relicta Johannis Georgii, cum conſenſu filiorum ſuorum aſſignavit fili-
(Bl.5') abus ſuis ad tempora vite ſue, ſcilicet Margarete in Stoterlingeborch et Mechtildi in Stederborch, quod filii ſui de orto ſito ante valvam Valleslevenſem et de domo in Sacco dabunt de-

In der Handſchr. 30 Mechildi

terminate duo talenta denariorum brunswicenſium annuatim. Et que ipſarum primo deceſſerit, altera totum tollet. ambabus autem mortuis ad heredes ipſius Margarete proximos devolvetur.

Conradus de Guſtede vendidit Brunoni fratri ſuo xxxiij ſol. et iiij den. in moneta brunsw. pro x marcis, quos pro eadem pecunia poteſt reemere, quando ſibi placet.

Hermannus de Ursleve dedit ſorori ſue Johanne ad tempora vite ſue ortum ſinalem ante valvam ſancti Michahelis ſolventem talentum. Ipſa autem mortua cedet heredibus Hermanni.

Fredhericus de Valeberghe renuntiavit omni actioni, quam habere videbatur in Vallem ſancte Marie racione matertere ſue.

Martinus Hakelenberg et uxor ſua renunciaverunt omni actioni, quam habuerunt in dimidium manſum in Otteleve pertinentem clauſtro Vallis ſancte Marie.

Herbordus et Mechtildis dicti Cloken renunciaverunt duobus manſis Bendhorpe pertinentibus clauſtro Montis ſancte Marie apud Helmeſtede.

Hermannus Burmeſter dedit Ludolfo privigno ſuo ij tal., quod renunciavit omnibus bonis, que habent idem Hermannus et uxor ſua Johanna, eis viventibus et poſt mortem.

Wedego, filius Tilonis de Aſtvelde, renuntiavit omnibus debitis in eccleſia ſancti Martini et aliis omnibus, que habuit cum fratribus apud ſanctum Paulum.

Cone van Guſtede hevet laten van aldheme gude, dhat he hadde mit ſinen brodheren. ſunder dhat gut to Lere, to Mertenesbutle unde Alersbutle dhat is ſin alene.

Cone, Jordan. Tilo Stapel unde Henninges kindere hebbet Hermannes eres brodheres docteren up dheme Rinnelberghe laten to ireme live in dhere munte to Brunsw. iij punt gheldes. wat te erghere ſin van twe marc, dhat ſcollen ſe ere wllen. Swan dhere dochtere en ſterft, dhe *(Bl. 6)* andere behalt it albedille. ſwan ſe beydhe dot ſin, ſo valt it uppe dhe rechten erven.

Hannes dhe ſchele hevet laten van aller vordheringhe, dhe he hebben mochte an ſines brodher gude, hern Eckelinges dhes langhen.

Deneko van dheme Klinte unde ſin wif Margareta hebbet laten van anevalle erer moder allerleyge ſunder dher kerken· dhar umme ſcolen dhe brodhere bi ſente Paule Margareten irer ſuſter to ireme live aller jarlikes gheven to paſchen twe marc. to ſente Micheles daghe twe marc. Na ereme dodhe, der vrowen, ſcolen dhe ſilven brodhere Hanneſe, Margareten ſone, gheven, dhe wile he levet, allerjarlikes to paſchen ene marc unde to ſente Micheles daghe ene marc.

Dominus Conradus, filius balniatoris, dedit amite ſue Ghislen poſt obitum ſuum omnia bona ſua mobilia et immobilia et ſpecialiter domum ante valvam tam majorem quam minorem, duas domos apud goten in Platea militum, unam domum apud Henricum de Benem.

In der Handſchr. 19 brodher: *die Flexionsſilbe getilgt*

1292 März 27. Die Brüder v. Winnigſtedt verzichten auf eine Wurt und eine Wieſe zu Winnigſtedt, die Johann Hermanns von ihnen gekauft und den Sonderſiechen zu St Leonhard überlaſſen hat. [382

Original im Stadtarchive mit beſchädigtem Siegel.

NOs Fredericus, Albertus et Henricus fratres de Winnigeſtede recognoſcimus preſentibus munitis noſtro ſigillo, quod Johannes Hermanni unam aream ſitam in Winnigeſtede et unum pratum ſitum ibidem, que a nobis emerat, venditionis titulo dimiſit infirmis ſeu leproſis extra muros Brunswich pro tribus talentis denariorum brunswicenſium. Nos collacioni et omni juri, quod in ipſa area et in dicto prato habere dinoſcebamur, ſimiliter preſentibus renunciamus conſentientes prefatis infirmis ipſa in perpetuum poſſidenda libere pleno jure. Datum anno domini m° cc° nonageſimo ſecundo feria quinta ante diem palmarum.

1292 April 13. Abt Heinrich von St Aegidien bekundet, daß Alheid v. Haverlah dem Kloſter zu ihrem Seelenheil einen Hof in Ehmen (curiam in Emen ſitam apud canalem) *geſchenkt hat unter Vorbehalt einer Leibzucht von jährlich 10 Schilling braunſchw. Pfennige für ſich und nach ihrem Ableben für ihre Söhne, die Mönche Heinrich und Heinrich zu St Aegidien. Zeugen* Henricus de Mandere prior, Johannes de Remninge camerarius, Wicbernus, Johannes Engelardi. Datum anno domini m° cc° xc° ſecundo dominica Quaſimodogeniti. [383

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel abgefallen. Gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt. v, Suppl. S. 19. — Wicbernus *war nach einer Urkunde von 1291* camerarius.

1292 September 8. Propſt, Aebtiſſin und Convent des Kreuzkloſters verkaufen dem Bürger Johann v. Uehrde auf Lebenszeit zwei Gärten vor dem Petrithore. [384

Aus dem Wolfenbüttler Copialbuche des Kreuzkloſters.

NOs Johannes prepoſitus, Gertrudis abbatiſſa totusque conventus monialium eccleſie ſancte Crucis juxta muros Brunswigk univerſis preſens ſcriptum intuentibus tenore preſentium cupimus eſſe notum, quod nos Johanni de Urede, civi in Brunswigk, duos ortos ante valvam ſancti Petri ſitos, ſolventes annuatim viginti ſex ſolidos brunswicenſium denariorum, vendidimus pro novem marcis puri argenti ad tempora vite ſue. Poſt mortem vero ipſius orti jam dicti ſine contradictione heredum Johannis prefati ad noſtram eccleſiam libere revertentur tali conditione interjecta, quod ſingulis annis imperpetuum, cum anniverſarius patris ſepedicti Johan-

25 cupimus] facimus *Handſchr.* 26 brunswicentium *Handſchr.*

nis fuerit, ſervitium de decem ſolidis monialibus celebretur. Similiter ſervitium decem ſolidorum fiat, cum venerit anniverſarius matris Johannis memorati. Cum vero prenotatus Johannes de Urede diem clauſerit extremum, in anniverſario ſuo ſervitium ſex ſolidorum monialibus ſingulis annis ſemper fiat. Et ut iſtud factum maneat inconvulſum, preſens ſcriptum eſt ſigilli noſtri munimine de communi conſenſu capituli noſtri roboratum. Teſtes hujus facti ſunt Wasmodus de Urede, Arnoldus Blidelevent, Ulricus Calvus et alii fide digni. Acta ſunt hec anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo in die nativitatis virginis glorioſe.

1292 October 18. Ludolf Holtnicker, ſeine Schweſter Sophia und ſeine Frau Bertradis vermachen dem Kloſter Steterburg 29 Schilling jährlichen Zinſes von drei Wurten bei St Michaelis, wofür dereinſt ihre Jahrzeit begangen werden ſoll. [385

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbuttel. S. 229. Darüber das Rubrum De reditibus domine Sophie Holtnicker, que poſt obitum ſuum contulit conventui.

Nos Ludolfus dictus Holtnicker, Sophia ſoror ejus et Bertradis uxor ejusdem omnibus preſentem paginam inſpecturis affectuoſam in domino karitatem. Fidele teſtimonium habet ſcriptura, nam preterita, velut ſint preſencia, ad memoriam hominum ſufficit revocare. Inde eſt, quod preſentibus publice proteſtamur, quod aput cenobium ſancti Jacobi in Stederborch ordinis ſancti Auguſtini benedictionis memoriam cupientes comparare dedimus poſt obitus noſtros eidem clauſtro viginti novem ſolidos in reditibus ſingulis annis perpetuo poſſidendos, quos habemus in tribus areis ſitis infra muros brunswicenſes aput ſanctum Michaelem, quarum una ſolvet decem ſolidos annuatim et altera decem, de reliqua vero novem ſolidi perſolvuntur, ut ob devocionem, quam ad predictam eccleſiam habuimus, poſt deceſſus noſtros anniverſarii noſtri in eadem eccleſia perpetuo peragantur. Et pecunia memorata, cum ab areis recipitur, volumus ut inter conventum equaliter parciatur, et ad alios uſus ipſam nolumus applicari. Ut igitur hec noſtra donacio, quam viventes et ſani fecimus, robur obtineat firmitatis, preſentem paginam ſigillo cenobii ſancte Crucis aput Brunswich et eciam noſtro firmatam prelibate eccleſie dedimus in evidenciam veritatis. Teſtes hujus rei ſunt Rolandus dictus de Calve et Roleko filius ejus, Wedekindus de Ganderſeim, Alexander de ſeptem turribus, Conradus de Lubeke et alii quam plures cives in Brunswich fide digni. Datum anno gracie m° cc° xc° ij° xv° kal. Novembris, indictione quinta.

25 et *fehlt in der Handſchr.*

1293 Februar 17 Braunſchweig. Herzog Heinrich ſchenkt dem Blaſienſtifte zum Leuchtwerk des Johannisaltars ein Häuschen vor der Schulſtegpforte. [386

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel. — Eine gleichlautende Urkunde ftellte auch Herzog Albrecht aus: Datum Bruneswich per manum Bertoldi canonici ecclefie fancti Blafii ibidem ac notarii noftri anno domini m° cc° nonagefimo iij° feria fecunda poft dominicam Oculi *(März 2): Original zu Wolfenbüttel, das Siegel befchädigt. Beide Ausfertigungen find von einer Hand gefchrieben.*

NOs Dei gracia Henricus dux de Bruneswich recognofcimus et tenore prefentium univerfis et fingulis audituris prefentia vel vifuris cupimus notum effe, quod cultum divinum, quantum fuperna clementia poffe finit, in omnibus ampliare volentes, fecundum quod noftre nobilitatis liberalitas, immo pium defiderium et devota intentio nos inducunt, quandam domunculam, que eft fita inmediate juxta portam, videlicet per quam itur ad vialia, que dicuntur Scolftege wlgariter, et annexa noftro viridario juxta portam, ad luminaria altaris beati Johannis ewangelifte fiti in ecclefia fancti Blafii urbis Bruneswich perpetuis temporibus augmentanda confentientibus, quorum ad hoc confenfus extitit merito requirendus, animo conferendam duximus liberali, matronis Criftina nichilominus et Seburge, que nunc inhabitant iftam domum, pacifice permanfuris, dum vixerint, in eadem. In cujusmodi collationis evidentiam prefens fcriptum fcribi fecimus et figilli noftri munimine roborari. Datum Bruneswich per manum Segebandi, canonici ecclefie Embiczenfis ac noftri notarii fpecialis, anno domini m° cc° nonagefimo iij° feria quarta prima poft dominicam Invocavit.

8 liberalitas *fehlt in der Urk. H. Albrechts*

1293 Februar 19. Herzog Heinrich verleiht den Lakenmachern der Neuftadt alles Gilderecht derer im Hagen. [387

1, S. 16.

1293 Mai 2. Die Brüder v. Veltheim beftätigen den von ihrem Vater gethanen Verkauf einiger Wurten beim Redingethor an das Blafienftift. [388

Original zu Wolfenbüttel mit den Siegeln Bertrams und Arnolds v. Veltheim, Ulrichs v. Weferlingen und Ekberts v. d. Affeburg an grünen Seidenfträngen. Gedruckt im Affeb. Urk.-B. 1, S. 298.

IN nomine domini amen. Nos Berterammus, Ludolfus, Johannes, Olricus fratres dicti de Velthem recognofcimus et tenore prefentium proteftamur, quod Berterammus miles, bone memorie, pater nofter, canonicis ecclefie fancti Blafii in Bruneswich vendidit pro viginti marcis puri argenti quasdam areas fitas in Bruneswich juxta portam, que vulgariter dicitur Redinghedor. Cui vendicioni nos ceterique, quorum intererat, proteftamur prefentibus confenfiffe renunciantes omni juri, quod nobis aliquo modo vel eis, quorum confenfus merito requirebatur,

competere poterat in futurum. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Teſtes ſunt Ludolfus, Olricus filius ſuus, dicti de Weverlinghe, et Ecbertus de Aſſeborch, milites, quorum ſigilla ad majoris roboris firmitatem preſentibus ſunt annexa. Datum anno domini m° cc° nonageſimo tertio ſexto nonas Maji.

1293 Mai 30. Johannes, Theſaurar zum H. Kreuze in Hildesheim, vordem Propſt zu Steterburg, an Herzog Albrecht: daß Herr Dietrich v. Gadenſtedt (de Godenſtede) *mit Zuſtimmung der Witwe Hermanns v. Oldershauſen dem Kloſter Steterburg drei Hufen in Klein Mander* (in parva villa Mandere) *verkauft und die Edeln v. Meinerſen ſie ſelbigem geeignet haben. Zeugen* Thidericus de Barem dictus Hake *und* Ludolfus Matthie, burgenſis in Brunswich. Datum anno domini m° cc° xc° iij° in die beati Felicis pape et martyris. [389

Aus dem Steterburger Copialbuch zu Wolfenbüttel, S. 534.

1293 Juni 28. Die Geſchwiſter v. Veltheim beſtätigen den Verkauf einiger Wurten am Redingethor an das Blaſienſtift. [390

Original zu Wolfenbüttel mit dem Siegel Bertrams v. Veltheim, der allein geſiegelt hat. Gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 298. — No 388 faſt gleichlautend.

IN nomine domini amen. Nos Bertrammus, Ludolfus, Johannes, Olricus fratres, et Mya ſoror noſtra, dicti de Velthem, recognoſcimus et tenore preſentium proteſtamur, quod Berterammus miles, bone memorie pater noſter, canonicis eccleſie ſancti Blaſii in Brunswich vendidit pro viginti marcis puri argenti quasdam areas ſitas in Brunswich juxta portam, que wlgariter dicitur Redingedor. Cui venditioni nos ceterique, quorum intererat, proteſtamur preſentibus conſenſiſſe renuntiantes omni juri, quod nobis aliquo modo vel eis, quorum conſenſus merito requirebatur, competere poterat in futurum. In hujus rei teſtimonium preſentes litteras noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Teſtes ſunt Ludolfus, Olricus filius ſuus, dicti de Weverlinghe, Egbertus de Aſſeborch, Hermannus de Dalem, milites, et quam plures alii clerici et laici fide digni. Datum anno domini m° cc° nonageſimo tercio quarto kalendas Julii.

1293 Juni 29. Die v. Veltheim verkaufen dem Marienſpitale für 65 l. Mark fünf Hufen ihres Eigenguts zu Schlieſtedt. [391

Original im Stadtarchive mit den Siegeln Arnolds und Bertrams v. Veltheim an rothen Seidenſträngen. Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2356.

VNiverſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, nos Johannes de Veltum, canonicus ſancti Mathie Goslarienſis, Arnoldus de Veltum miles, Bertrammus et Bertoldus filii ſui ac Jutta

filia ſua, item Bertrammus et Ludolfus milites, Olricus et Johannes, quondam filii domini Bertrammi de Veltum bone memorie, et ſoror ipſorum Euphemia preſentibus et futuris volumus eſſe notum, quod preſente et approbante inclito principe domino noſtro duce Alberto de Bruneswich pro ſexaginta quinque marcis puri argenti vendidimus et in proprium dedimus novo hoſpitali ſancte Marie in Bruneswich quinque manſos ſitos in Slizſtede ad nos titulo proprietatis pertinentes cum omni jure et utilitate in villa et in campo, ſilvis, paſcuis et pratis et univerſaliter cum omnibus pertinenciis, quibus nos usque in preſens poſſedimus, perpetuo poſſidendos, renunctiando omni juri, quod habuimus in eisdem, obligantes nos et omnes heredes noſtros ad hoc, quod eorundem bonorum preſtabimus firmam warandiam pre omnibus, qui aliquam actionem, quod abſit, in eadem habuerint in futurum. In hujus rei notitiam preſens ſcriptum noſtris ſigillis duximus muniendum. Teſtes ſunt domini Baldewinus prepoſitus ſancti Blaſii in Bruneswich, Ecbertus de Aſſeborch, Johannes de Utteſſe, Henricus et Lippoldus de Werle et Ludolfus de Bortfelde, milites, item Ecbertus de cimiterio, David Cronesben, Thidericus Thuringus, Heyno Hakelenberch et Hermannus de Ursleve, pro tempore Conſules in Bruneswich. Datum anno domini m° cc° xc° tertio in feſto beatorum apoſtolorum Petri et Pauli.

1293 Juni 29. Herzog Albrecht urkundet über vorſtehenden Verkauf. [392

Original im Stadtarchive, das ſtark beſchädigte Siegel an rother Seidenſchnur: Rückvermerk des XIV Jahrh. de quinque manſis in Sliſtede. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit. jurid. VIII, S. 2360.*

IN nomine ſancte et individue trinitatis Albertus Dei gracia dux de Bruneswich omnibus in perpetuum. Ne facta temporalia ſimul transeant cum tempore, viſum eſt ea ſcriptis autenticis et teſtibus ſolidari. Hinc eſt, quod notum facimus preſentibus et futuris, quod domini Johannes de Veltum, canonicus ſancti Mathie Goslarie, Arnoldus de Veltum miles, Bertrammus et Bertoldus filii ipſius, Jutta filia ſua, item Bertrammus et Ludolfus milites, Olricus et Johannes, quondam filii domini Bertrammi de Veltum bone memorie, et Euphemia ſoror ipſorum quinque manſos ſitos in Slizſtede ad ipſos titulo proprietatis pertinentes nobis preſentibus et approbantibus pro ſexaginta et quinque marcis puri argenti vendiderunt et dimiſerunt novo hoſpitali ſancte Marie in Bruneswich cum omni jure et utilitate in villa et in campo, ſilvis, paſcuis et univerſaliter renunctiantes omni juri, quod habuerunt in eisdem, dantes in proprium eos ipſi hoſpitali in perpetuum poſſidendos. Obligaverunt ſe etiam coram nobis ad hoc, quod ipſi et heredes eorum omnes eorundem manſorum preſtabunt firmam warandiam pre omnibus, qui aliquam actionem habuerint in eosdem. Ad hujus facti evidentiam preſens ſcriptum noſtro ſigillo duximus muniendum. Teſtes, qui preſentes aderant, ſunt dominus Baldewinus prepoſitus ſancti Blaſii in Bruneswich, Ecbertus de Aſſeborch, Johannes de Utteſſe, Henricus et Lippoldus de Werle et Ludolfus de Bortvelde, milites noſtri, item Ecbertus de cimiterio, David Cronesben, Thidericus Thuringus, Heyno Hakelenberch et Her-

mannus de Ursleve, burgenſes noſtri et pro tempore Conſules in Bruneswich. Datum anno domini m° cc° xc° tercio in feſto beatorum apoſtolorum Petri et Pauli.

1293 Auguſt 5. Der Rath vergleicht ſich mit den aufſtändiſchen Gildemeiſtern. [393

1, S. 16 und Chroniken der deutſchen Städte XVI, S. 304.

1293 October 1. Ritter Balduin v. Wenden eignet dem Marienſpitale zwei Hufen zu Vinsleben, die Heiſe und Hermann v. Uhrsleben von ihm zu Lehen trugen. [394

Original im Stadtarchive, von den drei Siegeln ſind zwei zerſtört, vom dritten nur das Schild mit den beiden Sparren, daneben in den oberen zwei Ecken je ein Stern, in der untern ein unkenntlicher Gegenſtand, erhalten. Rückvermerk des XIV Jahrh. duo manſi in Vinsleve. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 525.*

IN nomine domini amen. Ego Baldewinus de Wenden miles omnibus in perpetuum. Ad cautelam futuri temporis notum facio vniverſis, quod cum conſenſu et approbacione filii mei Baldewini et Ludolfi fratris mei et filiorum ſuorum, dominorum Ludolfi canonici ſancti Blaſii in Bruneswich, Henrici et Baldewini militum, duos manſos ſitos Vinsleve, quos Heyſo et Hermannus de Ursleve burgenſes in Bruneswich a manu mea pheodaliter poſſidebant, novo hoſpitali ſancte Marie in Bruneswich cum omni jure ac utilitate qualibet in proprium dedi libere perpetuo poſſidendos, ejusdem proprietatis nichilominus firmam warandiam una cum fratre meo filiisque ſuis ac filio meo legitime preſtiturus. In hujus rei ſignum hoc ſcriptum feci ſigillis preſentibus roborari. Teſtes ſunt Johannes Helie, Conradus Holtnicker, David Cronesben, Conradus Helie, Henricus et Conradus fratres de domo, Johannes apud ſanctum Paulum et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m° cc° xc° tertio in die beati Remigii.

1293 October 10. Herzog Heinrich beſtätigt den Schmieden ihr altes Recht. [395

1, S. 17.

1293 December 7. Rath und Bürgerſchaft bekunden und beſtätigen einen Leibgedings- und Seeltröſtungsvertrag zwiſchen den Vormündern und dem Küſter des Marienſpitals. [396

Original im Stadtarchive mit den ſtark beſchädigten Siegeln des Spitals und der Burgenſen. Rückvermerk des XIV Jahrh. de j manſo in Volſum.

UNiverſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, Conſules et univerſitas burgenſium in Bruneswich notum eſſe volumus et conſtare, quod Johannes Helie et Conradus Holtnicker

cum conſenſu et voluntate noſtra dederunt Conrado, cuſtodi hoſpitalis ſancte Marie in Bruneswich, quadraginta marcas puri argenti, quas convertit in bona ſita Slizſtede conparata eidem hoſpitali. De proventibus ejusdem hoſpitalis dabuntur ſex chori tritici et totidem ſiliginis et quatuor porci valentes duodecim ſolidos denariorum brunswicenſium aut duodecim ſolidi ejusdem monete, quamdiu vixerit, annis ſingulis in feſto beati Martini expedite. Item idem Conradus et mater ſua conparaverunt per ſuam pecuniam manſum unum ſitum Voltſem, quem cum omni jure poſſidebunt, ita quod uſum ejus percipient ad tempora vite ſue. poſt obitum autem ipſorum cedet ipſi hoſpitali libere pleno jure tali conditione, quod dies anniverſarius ipſius Conradi, matris ſue ac patris in vigiliis ac miſſarum ſollempniis in perpetuum annis ſingulis peragetur in hoſpitali ſuperius memorato. In hujus rei ſignum preſentem litteram noſtre civitatis ac dicte eccleſie hoſpitalis ſigillis duximus muniendam. Teſtes ſunt David Cronesben, Conradus de Lubeke, Thidericus Thuringus, Johannes apud ſanctum Paulum et Henricus de domo ac quam plures alii ſide digni. Datum anno domini m° cc° xc° tertio in craſtino beati Nicolai.

1 dederunt *fehlt im Orig.* 2 pro quadraginta marcis *Orig.*

1294 Februar 22 Steterburg. Propſt, Priorin und Convent zu Steterburg bekunden, daß das Domkapitel zu Hildesheim in Schuldnoth ihrem Kloſter drei Hufen und zwei Wurten in Flöthe (Vlotede) *verkauft hat, für 26 Mark, die die Eheleute Ulrich und Eibeke v. Adenſtedt, weiland Bernhard Kale und deſſen Witwe Alheid zum Heil ihrer Seelen geſchenkt. Unter den Zeugen* Ludolfus Petri, Olricus de Adenſtede, Olricus, Bodo, Bertoldus fratres dicti Calvi, cives in Brunswic. Actum et datum in Stederborch anno domini m° cc° xciiij° in cathedra ſancti Petri apoſtoli. [397

Original zu Wolfenbüttel.

1294 Mai 3. Die Herzöge Albrecht und Heinrich ſchenken dem Kapitel von St Blaſien zu ewiger Nutzung des Stiftskämmerers einen Platz zwiſchen dem Hofe des Dekans Gottfried und dem Hauſe des Schreibers Gottfried am Waſſer (ſpacium quoddam inter curiam Godefridi decani et domum Godefridi ſcriptoris juxta aquam). Datum anno domini m cc xciiij v nonas Maji. [398

Original zu Wolfenbüttel mit zwei Siegeln.

1294 October 26. Die Ritter Sigfrid, Heinrich und Jordan Schadewalten (de Scadewolden) *verzichten auf alles Recht an den auf ihrer Wurt hinter dem Thurme von St Blaſien von Frau Eliſabeth, der Witwe des Ritters Hartneid Schlenkerdaus, errichteten und zu ihrem Seelenheil*

dem Stifte geſchenkten Gebäuden (in edificiis a domina Elyzabeth, relicta domini Harnith militis dicti Sclengerdus bone memorie, edificatis aree noſtre retro turrim eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswic ſite). Datum anno domini m° cc° xc° iiij° feria iij^a^ ante feſtum ſanctorum Symonis et Jude. [399

Aus dem Ordinarius St Blaſii zu Wolfenbüttel, Bl. 27'.

1294 October 27. Herzog Albrecht bekundet, daß er die inſerierte Urkunde ſeines Bruders Heinrich vom 29. Juni 1282 (No 313) und deren Beſtätigung durch ſeine übrigen Brüder vom 27. Juli deſſelben Jahres in Gegenwart ſeiner Ritter geſehen und legal (integras et inviolatas) *befunden hat. Unter den Zeugen* Ecbertus de cimiterio, Ludolfus Mattie, Conradus de Lubeke, Johannes de Luckenum, Conradus Holtnicker, Wedekindus de Ganderſem, Johannes de ſancto Paulo, Conſules, David Kronesben, Fredericus de Lochtendorpe, Harmannus Holtnicker, Harmannus Wulverammi. Datum anno domini m° cc° xciiij° in vigilia beatorum apoſtolorum Symonis et Jude. [400

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 1, gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 302.

1294 November 20. Herzog Albrecht eignet dem Marienſpitale eine Hufe zu Klein Dahlum.

Original mit Siegel im Stadtarchive. Rückvermerk des XIV Jahrh. de j manſo in parvo Dalum. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit. jurid. VIII, S. 2357.*

IN nomine domini amen. Albertus Dei gratia dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimul cum lapſu temporis a memoria hominum ſubtrahantur, expedit ſcripta fieri, que contineant ſeriem veritatis. Sciant igitur univerſi Chriſti fideles tam poſteri quam preſentes, quod nos de libero arbitrio ac maturo hominum noſtrorum conſilio manſum unum ſitum in parvo Dalem, quem dominus Ludolfus de Weverlinge a nobis tenuit juſto titulo pheûdali, dedimus cum jure proprietatis hoſpitali novo ſancte Marie in Bruneswich poſſidendum absque moleſtatione qualibet perpetuo libere et quiete. Hujus rei teſtes ſunt, qui preſentibus aderant, dominus Borchardus de Meynerſem nobilis, dominus Baldewinus prepoſitus ſancti Blaſii in Bruneswich, dominus Henricus de Werle, Olricus de Weverlinge, Ludolfus de Honloge, Johannes de Utteſſen, Bertoldus de Honloge notarius noſter et quam plures alii fide digni. Ut autem hec noſtra donatio rationabiliter facta rata et ſtabilis in poſterum perſeveret, preſentem literam inde conſcriptam ſuper eo dedimus ſigillo noſtro firmiter roboratam. Datum anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto in die beati Berewardi epiſcopi.

1294 December 9. Braunſchweig willigt in die Berufung vom Gerichte des Hauptmanns und der gemeinen Deutſchen im Hofe zu Nowgorod nach Lübeck. [402

Nach den Transſumpten des Kapitels, der Predigermönche und der Minoriten zu Lübeck auf der dortigen Treſe gedruckt im Lübecker Urk.-B. 1, S. 567 (559).

UNiverſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, Conſules ac univerſitas burgenſium in Bruneswich obſequioſam ad omnia voluntatem. Notum eſſe volumus et conſtare, quod honeſtis viris, amicis noſtris ſpecialibus burgenſibus Lubicenſis civitatis, in eo jure, quo ipſi et nos et univerſi mercatores in curia Nogardenſi ſueti et gaviſi ſunt hactenus, aſſiſtere volumus et adeſſe, videlicet ut, ſi aliquis mercator in eadem curia ſe in ſuo jure gravatum cognoſceret vel ſentiret, quod pro recuperacione ſui juris ad nullum alium locum niſi ad civitatem Lubicenſem reſpectum habere debeat et recurſum. In cujus rei evidens teſtimonium ſigillum noſtrum commune preſentibus duximus apponendum. Datum anno domini m° cc° xc° iiij° quinto ydus Decembris.

1294 December 13. Biſchof Volrad von Halberſtadt eignet dem Kloſter Riddagshauſen unter anderm zwei Hufen und zwei Wurten in Bodenſtedt (Bodenſtede), *die der Bürger Hermann Kämmerer* (Hermannus dictus Camerarius, civis in Bruneswich) *zu Lehn trägt.* Datum anno domini m° cc° xciiij° in die beate Lucie. [403

Original zu Wolfenbüttel.

(Um 1295.) Verzeichniß der Städte, die von dem Hofe zu Nowgorod nach Lübeck appellieren. [404

Nach einem Pergamentſtreifen zu Lübeck gedruckt im Lübecker Urk.-B. 1, S. 578.

ISte ſunt civitates, que ſolent et tenentur appellare a curia Neogardenſi ad civitatem Lubicenſem: Colonia, Tremonia, Padeburnen, Minda, Lymego, Lippia, Hervordia, Huxaria, Magdeborgh, Hallis, Brunswich, Goslaria, Hildenſem, Honovere, Luneborgh, Rozſtock, Straleſſund, Wismaria, Gripeswald, Kylo, Stadium, Riga, Dantzeke, Elbingho.

1295 Braunſchweig. Herzog Albrecht ſchenkt Herrn Gottfried, dem von ihm und ſeinem Bruder mit dem Bartholomäus-Altare zu St Blaſien belehnten Vikare, und all ſeinen Nachfolgern in dieſem Lehen zu ewigem Beſitz und freier Bebauung die Wurt an der Mauer des fürſtlichen Grashofes (aream ſitam juxta muros noſtri viridarii in Bruneswic), *auf der Gottfried*

zum Heil ſeiner Seele und mit des Herzogs Erlaubniß ein Haus gebaut hat, ſammt den anderen anliegenden Wurten. Datum in Bruneswic anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto. [405

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel an grünem Seidenſtrange. — Dieſelbe Schenkung bekundete am ſelben Tage Herzog Heinrich, deſſen Urkunde dieſer m. m. und bis auf die hier nicht in Betracht kommende Zeugenreihe gleichlautet (Original ebenda).

(1295—96) Braunſchweig. Johann Holtek, vordem biſchöflicher Vogt auf der Liebenburg, urkundet über Meierdingsverhandlungen zu Jerſtedt (Gerſtede) *und auf dem Kapitelhauſe des Domſtifts zu Goslar in Betreff eines Streites zwiſchen den Domherren und Frau Berthen v. Wierthe* (dictam Wireten) *um gewiſſe Grundſtücke.* Datum in Brunswich in preſencia domini Jo. viceplebani apud ſanctum Odelricum in Brunswich, preſentibus ſuis etiam capellanis, ſcilicet domino Conrado de Valberghe et domino Henrico de Goslaria, et Johanne dyacono dicto Cultellifice de Brunswich. [406

Original zu Goslar mit Siegel, gedruckt bei Bode, Urk.-B. der St. Goslar II, S. 491.

1295 Februar 22. Der Rath zu Lüneburg bekundet, daß der Rathmann Johannes Bertoldi an Propſt Friderich in Dambeck und den Prieſter Bernhard in Salzwedel eine Salzhebung verkauft, und wie die Käufer ſie dem Marienſpitale zu Braunſchweig gewidmet haben. [407

Original im Stadtarchive mit einer Siegeltrümmer, gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2353.

NOs Conſules civitatis Luneburch: Albertus Hollo, Johannes Bertoldi, Volcmarus de Arena, Thidericus de Hertesberge, Alradus de Schilſten, Nycolaus Puer, Otto Herwici, Syfridus Hoyke, Hermannus Albus, Sifridus de Eylbeke, Hartwicus de ſalina, Johannes Hudzenvlete, tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes, quod Johannes Bertoldi ſupradictus, burgenſis nobis dilectus, unanimi conſilio et conſenſu omnium legitimorum heredum ſuorum vendidit honorabili domino Frederico, prepoſito in Dambeke, et domino Bernardo, ſacerdoti in Saltwedele, dimidium chorum ſalis quolibet flumine in ſalina Luneburch in domo Honovere ad dextram manum, cum domus intratur, in ſartagine, que Gunchpanne volgariter nominatur, tollendum. quem videlicet dimidium chorum dicti dominus Fredericus prepoſitus et dominus Bernardus ſacerdos pari conſenſu Dei intuitu et cauſa devotionis dederunt novo hoſpitali in Brunswich conſtructum in honore ſancte Marie virginis ſub tali forma et conditione, quod predicti, videlicet dominus Fredericus prepoſitus et dominus Bernardus ſacerdos, tollant hunc dimidium chorum libere, quamdiu vixerint, et in uſus ſuos convertent. Uno autem prius

mortuo ipſorum ſuperſtes tollet hunc dimidium chorum integraliter excepto unico talento luneburgenſium denariorum, quod expendetur in anniverſario ipſius defuncti in hunc modum. Marca denariorum dabitur infirmis in eodem hoſpitali decumbentibus ad manus ipſorum et equaliter inter eos distribuetur. quatuor ſolidi de hoc talento reſidui dabuntur duobus ſacerdotibus ibidem divina celebrantibus, ut interſint vigiliis et miſſe defunctorum. Quando vero et alium ſuperſtitem mori contigerit, tunc etiam aliud talentum de predicto dimidio choro expendetur in anniverſario ipſius et distribuetur inter infirmos et duos ſacerdotes hoſpitalis ſecundum modum et formam in priori anniverſario prehabitam et ordinatam. Et hec fient ſingulis annis anniverſariis ipſorum perpetuis temporibus duratura. Ceterum de reſiduis proventibus ipſius dimidii chori jam ſepius nominati ementur due meſe allecium, que inter infirmos distribuentur in quadrageſima, et quicquid ſuperfuerit, cedet in communes uſus ipſius hoſpitalis. In hujus ordinationis evidentiam teſtimonii pleniorem preſentem literam ſigillo noſtre civitatis juſſimus inſigniri. Datum Luneburch anno domini m° cc° lxxxx° quinto in cathedra ſancti Petri.

1295 April 5. Ritter Alberich v. Burgdorf (de Borchdorpe) *ſchenkt dem Stifte St Georgii bei Goslar zum Seelenheile ſeines verſtorbenen Sohnes Alard zwei Wurten zu Werle, die 10 Schilling Pfennige zinſen, eine mitten im Dorfe, die andere beim Vorwerk ſeines Bruders. Unter braunſchw. den Zeugen* Egelingus juxta cimiterium, Widikindus de Gandersheim, burgenſes in Bruneswich. Datum anno gratie m° cc° xc° v° nonis Aprilis, indictione octava, concurrente quinto. [408

Original zu Hannover, gedruckt bei Bode, Urk.-B. der Stadt Goslar II, S. 483.

1295 April 7 Braunſchweig. Die Edeln Friderich und Walther v. Dorſtadt verkaufen und eignen den Sonderſiechen zu St Leonhard eine Hufe mit einem halben Hofe zu Steinem bei Leſſe. [409

Original im Stadtarchive, ſehr ſchöne Schrift auf Linien, mit zwei Siegeln, das erſte an gelbem, das andere an rothem Seidenſtrange.

IN nomine domini amen. Fredericus et Walterus fratres, Dei gratia nobiles de Dorſtat, omnibus in perpetuum. Ne actus temporales transeant cum tempore, expedit, ut ſcriptis autenticis et fide teſtium perhennentur. Notum igitur eſſe volumus et conſtare preſentibus et futuris, quod domui leproſorum ſancti Leonardi apud Bruneswich pro decem marcis puri argenti cum conſenſu omnium, quorum conſenſus fuerat requirendus, vendidimus et dimiſimus et in proprium dedimus cum omni jure et utilitate manſum unum cum dimidia curia in villa Stenem ſita apud Leſſe perpetuo poſſidendum, dictorum bonorum ipſi domui firmam warandiam preſtituri.

In hujus rei ſignum preſentem litteram noſtris ſigillis fecimus roborari. Teſtes hujus facti ſunt dominus Eckeligus et David Cronesben et Thidericus Thurigi et Johannes de Velſtede et Hermannus Holtniker et Hermannus de Ursleve, burgenſes in Bruneswich, et quam plures alii ſide digni. Datum Bruneswich anno domini milleſimo cc° xc° quinto in quinta feria infra octavam paſche, quando cantatur Victricem.

1295 April 22. Der Gemeine Rath befreit die Kleriker, die auf den Wurten des Blaſienſtiftes am Redingethor wohnen, gegen ein jährliches Averſum des Stifts von aller Stadtpflicht. [410

Original zu Wolfenbüttel mit dem Burgenſenſiegel an rothem Seidenſtrange, gedruckt in den Braunſchw. Hiſt. Händeln II, S. 270

NOs univerſitas Conſulum in Bruneswich recognoſcimus per preſentes publice proteſtantes, quod laici, quicunque fuerint, inhabitantes areas ſitas juxta portam, que dicitur vulgariter Redinghedor, pertinentes ad eccleſiam ſancti Blaſii tenebuntur ad eadem jura, ad que ceteri burgenſes noſtre civitatis tenentur. Clerici vero, ſi qui predictas areas inhabitaverint, erunt inmunes ab omni exactione et qualibet preſtacione, quos in ſua libertate promovebimus, ut tenemur. Canonici autem dicte eccleſie ſancti Blaſii preſtabunt quolibet anno duos ſolidos noſtre civitati pro omni eo, quod noſtra civitas poſſet petere ſeu requirere ab areis ſupradictis. Et ne ſuper predictis aliqua in poſterum ambiguitas oriatur, preſentem litteram noſtro ſigillo fecimus roborari. Acta ſunt hec anno domini m° cc° nonageſimo quinto decimo kalendas Maji.

1295 Juni 21. Ritter Ulrich v. Bahrum (de Barem) *ſchenkt dem Kreuzkloſter um Gottes willen alles Recht, das ihm von wegen ſeiner Mutter Mechtildis an den Gütern zu Weddelnſtedt* (Wethelemeſtede) *zuſtand. Zeugen* viri providi et honeſti, ſcilicet Echbertus aput cimitorium, Hermannus Holthniker, Conradus de domo, Alexander de ſeptem turribus, Thydericus Thoringi, Widekindus de Ganderſem, Heydenricus et frater Johannes de ſancto Paulo, Johannes Helie. Actum anno domini m° cc° lxxxx° v° in die Albani martiris. [411

Original zu Wolfenbüttel.

1295 Juni 23. Das Kloſter Stotterlingenburg verkauft dem Marienſpitale den Zehnt zu Wedesbüttel. [412

Original im Stadtarchive von derſelben Hand und äußerlichen Ausſtattung wie No 409, mit dem Siegel des Conventes an gelbem und dem des Propſtes an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. de decima

in Wedesbutle. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. VIII, S. 2354 und bei v. Schmidt Phiſeldeck, Urk. des Kl. Stotterlingenburg, S. 25, wo (Tafel I, 2 und II, 5) auch die Siegel abgebildet ſind.*

EUſtachius Dei gratia prepoſitus, Mechtildis abbatiſſa, Alheydis prioriſſa totusque conventus in Stoterlingeborg, omnibus in perpetuum. Acta ſolempniter delet oblivio, niſi litterarum et teſtium fulciantur habili firmamento. Sciant igitur preſentes et futuri temporis poſteritas, quod pro quinquaginta marcis puri argenti vendidimus et dimiſimus hoſpitali ſancte Marie in Bruneswich unanimi cum conſenſu totam et integram decimam in Wedelesbutle cum omni jure, proprietate et poſſeſſione in villa et in campo, quibus noſtra eccleſia ipſam usque in preſens multis annis poſſedit, libere perpetuo poſſidendam, nolentes litem vel controverſiam ipſi hoſpitali ſuper dicta decima aut parte ipſius ullo tempore inferre aut inferenti conſentire, ſed ipſam tam in proprietate quam in poſſeſſione dicto hoſpitali ab omni homine legitime defendere, auctorizare et disbrigare debemus et predictam venditionem ratam et firmam habere perpetuo et non contrafacere vel venire per nos vel ſucceſſores noſtros aut alium aliqua cauſa vel ingenio, de jure etiam vel de facto, renunciantes omni juri, quod habuimus in decima memorata. Et ut dicta venditio rata permaneat, preſens ſcriptum noſtris ſigillis duximus muniendum. Teſtes ſunt Johannes Helie, Conradus Holtnicker, Widekindus de Ganderſem, Johannes de Oldendorpe, burgenſes in Bruneswich, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m° cc° xc° v° in vigilia beati Johannis baptiſte.

1295 Juni 24. Vergleich des Rathes der Altenwik mit dem Marienſpitale. [413

Das Original fehlt, Abſchrift des XIV Jahrh. in einem Copiarius des Marienſpitals zu Wolfenbüttel.

NOtum ſit omnibus, quod honeſti viri domini Conſules Veteris vici in Brunswic volentes amputare omnem materiam rancoris, que poſſet emergi tempore procedente inter novum hoſpitale ſancte Marie et ipſos hinc et inde, accedente conſenſu dominorum Conſulum tocius civitatis et procuratorum ipſius hoſpitalis eſt conventum in hanc formam: quod dictum hoſpitale remiſit Conſulibus Veteris vici ſeptem ſolidos denariorum, quos annis ſingulis ſueverunt eis miniſtrare pro apris et tauris ad uſum pecoris conſervandis, ita tamen quod apros et tauros ipſum hoſpitale ad uſum pecoris Veteris vici neceſſarios in perpetuum conſervabit. In hujus reconpenſam idem Conſules remiſerunt dicto hoſpitali duas areas cum dimidia, in quibus ſita eſt capella beate Marie, et duas areas annexas allodio ejusdem hoſpitalis, in quibus habitaverat Helleveghere, ab omni debito liberas et inmunes adjecta hujusmodi conditione, quod, ſi ex proceſſu temporis dicte aree in domos habitabiles distinctas ab allodio converterentur, inhabi-

In der Handſchr. 27 noceſſariis 30 liberos

tantes de bonis ſuis et non de domibus neque de areis Conſulibus prefate civitatis debitum collecte et vigilie ſolvere tenerentur. Item curia tota, in qua ſita eſt cappella, gaudere debet privilegio emunitatis. ſet ſi alique perſone ipſam inhabitantes incuſande ſunt coram judicio ſeculari, citari poſſunt per bodellum ad preſentiam judicis, ita quod bodellus nuntiabit inhabitanti allodium, quod ipſe faciet reſcire reum, ut compareat tempore ſibi prefixo in preſentia judicis ſecularis ad obicienda, ut juris fuerit, reſponſurus. In allodio eciam eedem res et perſone poſſunt ſine pena eccleſiaſtica omnimodis per bodellum arreſtari. Item quidquid legatur eidem hoſpitali in domibus, areis aut penſione annua, quod fuerit ſubjectum jurisdictioni civitatis, hoc infra annum et ſex ebdomadas vendere tenebuntur, niſi poſſint retinere ad uſum ſuum de Conſulum illius civitatis gracia ſpeciali. Item centum et quinquaginta oves dictum hoſpitale poteſt continue ſine pena minare in paſcuis civitatis. Actum et datum anno domini m° cc° xc° quinto in feſto nativitatis beati Johannis baptiſte.

1295 Aug. 22. Herzog Albrecht von Braunſchweig urkundet über ſeine fruchtloſen Bemühungen, den Streit zwiſchen dem Domkapitel und dem Rathe zu Hildesheim um angebliche Gewaltthat der Bürgerſchaft auf der Domfreiheit zu ſchlichten. Anno domini ut ſupra die octava aſſumpcionis beate virginis dux Albertus de Brunswig ſe intromiſerat de facto dominorum Hildenſem et civitatis ejusdem et diverſas vias placitorum dictis burgenſibus in civitate Brunswig propoſuit, quarum nullam aput eos burgenſes poterat invenire. In cujus evidenciam idem dux receſſum conſcribi fecit et ſuo ſigillo ſigillari litteras que ſequuntur. Dei gracia nos Albertus dux de Brunswik . . . . Actum et datum Brunswik anno domini m° cc° xcv° in octava aſſumpcionis beate virginis, aſſiſtentibus nobis in conſiliis . . . Eckelino prope cimiterium, David Cronesben, burgenſibus Brunswicenſibus, qui eciam hujus rei ſunt teſtes. Has predictas literas Conſules publicari penitus inhibebant et ſermones fratrum deinceps in civitate fieri prohibebant.

Mit den Einleitungs- und Schlußvermerken aus dem Diplomatarium Hildeſemenſis capituli zu Hannover gedruckt bei Sudendorf, Urk.-B. 1, S. 83.

1295 September 22. Der Gemeine Rath urkundet über eine Altarſtiftung des Lübeckers Halto zu St Katharinen. [415

Original im Stadtarchive von derſelben Hand wie No 409 und 412, mit dem Burgenſenſiegel in Naturwachs und dem paraboliſchen Siegel des Pfarrherrn Nicolaus, aus der bekannten rothen Wachsmiſchung: im Bilde die heilige Katharina mit Schwert und Buch über einer Thorzinne; Umſchrift: ✠ S'·NICOLAI·PLEBANI·SCE·KATERINE. *Rückvermerk des xv Jahrh.* uppe iiij lb ſuncte Katerinen altar.

UNiverſitas Conſulum civitatis Bruneswich omnibus in perpetuum. Ferrum rubigine conſumitur et lapides deficiunt vetuſtate. multo fortius geſta hominum a memoriis laberentur, niſi ſcriptis autenticis et teſtibus ydoneis fulcirentur. Noverint igitur univerſi, quod honeſtus vir Halto, civis Lubicenſis, infra muros noſtre civitatis in eccleſia ſancte Katerine unum altare ex novo conſtruxit et dotavit brunswicenſium denariorum quatuor cum talentis ad honorem domini Jheſu Chriſti ac ejus beatiſſime genetricis necnon ad laudem glorioſe virginis Katerine. Quos denarios tollent Conſules Indaginis a domibus ſive areis ad hoc emptis a Haltone ſuperius memorato et plebano ſeu ejus vicario, qui vicem ejus geſſerit, ſi verus plebanus abeſſet, in feſto beati Mychaelis duo talenta et in feſto paſche duo ſingulis annis dabunt, et plebanus ſingulis diebus altare officiari faciet memoratum exceptis feſtivitatibus nativitatis, paſche, aſcenſionis, penthecoſtes et quatuor feſtis virginis et feſtis dedicationis et pontificis Nycolai, ita quod in qualibet ſeptimana ad idem altare dicantur de beata virgine duo miſſe et duo fidelibus pro defunctis ad ſalutem anime dicti Haltonis ſuorumque omnium propinquorum conditionibus hiis inſertis, ut, ſi plebanus, quod abſit, ordinationem iſtam ſervare penitus non curaret, Conſules, qui pro tempore in Indagine eſſent, idem altare officiari plenius procurarent per alium ſacerdotem, ita tamen, quod plebanus ejusdem altaris oblationibus non fraudetur. Miſſe vero, qui ad dictum altare ſunt dicende, infra conpulſationem matutinarum diebus ſingulis celebrentur tum pro ſervientibus, tum pro itinerantibus, tum pro victualia manuali opere querentibus vel labori neceſſario incumbentibus, ut audita miſſa redeant ad labores et infra miſſam orent devotius pro eisdem, qui hec fieri ſtatuerunt. Hujus ordinationis teſtes ſunt Conſules Indaginis tunc tempore: Conradus Stapel, Ludolfus Criſpus inſtitor, Jacobus de Meynem, Alexander de Mandere, Johannes Georgii, Conradus Kriſtiani, Rodolfus de Twelcken, Ludolfus de Velſtede, procuratores eccleſie ſancte Katerine, et plures alii fide digni. Ne autem devocionis hoc ſtatutum irritari valeat aut infringi vel etiam penitus retractari, preſens ſcriptum exſtitit conmunitum ſigillis civitatis et domini Nycolai, plebani eccleſie ſancte Katerine. Acta ſunt hec anno domini m° cc° xc° v° in die beati Mauricii et ſociorum ejus, martirum Thebeorum.

19 incumbente *Orig.*

1296. Acht Biſchöfe verheiſſen denen, die dem Marienſpital milde Handreichung leiſten und deſſen Kirche zu gewiſſen Feſtzeiten beſuchen, vierzigtägigen Ablaß. [416

Original im Stadtarchive mit acht paraboliſchen Siegeln aus rother Wachsmiſchung an rothgelben Seidenſträngen. Der Falte iſt mittels des pergamentenen Siegelbandes die Generalbeſtätigung Biſchof Volrads von Halberſtadt (No 364) aufgeheftet. Das Formular an No 117 anklingend.

UNiverſis ſancte matris ecclefie filiis, ad quos preſentes littere pervenerint, nos Dei gratia Andreas Lidenſis, frater Maurus Amelienſis, frater Franciscus Fanenſis, Salernus Theleſinus, Aymardus Luccrie, frater Azo Caſertanus, Cyprianus Bonenſis et Romanus Croenſis epiſcopi ſalutem in domino ſempiternam. Si juxta ſententiam ſapientis ſeminare debemus in terris, quod cum fructu multiplicato recolligere debeamus in celis, et licet ſecundum hoc omnibus indigentibus aperire teneamur viſcera karitatis, illis cum ſpecialius ac habundancius quodammodo gratiam libertatis exhibere debemus, qui, cum ſint pauperes ſpiritu, ſponte ſubeant onera paupertatis, ut pauperibus poſſint copioſius ſubvenire, quia, ut talibus habundent hoſpitibus, egent. Hoc vero, quamvis multi laudabiliter exequantur, illi tamen ſtudent laudabilius adimplere, qui hoſpitalitati vacantes non ſolum infirmos, ſet et egenos recipiunt atque trahunt. Cum igitur dilecti filii in Chriſto fratres eccleſie hoſpitalis nove domus ſancte Marie in Brunswich Halberſtadenſis dioceſis totis viribus elaborent et undique confluentium egenorum pariter et egrorum ſubvenire neceſſitatibus ſe exponant, univerſitatem veſtram monemus et hortamur in domino vobis in remiſſionem peccaminum injungentes, quatinus, ut cooperatores ſitis operum pietatis, accedentes ad vos eorum nuncios benigne recipere ac honeſte tractare curetis eis grata ſubſidia et pias elemoſinas conferentes, ut, quod eisdem contuleritis in terris, cum multiplicato fructu recipiatis in celis. Nos de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui prelibato hoſpitali manus ad hujusmodi piorum operum exercicia porrexerint adjutrices ſeu in extremis laborantes quicquam facultatum ſuarum legaverint, aut qui ad eccleſiam dicti hoſpitalis in feſtis ſubſcriptis, videlicet nativitatis domini, reſurrectionis, aſcenſionis et pentecoſtes, in quatuor feſtivitatibus glorioſe virginis Marie, ſancti Michaelis archangeli, ſanctorum Johannis baptiſte et ewangeliſte, beatorum Petri et Pauli apoſtolorum, beatorum Martini et Nicolay pontificum, beate Marie Magdalene, omnium ſanctorum vel patronorum ejusdem eccleſie et in anniverſariis dedicationis eccleſie memorate cauſa devocionis acceſſerint, quilibet noſtrum ſigillatur, quadraginta dies de injunctis ſibi penitentiis, dummodo conſenſus dioceſani ad id acceſſerit, miſericorditer in domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno domini m° cc° nonageſimo ſexto, pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno ſecundo.

1296 Januar 1. Der Rath bekundet, daß Konrad Holtnicker, Vorſteher des Marienſpitals, dieſem eine Hufe zu Kl. Dahlum unter Vorbehalt ſeiner Leibzucht geſchenkt hat. [417

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. de j manſo in minori Dalum.

NOs univerſi pro tempore Conſules in Bruneswich notum eſſe volumus et conſtare preſentibus munitis noſtre civitatis ſigillo, quod Conradus, proviſor hoſpitalis ſancte Marie in Bruneswich, eidem hoſpitali pro remedio anime ſue per ipſius pecuniam comparavit unum manſum ſitum in minori Dalem tam in poſſeſſione quam in proprietate a dicto hoſpitali perpetuo poſſidendum, ita tamen, quod ipſe Conradus omnes fructus et proventus dicti manſi percipiet ad tempora vite ſue. Hujus facti teſtes ſunt Johannes Helie, Conradus Holtnicker, procuratores ejusdem hoſpitalis, Widekindus de Ganderſem, Thidericus Thuringus, Conradus et Henricus Helie et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m° cc° xc° vj° in die circumciſionis domini.

1296 Februar 26 — December 13. Allerlei Theidung. [418

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt: Fortſetzung von No 381. — Der erſte Eintrag gedruckt 1, S. 41 in der Vorbemerkung zu No xxxiii.

(Bl. 6) DHat ſi allesweme witlec, dhat we borghere van Brunesw. dhor leflike bede uſes heren hertoghen Alberti unde uſer vrowen David dhen jûdhen, ſine husvrowen, ſine kindere unde ſweghere unde ir gheſinde hebbet untfanghen vortoſtande wedher jogewene vor beſchattinghe unde vor aller moyghet van twelften nu cumpt vordh over tvelf jar. Bi wizſcap dher meynheyt hebbe we dhit ghedan. Datum anno domini m° cc° xc° vj° dominica Oculi.[a]

Thideric hern Brunes hevet laten van aller claghe, vordherniſſe unde anſprake, dhe he hadde odher hebben mochte uppe dhat cloſter to ſente Meriendale.

(Bl. 6') Cum Johannes de Tzimmenſtede tenetur Willelmo Papen, filio Symonis Papen de Ghent, in c mr puri argenti, placitavit cum ſuo nuntio, quod ſingulis annis perſolvet ei in nativitate Johannis baptiſte x mr puri argenti, donec totum perſolverit. Hujus fidejuſſores ſunt David Cronesben, Fredhericus de Lochtendhorpe et Heyno de domo. Actum anno domini m° cc° xc° v° in purificacione beate Marie.[b] Hujus pecunie perſolvit x mr puri.

Johannes de Alvelde conparavit Winneken uxori ſue ad hoſpitale ſancte Marie v choros tritici et v choros ſiliginis ad tempora vite ſue, et propter hoc ipſa renuntiavit omnibus, que poſt mortem Johannis ad ipſam devolvi poſſent.

Johannes Bran, famulus domini Hannoti de Ghent, habens ad hoc plenum mandatum per litteras ſcabinorum de Ghent, recepit x mr pagamenti a Henrico de Berberghe et dimiſit eum ab omni actione liberum et ſolutum.

30 actioni *Handſchr.*

a 1296 Februar 26 *b 1295 Februar 2*

Cum Deno de ſancto Paulo tenetur Thiderico Dhorpere l mr puri argenti ponderis brunswicenſis, placitavit cum Johanne Lof, famulo ſuo, quod ſingulis annis dabit in feſto beati Michahelis vij mr puri argenti, donec totum ſolverit. ſet ultimo anno dabit viij mr. Et pro hoc cum ipſo promiſerunt Henricus de cimiterio, Jordanis Stapel, Al. Paulus, Roleko de Velſtede. Actum anno domini m° cc° xc° vj° in die undecim milium virginum.[a]

Relicta Roſekonis Perditi, Johannes, Bruno et Conradus filii ſui, Jutta et Alheydis filie ſue, renuntiaverunt omni juri, quod habuerunt in iiij manſis in Tidhe, tribus areis achtworde et juribus quibuslibet pertinentibus ad eosdem, dimittentes eos liberos eccleſie ſancte Crucis in Hildenſem. Pro Lutoldo autem inpubere, ut renuntiet eisdem bonis poſt annos pubertatis, promiſerunt dicti Johannes et ſui fratres et Henricus Perditus patruus eorundem. Datum anno domini m° cc° xc° vj° in die beate Lucie.[b]

Ghereko filius Stephani dimiſit Eggelingo Longo pro ſex marcis manſum in Tzicte. Set poteſt ipſum reemere pro ſex marcis ante feſtum beate Walburgis proximum, poſtea non poteſt reemere. Set ipſe et fratres ſui reſignabunt, quandocunque Eggelingus requiſierit. Et idem Ghe- *(Bl. 7)* reko in hujus manſi reconpenſam reſignabit fratribus ſuis, quando requiſierint, terciam partem dimidie decime in Tzicte.

Ghereko filius Stephani ad ordinacionem fratrum ſuorum renuntiavit omnibus bonis mobilibus et inmobilibus, que ei ceſſerant ex obitu patris ſui. Et dimiſit Conrado et Henrico Elie terciam partem curie apud templum[c] et quartam partem curie ante valvam Slavorum pro viij mr ½ fert. minus. quas partes poteſt reemere pro dicta pecunia ante feſtum beate Walburgis proxime futurum, et poſtea non poteſt reemere.

2 Michehel. *Handſchr.*

a 1296 October 21 b December 13 c vgl. No 420

1296 April 1 Braunſchweig. Herzog Heinrich ſchenkt dem Prieſter der Johanniskapelle unter dem Gerhauſe zu St Blaſien (que eſt ſub armario eccleſie ſancti Blaſii) *zwei Wurten am Burgthor gen der Mühle* (duas areas ſitas ſub valva urbis ejusdem verſus molendinum). Datum Brunswic anno domini m° cc° xcvj° dominica Quaſimodogeniti. [419

Aus dem Ordinarius St Blaſii zu Wolfenbüttel, Bl. 34'. Eine weſentlich gleichlautende Urkunde Herzog Albrechts d. d. Brunswic a. d. m° cc° xcvj° in die quatuor coronatorum *(November 8) ebd. Bl. 35.*

1296 April 8. Herzog Albrecht verkauft dem Marienſpitale ſeine Vogtei und all ſeine Gerechtſame an den Gütern des Blaſienſtifts zu Veltheim. [420

Original im Stadtarchive von der Hand und äußern Ausſtattung wie No 409, 412 u. 415. Rückvermerk des xiv Jahrh. de curia in Velthen. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. viii, S. 2355.*

DEi gratia Albertus dux de Bruneswich omnibus in perpetuum. Ne facta hominum labantur a memoria, expedit ea ſcriptis et teſtibus perhennari. Hinc eſt, quod omnibus Chriſti fidelibus volumus eſſe notum, quod nos acceptis quindecim marcis puri argenti cum conſenſu heredum noſtrorum hoſpitali ſancte Marie in Bruneswich advocatiam et omne jus, quod habuimus in Velten in bonis eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich, in villa et in campo, in paſcuis, pratis, ſilvis, paludibus et univerſaliter omne jus et advocatiam dictorum bonorum, ut usque in preſens habuimus, in perpetuum dedimus libere perpetuo poſſidenda. Ut autem hoc noſtrum factum nullius calumpnia irritare valeat, preſentem litteram noſtro ſigillo duximus muniendam. Teſtes ſunt Balduinus, prepoſitus ſancti Blaſii in Bruneswich Bertoldus de Honlaghe, canonicus eccleſie ejusdem, Ludolfus de Weverlinge, Jordanus et Jordanus de Campe, Ludolfus de Honlage, Henricus de Werle, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Bruneswic anno domini m° cc° xc° vj° dominica, qua cantatur Miſericordia domini.

1296 Mai 14. Herzog Albrecht verpfändet dem Rathe für 350 l. Mark all ſeine Hebungen ***und Zinſe in der Stadt.*** [421

I, S. 17.

1296 Juni 28 Lüneburg. Herzog Otto bekundet, daß Heinrich v. Vallſtedt anderthalb Scheffel Salzhebung im Hauſe Deying zu Lüneburg, die er käuflich von ihm erworben hatte, mit ſeiner Zuſtimmung den Brüdern Stapel überlaſſen hat [422

Original im Stadtarchive, das Siegel an rothem Seidenſtrange.

DEi gratia nos Ottho, dux de Bruneswich et Luneburg, recognoſcimus litteras noſtras per preſentes publice proteſtando, quod Hinricus de Velſtede, civis nobis dilectus in Bruneswich, habet unum chorum ſalis cum dimidio, quos ſibi et ſuis veris heredibus de conſenſu ſororum noſtrarum quolibet flumine percipiendos vendidimus in ſalina Luneburg ſitos in tota domo Deyinghe pro centum et duodecim marcis cum dimidia marca puri argenti. In quorum poſſeſſionem cum omni jure, quo nos a patre noſtro dilecto, domino Johanne duce felicis memorie, poſſedimus ipſa bona, introduximus ipſum jure hereditario perpetuo poſſidenda ſicut eciam adjecimus in contractu eorundem bonorum, quod, ſi nos cum illuſtribus principibus ducibus de Bruneswich ſeu alias cum quibuscunque gwerram vel diſcordiam, quod abſit, inire conti-

24 habet *fehlt im Orig.*

gerit, nullum impedimentum a nobis et a noſtris heredibus occaſione hujus gwerre vel discordie ſustinebit, ſet proventus predictorum bonorum tempore ſibi congruo colliget expedite. Eodem modo eodemque jure per omnia dictus Hinricus de Velſtede de noſtra ratihabitione et conſilio necnon et omnium legitimorum heredum ſuorum conſilio et conſenſu vendidit eadem bona Hermanno, Conrado et Hinrico fratribus dictis Stapel, civibus nobis dilectis in Bruneswich, ac eorum veris heredibus jure hereditario perpetuo poſſidenda. Hujus rei teſtes ſunt dominus Ekhardus, ſcriptor noſter, Thidericus de Monte, Ghevehardus de Monte, Heynricus de Zwerin, Georgius longus de Hidzakere et Wernerus de Medinghe, milites, et plures alii fide digni. Nos igitur volentes memoratis fratribus Hermanno, Conrado et Hinrico dictis Stapel et eorum veris heredibus premiſſa inviolabiliter obſervari non ſolum a nobis, verum eciam a noſtris heredibus, preſentem litteram ſepedictis fratribus Hermanno, Conrado et Hinrico et ipſorum juſtis heredibus ſigillo noſtro dedimus inſignitam. Datum Luneburg anno domini m° cc° lxxxx ſexto in vigilia apoſtolorum Petri et Pauli.

1296 Auguſt 13 Braunſchweig. Herzog Albrecht eignet dem Aegidienkloſter vier Hufen in Weſt-Vahlberg (Weſterſten Valeberghe), *die Graf Heinrich v. Woldenberg ihm reſigniert hat. Unter den Zeugen* Egelingus prope cimiterium, David Kronesben, Thidericus Thuringhus, Johannes Felix, burgenſes. Datum Bruneswic anno domini m° cc° nonageſimo ſexto idus Auguſti. [423

Original zu Wolfenbüttel.

1296 October 22. Herzog Albrecht verbündet ſich mit der Stadt gegen ſeinen Bruder Herzog ***Heinrich.*** [424

1, S. 18 Facſimile unter den Urkunden aus dem Stadtarchive zu Br. (ſ. No 1)

1297 ***Allerlei Theidung.*** [425

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. Fortſetzung von No 418.

EGidius dhe cleric, dhe en bode was hern Janes dhes alden van der Putten, dhe hevet ledhich ghelaten van dhes ſilven Janes weghene Ludeken Durighe vor dheme Rade al dhe ſchult, dhe Ludeke dheme ſilven Jane ſchuldech was. Actum anno domini m° cc° xc° vij. *(Bl. 7)*

Johannes, Tiderici ſone van Lenepe, dhe hevet dheme Rade ghelovet, dhat he ſinen brodheren mededelen ſchole ſo wat he erer ſchult innemanen mach in dheme lande to Ungeren. Dhes

hevet eme de Rat enen bedebref ghegheven to dheme biſchope dhes landes. Actum anno domini m° cc° xc° vij° poſt paſca.[a]

Allexander de vij turribus aſſignavit ſex filiabus ſuis clauſtralibus vj tal. ad tempora vite ſue, ita quod quelibet tollet unum tal. Que autem ipſarum moritur, illius talentum cedet veris heredibus. Si autem cenſus iſte deterioraretur in proceſſu temporis, ſemper cuilibet viventi dabitur unum talentum annis ſingulis. Hec ſunt nomina filiarum: in Monte curſorum Sophia, Margareta, Adelheydis. in Winhuſen Elizabet et Johanna. in Stederborch Margareta. Iſte eſt cenſus: ante Altam valvam in domo marca. in Aurea platea talentum. in Clivo ½ mr. verſus domum Johannis de Alvelde ij tal. apud Suthmolen tal.

Margareta uxor Henrici de Guſtede habebat uſufructum iiij manſorum in Bekem. et coram (Bl. 7') nobis renun|ciavit omni juri, quod habebat in duobus manſis ex illis iiij, qui duo manſi pertinent Brunoni de Guſtede, ita quod nec Heyno nec uxor ſua ullam actionem debent aut poterunt habere in illos, ſet illi duo manſi ſunt Brunonis liberi et ſoluti.

Mathias de Hildenſem tenebatur domino Johanni de Puteo ſeniori c et l mr pagamenti, quas Wasmodus integraliter perſolvit ad uſum ipſius domini Johannis Egidio clerico ſuo. Item Johannes de Uredhe tenebatur eidem domino Johanni c et xl mr pagamenti, quas contraxerat Wasmodus et Johannes. illas idem Johannes perſolvit dicto Egidio ad uſum domini Johannis. Iſta confeſſus eſt prefatus Egidius coram nobis.

Dominus Ghiſeco de Wildenſtene nomine eccleſie ſancti Matthie in Goslaria Nicolaum de Tſimmenſtede coram nobis ab omni exactione, quam in eum habere poſſet, dimiſit liberum et ſolutum.

15 Wasmodus *Handſchr.* 'Mathias'

a *April 14*

1297 Januar 1 Braunſchweig. Herzog Albrecht eignet den Brüdern vom Deutſchen Hauſe den Stephanshof beim Tempelhofe. [426

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel fehlt. — Vgl. S. 202 Z. 18 ff.

IN nomine ſancte et individue trinitatis amen. Dei gratia Albertus dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimul cum lapſu temporis a memoria hominum ſubtrahantur, expedit ſcripta fieri, que contineant ſeriem veritatis. Sciant igitur univerſi Chriſti fideles tam poſteri quam preſentes, quod nos una cum conſenſu heredum noſtrorum habitorum et habendorum ad petitionem domini Ludolfi de Honlaghe, fidelis noſtri, pro-

prietatem curie Stephani ſite in civitate Bruneswich juxta curiam fratrum de Templo, quam dictus Ludolfus a nobis in pheodo tenuit, cum omni jure et fructu dedimus et donavimus fratribus domus Teutunice poſſidendam absque inpedimento quolibet perpetue, libere et quiete. Hujus rei teſtes ſunt honorabilis vir Baldwinus prepoſitus ſancti Blaſii in Bruneswich, Baldwinus theſaurarius ibidem, Fredericus de Ampeleve, Bertrammus de Veltem, milites, Eckebertus de cimiterio, David Kronesben, Alexander de ſeptem turribus, Eckelinghus Longus, burgenſes, et quam plures alii fide digni. Ut autem hec noſtra proprietatis donatio rata et ſtabilis perſeveret, preſentem literam inde confectam ſuper eo dedimus ſigillo noſtro firmiter roboratam. Datum Bruneswich per manum Bertoldi de Honlaghe, notarii noſtri, anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo vij° in die beati Magni martiris.

1297 Juli 16. Die Edeln Friderich und Walther v. Dorſtadt geloben, den halben Zehnt zu Oſterbiewende zu Behuf des Marienſpitales dem Biſchof von Halberſtadt aufzuſenden [427

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln. Rückvermerk des xiv Jahrh de dimidia decima in Oſterbivenden.

BAldewinus, plebanus eccleſie ſancte Katerine in Bruneswic, omnibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, ſalutem in domino. Notum eſſe cupio tam preſentibus quam futuris, quod bona deliberatione prehabita plene et expreſſe conſenſi et preſentibus conſentio ad omnia et ſingula in hac preſenti littera conſcripta, cujus eſt tenor talis. In nomine ſancte et individue trinitatis Hermannus Stapel, Johannes Georgii, Ludolfus Criſpus inſtitor, Ludolfus Petri, Jacobus de Meynem, Hermannus et Hillebrandus Stephani, Henricus de Scepenſtede, pro tempore Conſules Indaginis civitatis Bruneswic, omnibus in perpetuum. Notum eſſe volumus univerſis, quod quidam burgenſes noſtri futurorum providi, volentes diem meſſionis eterne piis elemoſinis prevenire, cum quadam pecunie ſumma in utilitatem noſtre civitatis converſa conparaverunt a nobis ſex talentorum redditus bonorum uſualium bruneswicenſium denariorum, videlicet Stephanus quondam filius domini Gerardi Stapel tria talenta, Conradus famulus domini Baldewini theſaurarii ſancti Blaſii unum, Johannes de Vervehove unum, Thidericus de

Im Orig. 30 Veruhove

Lutthere dimidiam marcam ad xiiij ſolidos conputandam et Lambertus Rufus ſex ſolidos, ad dotandum et in dotem ac nomine dotis altaris de novo fundati in auſtrali parte eccleſie ſancte Katerine noſtre civitatis, quorum tria dabimus in feſto paſche et tria in feſto ſancti Michahelis plebano eccleſie ſancte Katerine predicte vel gerenti vices ejus ibidem de cenſu et perpetuis redditibus ad Indaginem pertinentibus et Conſulibus Indaginis noſtre civitatis. De quibus triginta ſolidos dabit annuatim ydoneo ſacerdoti, quem etiam tenebit in expenſis, qui, niſi infirmetur, ſingulis diebus ad predictum altare unam miſſam celebrabit, cum priores miſſe fuerint celebrate. Preterea Conradus predictus conparavit a nobis unum talentum, et discretus vir Halto, civis Lubicenſis, decem ſolidos, et domina Alheydis, relicta Ludolfi Stamp, decem ſolidos etiam de cenſu et perpetuis redditibus Indaginis ſingulis annis danda nomine dotis altaris, quod jam dictus Halto prius in eccleſia noſtra predicta fundaverat et dotaverat quatuor cum talentis, que etiam dare tenemur plebano vel ejus vicario in predictis feſtis de quibusdam domibus et areis ad hoc per eundem Haltonem ſepedictum conparatis. Pro quibus etiam ſex talentis plebanus vel ejus vicarius cum triginta ſolidis conveniet et tenebit alium ſacerdotem, qui etiam ad hujusmodi altare ſingulis diebus, niſi infirmetur, infra compulſationem matutinarum unam miſſam celebrabit, ut negotiatores et mechanici, viatores et mendici hac miſſa maturius audita efficatius conſequantur proſperitatem et ſalutem vite preſentis et eterne. Hos autem duos ſacerdotes plebanus vel ejus vicarius ſervabit ad dicendum duas miſſas ad altaria ſupradicta, ita tamen, quod tres alie miſſe conſuete nichilominus dicantur, ſicut prius dicebantur. Hii etiam duo ſacerdotes in omnibus et ad omnia plebano vel ejus vicario obedient et deſervient ſicut ſui capellani, excepto quod non ſedebunt ad vigilias in choro et quod non viſitabunt infirmos. Si vero plebanus vel ejus vicarius dictos duos ſacerdotes in expenſis ſuis ſervare noluerit, tamen eos conveniet et conducet. Et cum ſibi non conveniunt, eos libere mutabit et dimittet. Si autem, quod abſit, eos ſervare vel conducere noluerit, tunc nos et ſucceſſores noſtri cum predictis duodecim talentis, ne devotio bonorum hominum predictorum fruſtretur effectu, ubicunque alias elegerimus et voluerimus, ſine cujuslibet contradictione duas miſſas ſingulis diebus procurabimus celebrari, quousque plebanus dicte noſtre eccleſie vel ejus vicarius duos ydoneos ſacerdotes ſervare decreverit ad officiandum duo altaria ſupradicta temporibus et modis ſupradictis. Obligamus igitur nos preſentibus et ſucceſſores noſtros ad dandum plebano eccleſie noſtre ſepedicte vel ejus vicario predicta duodecim talenta in predictis feſtis, renuntiantes omnibus exceptionibus et beneficiis juris canonici et civilis, quibus eorum debita datio poſſet differri vel penitus retractari. Ut autem hec omnia et ſingula cum conſenſu omnium, quorum intererat, mature facta noſtris ſucceſſoribus innoteſcant et apud eos ſervatis predictis conditionibus perpetuo rata permaneant, preſentem litteram munimine ſigilli noſtre civi-

tatis fecimus conmuniri. Teſtes etiam ſunt Hermannus Holtnicker, Thidericus Doring, Johannes Felix, pro tempore Conſules Antique civitatis, Heydeco de Borchwede, Albertus de Peyna, Conſules Nove civitatis, et plures alii tam clerici quam laici fide digni. Datum Bruneswic anno domini milleſimo tricenteſimo in vigilia omnium ſanctorum. Volens igitur, ut omnia et ſingula premiſſa apud me et ſucceſſores meos perpetuo rata permaneant et inconvulſa, ſigillum meum una cum ſigillo civitatis predicte duxi preſentibus apponendum. Actum loco, anno et die ſupradicto.

1301 Februar 18. Ritter Ludolf v. Bortfeld (de Bortfelde) *und ſein Bruder Gebhard, Söhne weiland Ritter Gebhards des langen, eignen dem Blaſienſtifte für 8 Mark ſieben Hufen zu Köchingen* (Kochinge), *die es von dem Bürger* (burgenſe) *Hermann v. Uehrsleben* (de Ursleve) *gekauft und dieſer mit Heiſen, dem Sohne ſeines Oheims, ihnen aufgeſandt hat. Unter den Zeugen* Johannes Felix, Johannes de Velſtede, Echelingus junior prope cymiterium, burgenſes in Bruneswic. Datum anno domini milleſimo tricenteſimo primo xij kal. Marcii. [471

Original zu Wolfenbuttel, gedruckt im Aſſeburger Urk.-B. II, S. 15.

1301 März 26. Sigfrid v. Alten, Pfarrer zu St Martini, bekundet, daß die Salmannen Dietrichs von der Treppen und ſeiner Frau fünf Hufen, einen Hof und drei Wurten zu Salzdahlum dem nördlichen Altar ſeiner Kirche gewidmet haben, und verpflichtet ſich auf die dieſer Stiftung halber getroffenen Anordnungen. [472

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. littera plebani ſancti Martini ſuper altare ſupra ſacrarium.

IN nomine domini amen. Nos Syfridus de Alten, canonicus eccleſie ſancti Blaſii in Brunesw., rector eccleſie ſancti Martini ibidem, recognoſcimus publice per preſentes, quod Wedego de Velſtede, David Kronesben, Hillebrandus Eleri, Henricus de Ursleve, ſalemanni Thiderici van der treppen et Alheydis uxoris ſue, civium quondam in Brunesw., ordinaverunt quinque manſos ſitos in campis ville Soltdalem cum una curia ſita in auſtrali parte in occidentali villa Soltdalem et tres areas ibidem ad eosdem manſos pertinentes cum omnibus eciam aliis eorum pertinentiis ac fructibus, et dotaverunt altare conſtructum in ſeptentrionali parte in eccleſia noſtra ſancti Martini in Brunesw. ſupra ſacrarium ſeu veſtibulum, ſub conditionibus infraſcriptis, quod nos aut gerens vices noſtras et ſucceſſores noſtri debemus conducere et tenere in expenſis noſtris ſpecialem et ydoneum ſacerdotem, qui in faciendis ac dimittendis voluntati noſtre ſe con-

Im Orig. 24 manſos *wiederholt*

formet ſicut alii noſtri capellani. Debet eciam idem ſacerdos ſe conformare Conſulibus Antique civitatis Brunesw. in omnibus licitis et honeſtis, ut per eum aut per alium una miſſa ad altare ſupradictum diebus ſingulis perpetuis temporibus obſervetur. Item de cenſu predictarum trium arearum debemus nos et ſucceſſores noſtri ad idem altare luminare et vinum diebus ſingulis miniſtrare. Si vero nos aut gerens vices noſtras vel ſucceſſores noſtri non faceremus unam miſſam ad dictum altare ſingulis diebus celebrare, vel ſi luminare et vinum ad jam dictum altare diebus ſingulis non daremus, aut ſi nos vel quicunque alius vellemus de eodem altari facere beneficium ſpeciale vel aliquid pro noſtra voluntate de eorundem bonorum proventibus ordinare, extunc Conſules Antique civitatis ipſo plebano vel ejus vices gerente irrequiſitis et irrequirendis tollent eosdem proventus et cum ipſis procurabunt alias, ubicunque voluerint, ſingulis diebus dici unam miſſam, donec nos vel gerens vices noſtras et noſtri ſucceſſores procuremus, quod una miſſa ſingulis diebus in altari celebretur et luminare et vinum detur ſecundum formam ſuperius prenotatam. Nos igitur piam et devotam ordinationem ſive donationem predictorum quinque manſorum et arearum cum omnibus eorundem pertinenciis ac proventibus rationabilem et laudabilem judicantes ipſam omnesque ac ſingulas conditiones preſcriptas pro nobis ac noſtris ſucceſſoribus acceptamus et easdem, prout noſtra intereſt, in Dei nomine ratificamus et volumus ipſas inviolabiliter obſervare. Preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo noſtro duximus patenter roborandam. Teſtes ſunt honorabiles viri, ſcilicet Engelbertus, noſtre eccleſie decanus, Reymboldus, ſcolaſticus et plebanus eccleſie ſancte Katerine, magiſter Bruno, noſter concanonicus et plebanus eccleſie ſancti Andree, Borchardus et Harbertus de Cramme, noſtri concanonici, Johannes dictus de Luneborch, rector capelle ſancti Jacobi, Conradus, plebanus in Runinghe, et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno domini m° ccc° primo in craſtino annunciationis beate Marie virginis.

1301 April 11 Braunſchweig. Ritter Balduin und die Knappen Ludolf und Georg v. Wenden verkaufen mit Zuſtimmung ihrer Mutter Gertrud, ihrer Schweſtern — Berthens, Ritter Wilbrands v. Reden, Margarethens, Ritter Andreas' v. Hedershauſen (de Hedershuſen), *Gertrudens, Ritter Jordans v. Campe, Lutgardens, Ritter Johanns v. Uetze* (de Utteſſe) *Hausfrauen — und ihres Bruders, des Scholaren Heinrich, dem Kreuzkloſter für 24 Mark geprüften Silbers Eigenthum und Herrſchaft an fünf Hufen und vier Wurten zu Rethen* (Rethene), *die Hermann Engelhardi* (Eggelardi), *Heinrichs Sohn, von ihnen zu Lehen getragen hatte, ſowie an dem Sonderholze* (ſilve, que vulgariter Sunder appellatur). *Auch für ſeine Frau Jutta leiſtet Ritter Balduin auf dieſe Güter Verzicht. Zeugen* Ecbertus de cimiterio, Hermannus Holtnicker, Alexander de ſep-

tem turribus, Thidericus dictus Turingus, Conradus et Hinricus Elie, Hermannus de Ursleve, Hinricus et Conradus de domo, Hinricus et Albertus de ſancto Paulo, Johannes de Lukenem, cives in Bruneswich. Datum in Bruneswich anno domini m° ccc° primo feria tercia poſt dominicam Quaſi modo geniti. 473

Original zu Wolfenbüttel.

1301 April 28. Ritter Balduin v. Wenden eignet dem Kloſter Riddagshauſen für 23 Pfund braunſchw. Pfennige, um ſich und ſeinen Nachkommen dort ein geſegnetes Gedächtniß zu ſtiften, die Mühle zu Eylersbüttel (Eylerdesbutle) *ſammt aller Zubehör an Wieſen, Weiden, Holzung und Fiſcherei und mit dem Verſprechen, dem Kloſtermüller zu Behuf der nothwendigen Bauten das Recht des Holzſchlags im Walde* Heynguede *zu verſchaffen. Unter den Zeugen* Conradus et Hermannus cognomento Stapel, Hermannus Wlframmi, Johannes de Velſtede, Johannes retro macellum, Hildebrandus de Luckenem, cives et Conſules Brunswicenſes. Datum anno domini m° ccc° primo iiij kal. Maji. [474

Original zu Wolfenbüttel.

1301 Juni 13. Propſt Johannes, Priorin Mechtild und Convent zu Steterburg bekunden, daß weiland Herr Ludolf, der Sohn Ritter Martins v. Broitzen (de Brotzem), *und der Küchenmeiſter Hildebrand, in Anbetracht, daß des Kloſters Krankenhaus* (infirmaria) *noch gänzlich unbewidmet iſt und alſo in Wahrheit nur dem Namen nach beſteht, eine Hufe zu Linden* (Lindum), *drei zu Geitelde* (Getledhe) *und vier zu Beddingen* (Beddinghe) *gekauft haben, von deren Aufkünften die Krankenmeiſterin* (domina, que prefuerit infirmarie) *ein Zehntel an ſich nehmen und davon zwei Schilling — je einen auf Herrn Ludolfs und des Küchenmeiſters Jahrzeit — zur Seeltröſtung aller verſtorbenen Gläubigen für Wachs und Almoſen, den Reſt zu Behuf der kranken Kloſterjungfrauen verwenden, hingegen die übrigen neun Zehntel unter alle Kloſterjungfrauen gleichmäßig vertheilt werden ſollen.* Datum anno domini m° ccc° primo idus Junii. [475

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 259 — Biſchof Sigfrid von Hildesheim beſtätigt dieſe Anordnungen 1302 März 29 (iiij kal. Aprilis: *ebd. S. 260).*

1301 Juli 4. Graf Gerhard der ältere von Hallermund entbindet die Bürger von Braunſchweig der ihm, ſeiner Schweſter und ſeinen Oheimen, den Brüdern v. d. Aſſeburg, gethanen Gelöbniſſe, ſowie aller Anſprüche wegen Zerſtörung der Burg Weferlingen und aller ſonſtigen Schäden. [476

Original im Stadtarchive mit Siegel: Rückvermerk des xiv Jahrh. Comitis de Halremunt de caſtro Weverlige. *Gedruckt im Aſſeburger Urk.-B. ii, S. 16.*

Nos Dei gracia Gerhardus ſenior comes de Halremunt recognoſcimus noſtras litteras per patentes, quod burgenſes civitatis Brunesw. de promiſſo nobis facto noſtreque dilecte ſorori necnon avunculis noſtris fratribus dictis de Aſſeborch, pariter de repreſentatione caſtri Weverlige et omnium aliarum rerum, quas ipſis preſentavimus caſtro cum eodem, eciam de deſtructione ejusdem caſtri reliquisque dampnis quibuscunque conmuniter dimittimus liberos et ſolutos, ceſſantes de qualibet inpetitione in ſingulis partibus premiſſis contra burgenſes emergente. Eciam conpoſitionem et ſonam initam cum predictis ratam obſervandam et inconvulſam ac nullam inpetitionem umquam burgenſibus de predictis faciendam preſentibus proteſtamur munimine noſtri ſigilli roboratis. Datum anno domini m° ccc° primo in die beati Odhelrici epiſchopi.

1301 November 17. Abt Dietrich und das Aegidienkloſter ertauſchen von dem Cyriacusſtifte gegen eine halbe Hufe zu Groß-Schmedenſtedt (in majori Smedhenſtede), *die Dietrich und Wikburg, Kinder weiland Dietrich Haupts* (Hovet) *von ihnen zu Lehen trugen, eine Hufe zu Rautheim* (Rothne), *die Hildebrand Lange* (Longus) *dem Stifte aufgeſandt hat.* Datum anno domini m° ccc° primo quintodecimo kal. Decembris. [477

Original zu Wolfenbüttel.

1301 December 11. Die Brüder Ritter Heinrich und Balduin v. Wenden verkaufen dem Kloſter Riddagshauſen Zins und Eigenthum der Vogtei über eine Hufe zu Rautheim, die mehre Jahre lang Hildebrand Lange beſaß (cenſum et proprietatem advocatie unius manſi in Rothne, quem Hildebrandus cognomento Longus per plures annos poſſederat). Datum anno domini m° ccc° primo iij° ydus Decembris. [478

Original zu Wolfenbuttel.

1301 December 29 Braunſchweig. Die Brüder Dietrich und Heinrich v. Blekenſtedt, Bürger (cives) *in Braunſchweig, verkaufen dem Kloſter Steterburg für 30 Mark zwei Hufen zu* Stedere *mit aller Zubehör. Zeugen* magiſter Henricus Holtnicker, Hermannus Holtnicker, Hermannus de Ursleve, Johannes et Henricus de Velſtede. Acta ſunt coram Conſulibus civitatis Brunswicenſis anno domini m° ccc° j° in die beati Thome Cantuarienſis archiepiſcopi. [479

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 253. — Das Eigenthum dieſer Güter ſtand dem Propſt und Capitel in Einbeck zu und wurde in deren Namen 1302 Januar 6 (viij idus Januarii) *dem Kloſter Steterburg von Herzog Heinrich (dem Wunderlichen von Grubenhagen) übertragen: ebd. S. 258.*

(Um 1302?) Erenfrid, Johannitercomtur zu Braunschweig, bekundet, daß er den Meier seines Hauses zu Vechelde schuldig erkannt hat, dem Marienspitale auf kommende Michaelis zwei Pfund Pfennige und drei Scheffel Roggen zu entrichten. [480

Original im Stadtarchive mit Siegel.

NOs Erenfridus, commendator fratrum hospitalium sancti Johannis in Brunswic, recognoscimus ac tenore presentium pupplice protestamur, quod noster villicus in Veclede duo talenta ac tres choros siliginis tenetur persolvere C. procuratori hospitalis sancte Marie virginis in Brunswic, pro quibus ipsum in nostra presentia incusavit. Que debita supradicto procuratori promisit persolvere in festo sancti Michahelis proximo nunc venturo omni dubio procul moto, hiis eciam interpositis, quod, si non persolveret tempore prefato, nos vel quicunque vices commendatoris fratrum sancti Johannis gerens fuerit in Brunswic, prefato procuratori hospitalis pandationem de bonis predicti villici pro jam dictis debitis absque ullo gravamine condignam ordinabit omnibus pretermissis. In hujus rei evidentiam presentem litteram sigillo nostro fecimus sigillari.

1302. Friderich Koppersmet stiftet seine Jahrzeit zu St Andreä. [481

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln.

IN nomine domini amen. Ego Fridericus dictus Cuprifaber condens testamentum ita ordino et dispono, ut, si inter festum pasche et sancti Michahelis me mori contingat, anniversarius meus cum anniversario uxoris mee quondam Alheydis, qui occurrit in diem Marcellini et Petri, si vero inter festum beati Michahelis et sequens pascharum moriar, extunc cum anniversario Hermanni quondam filii mei, qui occurrit in diem Helene regine, quod est vj ydus Februarii, peragetur, ita quod quolibet istorum dierum omnium nostrum trium memoria celebretur. Do etiam et lego pro remedio animarum nostrarum plebano sancti Andree et sociis suis duos solidos, ita quod in quolibet dictorum anniversariorum unum percipiant annuatim, item ad luminaria ante crucem unum solidum, item ad candelas angelorum unum solidum, item pro sale diebus dominicis consecrando unum solidum, item campanario, ut circa premissa sollicitus et promptus existat, similiter unum solidum annis singulis et perpetuis temporibus per procuratores dicte ecclesie, sancti Andree videlicet, ministrandos. Ego quoque Jordanus rector ecclesie prefate, qui hujusmodi testamento interfui et ipsum propriis manibus conscripsi, sigillum meum huic carte apposui a predicto Frederico rogatus. Et ego Fridericus meum similiter apposui ad cautelam. Anno domini m° ccc° secundo.

1302. Die v. Esbeck (de Esbeke), *Ritter Ludolf und seine Neffen Erich, Lippold und Friderich, weiland Herrn Erichs, sowie Friderich und Erich, weiland Herrn Friderichs Söhne, an Herzog Albrecht: resignieren zu Gunsten des Klosters Riddagshausen zwei zehntfreie* (indecimales) *Hufen und eine Wurt zu Cremlingen* (Cremlinge), *die von ihnen Berthold Vilter zu Braunschweig* (Bartoldus civis in Brunswik cognomento Viltere) *zu Lehen trägt.* Datum anno domini m° ccc° ij°. [482

*Original zu Wolfenbüttel. — Als Ludolfs Neffen bezeichnet der Herzog die Übrigen in der Urkunde vom 1. Mai 1303 (*m° ccc° iij° kal. Maji: *Original zu Wolfenbüttel), worin er dem Kloster diese Güter eignet.*

1302 Januar 25. Propst Gotfrid, Aebtissin Gertrud, Priorin Adelheid und das ganze Kreuzkloster bekunden, daß Dietrich v. Blekenstedt mit Zustimmung seiner Erben Dietrich, Christian, Gertrud und Almod Herrn Ludolf Witten (Albo), *beständigem Vikar der Johanniskapelle zu St Blasien, sein Erbrecht an einem Garten des Klosters vor dem Andreasthore* (ante valvam sancti Andree penes ortum Echelinghi de Beddinghe versus villam Elbere) *verkauft hat, und übertragen ihm solches mit Rath ihrer Procuratoren,* dominorum Echelinghi apud cimiterium, Alexandri de septem turribus, Thiderici Thuringhi *und* Hermanni Holtnicker, *für einen jährlichen Zins von 3 Schilling.* Actum anno domini m° ccc° secundo in festo conversionis sancti Pauli apostoli. [483

Original zu Wolfenbüttel.

1302 Februar 14. Die Brüder Stephani verkaufen dem Aegidienkloster Güter in Volkmarode und Dibbesdorf. [484

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel. Gedruckt in den Regesten und Urk. des Geschlechtes v. Blankenburg-Campe II, S. 6.

Gherardus, Karolus, Stephanus et Kopeke fratres, filii quondam Gherardi Stephani, burgenses in Bruneswic, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino. Tenore presentium puplice recognoscimus ac testamur, quod unanimiter et concordi voluntate vendidimus in perpetuum domino abbati et conventui monasterii sancti Egidii in Bruneswic pro quadraginta quatuor marcis puri argenti cum dimidia nobis persolutis duas curias et septem areas in villa Volcmerodhe et sex mansos sitos in campis ibidem et duas silvas, quarum una vocatur La et alia Borchstede, et sex prata, videlicet Morwische, Rothwische, Hofhwische, Dhicwische, et duo juxta villam Dhibbekesdhorp cum omnibus aliis eorum juribus et pertinentiis, quibus hujusmodi bona dinoscimur possedisse, et misimus dominum abbatem et conven-

tum predictos in poſſeſſionem prefatorum bonorum renuntiantes tam pro nobis quam pro noſtris omnibus uſibus ac juribus, que nobis in eis competebant et competere poſſent in futuro. Inſuper recognoſcimus, quod predicta bona reſignavimus honeſtis viris dominis noſtris, videlicet Ludolfo et Ghevehardo militibus, fratribus de Bortvelde ſive de Indagine, Fredherico militi et Ludolfo fratribus de Bortvelde, Jordano militi de Campe et fratribus ſuis necnon Bodoni ac Henrico et Jordano, cognatis eorum, prout ea tenebamus in pheodo ab eisdem. Igitur ut predictorum bonorum proprietas a prenominatis dominis noſtris in ſupradictum monaſterium translata eidem perpetuo libere permaneat, et ne nos deinceps vel aliquis ex parte noſtri in eis omnimodo jus aliquod ſibi vendicare valeat aut uſurpare preſumat, preſentem litteram inde conſcriptam domino abbati et conventui monaſterii ſepedicti dedimus ſigillo noſtro unico patenter roboratam. Horum etiam omnium teſtes ſunt discreti viri Conradus et Henricus Elye fratres, Conradus Sthapel, Ludolfus Petri, Ludolfus Criſpus inſtitor, Thidericus de Heymſtede et Olvardus, burgenſes in Bruneswic, et plures alii fide digni. Actum anno domini m° ccc° ſecundo **in die ſancti Valentini martiris.**

1302 Februar 14. Die Brüder v. Twelken verkaufen dem Aegidienkloſter drei Huſen zu Volkmarode. 485

Aus dem Copialbuche des Aegidienkloſters (XVII Jahrh.) zu Wolfenbüttel, S. 93

NOs Johannes et Ludolfus fratres dicti de Thueleken, burgenſes in Brunswich, preſentibus recognoſcimus et ad notitiam omnium volumus pervenire, quod cum conſenſu et expreſſa voluntate dilecte matris noſtre domine Margarete vendidimus domino abbati et conventui monaſterii ſancti Egidii in Brunswich pro quindecim marcis puri argenti fertone minus tres manſos ſitos in campis ville Volcmerode cum omnibus eorum uſibus et pertinentiis in villis, ſilvis, campis, pratis, aquis et viis. Et pro predicta pecunia nobis totaliter perſoluta miſimus eos in poſſeſſionem predictorum manſorum renuntiantes una cum matre noſtra predicta coram discretis viris pro teſtibus infra ſcriptis omnibus uſibus et juribus, que nobis in eis competebant et competere poſſent in futuro. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum unicum preſentibus duximus apponendum. Teſtes etiam ſunt honeſti viri Baldewinus plebanus in Volcmerode, Gherardus dictus Gigas, Conradus Elye et Hinricus frater ſuus, Thidericus de Hemſtede, Olvardus de Dampmone, Conradus de Thueleken, Johannes Grube, burgenſes in Brunswich, et plures alii fide digni. Actum anno domini m° ccc° ſecundo in die beati Valentini **martiris.**

In der Handſchr. 22 Volckmerde, 28 Volckmerode *fehlt* 22 in, 23 pro

1302 Februar 23 Braunſchweig. Balduin, Dekan zu St Blaſien, Bodo und Mechthild, Kinder weiland Ritter Heinrichs, und Heinrich und Jordan, Söhne weiland Marſchalk Jordans v. Blankenburg oder v. Campe, verkaufen dem Aegidienkloſter für 7 Mark ſechs Hufen zu Volkmarode (Volckmerode), *deren drei Gerhard, Stephan, Karl und Kopeke, die Söhne weiland Gerhards Stephani, drei Johann v. Twelken* (de Thueleken) *und ſein Bruder, Bürger zu Braunſchweig, von ihnen und ihren Blutsfreunden, Ritter Jordan und ſeinen Brüdern, den Söhnen weiland Ritter Jordans v. Campe, zu Lehn trugen, ſammt der Oſterwiſche daſelbſt und ſchenken ihm den dortigen Kirchenpatronat. Unter den Zeugen* Jordanus plebanus ſancti Andree eccl. in Brunswich, Johannes Felix, Hermannus de Ursleve (Yrsleve *Handſchr.*), Jordanus Stapel, burgenſes. Actum Brunswich anno domini m° ccc° ſecundo in vigilia ſancti Matthie *(in der Handſchr.* Matthaei) apoſtoli. [486

Aus dem Copialbuche des Aegidienkloſters (xvii Jahrh.) zu Wolfenbuttel, S. 113. Gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchlechtes v. Blankenburg Campe ii, S. 7. — Eine weſentlich gleichlautende Urkunde ſtellte zwei Tage ſpäter (in craſtino ſancti Mathie apoſtoli: *Original zu Wolfenbüttel, gedruckt in den Regeſten etc. ii, S. 9) Ritter Jordan v. Bl. u. C. aus. Unter den Zeugen* Johannes Felix, Hermannus de Ursleve, Jordanus Sthapel, Thidericus de Heymſtede.

1302 März 11. Abt Dietrich von St Aegidien bekundet, daß er dem Kloſter Neuwerk zu Goslar Güter zu Gielde (Geledhe) *verkauft hat. Zeugen* honesti viri Johannes Helye et filii ſui Conradus et Henricus, Johannes Felix, Johannes de Veltſtede, Henricus et Echelingus junior dicti apud cymiterium, burgenſes in Brunswic. Datum anno domini m° ccc° ij° v° idus Martii in vigilia beati Gregorii pape. [487

Original in der Beverinſchen Bibliothek zu Hildesheim.

1302 März 12. Die Söhne Gerhards Stephani verkaufen dem Aegidienkloſter ſechs Hufen zu Volkmarode ſammt der von ihrem Vater verpfändeten Oſterwieſe. [488

Aus dem Copialbuche des Aegidienkloſters (xvii Jahrh.) zu Wolfenbuttel, S. 105.

NOs Gherardus, Karolus, Stephanus et Kopeke, filii quondam Gherardi Stephani, burgenſes in Brunswich, preſentibus publice recognoſcimus ac teſtamur, quod cum concordi voluntate vendidimus domino abbati et conventui monaſterii ſancti Egidii in Brunswich ſex manſos ſitos in campis ville Volcmerode cum omnibus eorum juribus et pertinentiis, quibus ipſos dinoſcimur poſſediſſe. Verum quia pater noſter predictus pie memorie obligavit pro ſedecim

In der Handſchr. 27 quod] quondam 30 poſſidisce

marcis argenti Hillebrando, filio patrui ſui, pratum unum dictum Oſterwiſche pertinens ad manſos ſupradictos ſub hac forma, quod ipſe et nos heredes ſui idem pratum pro predicte pecunie ſumma ab ipſo vel ſuis heredibus redimere poſſemus, quandocunque vellemus, omnibus exceptionibus excluſis et remotis, igitur, ut dominus abbas monaſterii predicti adipiſcatur integritatem predictorum bonorum et eorum poſſeſſionem indiviſam, omne jus noſtrum in recuperando et redimendo predictum pratum nobis contra detentores ejus competens in ipſum transferimus per preſentes. Cujus rei teſtes ſunt discreti viri Conradus et Hinricus Elye, Conradus Stapel et Jordanus frater ſuus, Ludolfus Petri, Thidericus de Heymſtede, burgenſes in Brunswich, et plures alii fide digni. Ad majorem autem evidentiam ſigillum noſtrum unicum preſentibus duximus apponendum. Actum anno domini m° ccc° ſecundo in die ſancti Gregorii pape.

In der Handſchr. 3 quantumcunque 8 Braunswich

1302 April 2. Propſt Heinrich, Priorin Mechtildis und Convent zu Steterburg bekunden, daß ihr Mitbruder Ludolf Martini (filius domini Martini militis de Brotzem, confrater noſter) *mit ihrem Wiſſen und Willen von den Gütern, die er dem Kloſter gewidmet, der Küſterin Sophia Holtnicker für 10 Mark Silbers zwei Wurten zu Beddingen und eine zu Geitelde, die bezw. 7 und 6 Schilling und ebenſoviel Hühner zinſen, zu Behuf des Sacriſteiamts* (ad uſum officii ſacriſte) *verkauft hat.* Datum anno domini m° ccc° ſecundo iiij non. Aprilis. [489

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 6.

1302 April 6. Der altſtädter Rath urkundet über eine Meſſenſtiftung Johanns v. Alfeld in ***der Kirche St Martini.*** [490

Gleichzeitige Abſchrift in dem dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt vorgebundenen Gedenkbuche, Bl. 2'.

NOs Conſules civitatis Brunsw. ad perpetuam memoriam tenore preſencium publice proteſtamur, quod Joh. de Alvelde, noſter concivis, diem meſſionis extreme volens bonis operibus prevenire ob remedium anime ſue et uxoris defuncte ac eciam nunc viventis omniumque parentum ſuorum et benefactorum, ſimiliter amicorum tam vivorum quam mortuorum necnon ad honorem Dei omnipotentis et beate Marie virginis, pariter beati Martini, ob cultum eciam divinum ampliandum ad miſſam unam in eccleſia beati Martini predicti infra matutinas diebus ſingulis in perpetuum celebrandam unam marcam examinati argenti cenſus annui a nobis ſibi ſuisque heredibus dandam, quam a nobis emerat pro xij marcis puri argenti ad opus miſſe predicte a nobis de cetero dandam, donando liberaliter aſſignavit. Quam marcam nos honeſte ejus

voluntati conplacentes ad eandem miſſam dare annuimus in feſto beati Martini annis ſingulis expedite. Quod ſi dictam miſſam teneri et obſervari non contigerit, quod abſit, predictus cenſus ad eundem Johannem vel ſuos heredes libere reverti deberet, quem tunc ſibi vel ſuis heredibus dare conſenſimus, ſicut prius conſuevimus, expedite. Si vero predictam marcam cenſus pro xij marcis reemere placuerit aliquando eo, quod hec condicio appoſita fuit, cum Johannes dictus a nobis emit eandem, nos cum predictis xij marcis certos redditus et perpetuos ad conſervacionem miſſe conparabimus ſupradicte. Quam miſſam ſi prout inſtituta obſervari non contigerit, volumus, ut ſepedictus Johannes vel ſui heredes predictos redditus percipiant, quos extunc faciemus ipſi vel ſuis heredibus aſſignari. In quorum omnium predictorum teſtimonium et inviolabiliter obſervandum preſens ſcriptum noſtre civitatis ſigillo duximus roborandum. Actum et datum anno domini m° ccc° ſecundo ſexta feria poſt Ambroſii.

In der Handſchr. Z. 7 contingerit

1302 Mai 25. Ritter Jordan und Bertram v. Blankenburg oder v. Campe, weiland Herrn Jordans Söhne, widmen dem Aegidienkloſter zum Gedächtniß ihrer Eltern ihren Theil am Zehnt zu Volkmarode (Volcmerode), *den ſie mit Bodo, weiland Heinrichs, und mit Heinrich und Jordan, weiland Herrn Jordans Söhnen, Biſchof Hermann von Halberſtadt aufgeſandt haben. Unter den Zeugen* Johannes Felix, Hinricus prope cimiterium, Hinricus de Schepenſtede, burgenſes in Brunswich. Datum anno domini m° ccc° ſecundo in die ſancti Urbani martiris. [491

Original zu Wolfenbüttel; nach dem dortigen Copialbuche des Aegidienkloſters (XVII Jahrh.) gedruckt in den Regeſten und Urkunden des Geſchlechtes v. Blankenburg-Campe II, S. 11.

1302 Mai 25. Bodo v. Campe, weiland Ritter Heinrichs, und Heinrich und Jordan v. Campe, weiland Marſchalk Jordans Söhne, widmen dem Aegidienkloſter zum Gedächtniß ihrer Eltern ihr Recht am Zehnt zu Volkmarode (Volcmerode), *den ſie mit den Brüdern Jordan und Bertram v. Campe Biſchof Hermann v. Halberſtadt aufgeſandt haben. Unter den Zeugen* fideles noſtri vaſalli Johannes Felix, Hinricus prope cimiterium, Hinricus de Schepenſtede, burgenſes in Brunswich. Datum anno domini m° ccc° ſecundo in die ſancti Urbani martiris. [492

Aus dem Copialbuche des Aegidienkloſters (XVII Jahrh.) zu Wolfenbüttel, S. 81, gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchlechtes v. Blankenburg-Campe II, S. 11.

1302 Juni 5. Ritter Jordan und Bertram v. Blankenburg oder v. Campe, weiland Herrn Jordans Söhne, Bodo, weiland Herrn Heinrichs, und Heinrich und Jordan, weiland Marſchalk

Jordans Söhne an Biſchof Hermann v. Halberſtadt, ſenden den Zehnt zu Volkmarode (Volcmerode) *auf*, ſalvo tamen jure pheodali Thiderici et Henrici fratrum de Blekenſtede, burgenſium in Brunswic, qui eam a nobis tenent in pheodo. Datum anno domini m° ccc° ſecundo in die ſancti Bonifacii epiſcopi et martiris. [493

Original zu Wolfenbüttel. Gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchlechtes v. Bl.-C. II, S. 12.

1302 Juni 23. Bruder Heinrich v. Kindhauſen (de Kindehuſen), *Hochmeiſter der Häuſer des Spitales St Johannis zu Jeruſalem in Deutſchland, Böhmen, Polen, Mähren und Oeſtreich etc. ſchlichtet ſeinen und des Ordenshauſes in Braunſchweig alten Streit mit dem Kloſter Steterburg, indem er dieſem zum Entgelt für ſein vermeintliches Recht an der Kapelle zu Stiddien* (eccleſie ſeu capelle in Stidium), *die der Orden als Tochter der Kirche zu Broitzen* (Brotzem) *in Anſpruch nimmt, den Patronat der Kirche zu Vechelde* (Vechtelde) *einräumt. Zeugen* Baldewinus cuſtos eccleſie ſancti Blaſii in Brunswich, exiſtens plebanus eccleſie ſancte Catharine ibidem, magiſter Henricus, plebanus ſancti Martini, dominus Fredericus, ſacerdos de Sancto ſpiritu, Widekindus de Gandershem. Datum et actum anno domini milleſimo trecenteſimo ſecundo in vigilia nativitatis ſancti Johannis baptiſte. [494

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, Bl. 71²'

1302 Juli 25. Ludolf und Gebhard v. Bortfeld belehnen Eggeling v. Ströbeck und Tilen v. Blekenſtedt mit einer Hufe zu Kapellſtöckheim. [495

Original im Stadtarchive mit zwei beſchädigten Siegeln.

Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod nos Ludolfus et Ghevehardus, milites, fratres dicti de Bortvelde ſive de Indagine, conferimus unum manſum ſitum in Kapelſtockem cum omni jure et utilitate tam in villis quam in campis, ſilvis atque pratis Eggelingo de Strobeke et Tiloni de Blekenſtede, civibus in Bruneswic, titulo pheodali in hiis ſcriptis. Quousque ad nos commode venire poterunt, eisdem porrigemus predictum manſum cum omnibus proventibus manualiter juſto pheodo et legali ſine omni difficultate et quantocunque lapſu temporis non obſtante. Ad quod nos obligamus preſentibus noſtris ſigillis roboratis. Datum anno domini m° ccc° ſecundo in die beati Jacobi apoſtoli.

Im Orig. 21 fehlt ſive

1302 Auguſt 1 Wolfenbüttel. Ritter Johann v. Geitelde verzichtet auf Bitten Graf Heinrichs v. Woldenberg (de Woldenberge) *und ſeiner Brüder, als Propſt Ottens zu St Mauritii (in Hil-*

desheim) und Graf Hermanns, auf all ſeine Rechte und Anſprüche an acht Hufen zu Geitelde (Getelde apud Stederborch), *die Frau Adelheid, Witwe des Bürgers Elias zu Braunſchweig, von Graf Heinrich zu Lehn trug.* Actum Wulflebutle anno domini milleſimo trecenteſimo ſecundo kal. Auguſti. [496

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, Bl. 355.

1302 Auguſt 28. Herzog Albrecht eignet dem Kloſter Wöltingerode eine Hufe und eine Wurt zu Börßum (Borsne), *die Friderich von Lochtendorf zu Braunſchweig* (Fredericus dictus de Lochtendorpe, civis in Bruneswich) *ſelbigem verkauft und ihm, dem Herzoge, aufgeſandt hat.* Datum anno domini m° ccc° ij° quinto kalendas Septembris. [497

Original zu Hannover.

1302 September 21 Braunſchweig. Propſt, Priorin und Convent zu Steterburg urkunden über die Verwendung von Gütern zu Geitelde, die Erembert v. Kiſſenbrück dem Kloſter gewidmet hat. [498

Aus dem Chronicon Stederburgenſe, S. 261

DEi gracia Henricus prepoſitus et Mechtildis prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium monaſterii in Stederborch univerſis preſencia viſuris devotas oraciones in Chriſto. Actus modernorum ideo privilegiis roborantur, ne a poſteris per oblivionem valeant irritari. Hinc eſt, quod tenore preſencium publice proteſtamur, quod Erembertus dictus de Kiſſenbrucke, civis Brunswicenſis, pro ſalute anime ſue et uxoris ſue Bertradis cupiens diem extreme meſſionis bonis operibus prevenire emit octo manſos ſitos in campis ville Getledhe cum octo areis et duabus curiis et hominibus in eisdem reſidentibus cum omnibus proventibus et omni jure in villis, campis, ſilvis, pratis atque paſcuis ibidem pro centum marcis et quinquaginta marcis puri argenti ad uſus noſtri monaſterii in Stederborch perpetuo poſſidendos, hujusmodi tamen condicionibus adjectis, ut procurabimus pro eisdem bonis unicuique moniali noſtri conventus dari dimidium caſeum in perpetuum ſingulis diebus, quibus eſt conſuetum lacticinia miniſtrari in qualibet ſeptimana, eodem valore et quantitate, ſicut antea dedimus quartam partem caſei unicuique moniali. Inſuper de proventibus bonorum noſtri monaſterii Eremberto predicto et uxori ejus Bertradi perſolvemus viginti ſex choros brunswicenſis menſure, ſcilicet octo choros tritici et octo ſiliginis et octo avene et duos ordei, intra muros brunswicenſes per noſtram vecturam ſingulis annis in feſto beati Martini, quamdiu vixerint, expedite. Si vero unus eorum obierit,

In der Handſchr. 15 Melchtildis 21 *fehlt das erſte* et *und das zweite* in

ſuperſtiti totam penſionem dabimus, ut ſuperius eſt expreſſum. ambobus vero mortuis memoriam ipſorum in anniverſario ſollempnibus vigiliis et miſſis pro defunctis cum aliis oracionibus perpetue peragemus. Eciam ſedecim chori predicte penſionis noſtro monaſterio tunc vacabunt. alios autem decem choros reſiduos, ſcilicet quinque tritici et quinque ſiliginis, Hillegundi moniali noſtri conventus, filie predicti Eremberti, et Sweneken, ſorori Bertradis predicte, et Gertrudi, filie Wlturis de Sutmolen, dabimus ſingulis annis cum condicionibus preſcriptis, quamdiu vixerint, expedite. Cum autem una iſtarum morietur, duo chori, unus tritici et unus ſiliginis, nobis ſunt vacantes. Reliquis duabus viventibus nichilominus octo choros ſolvemus condicionibus preſcriptis interclusis. Eciam ſi Sweneke et Hillegundis obierint, Gertrudi viventi dabimus tantummodo duos choros tritici et ſiliginis ad tempora vite ſue. Iſtis autem tribus mortuis totalis penſio noſtro monaſterio libere tunc vacabit. Ad hec omnia firmiter obſervanda nos et noſtros ſucceſſores ac monaſterium jam ſepe dictum obligamus preſentibus noſtro ſigillo ac monaſterii jam dicti ſigillo roboratis. Ad cognicionem omnium predictorum et teſtimonium hec acta ſunt coram Conſulibus et preſens ſcriptum obtinuimus civitatis Brunswich ſigillo communiri. Hujus rei teſtes ſunt magiſter Henricus, plebanus ſancti Martini in Brunswich, Hermannus Holtnickeri et proviſores noſtri monaſterii Hermannus de Ursleve, Henricus de Velſtede, Johannes de Velſtede et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° ij° in vigilia beati Mathei apoſtoli.

In der Handſchr. 7 fehlt das zweite unus

1302 September 22. Ritter Jordan und Bertram v. Blankenburg oder v. Campe, Ritter Jordans Söhne, bekunden, daß ſie dem Aegidienkloſter ihr Recht am Zehnt zu Volkmarode (Volcmerode) *zum Gedächtniß ihrer Eltern gewidmet und mit ihren Blutsfreunden, Bodo, weiland Herrn Heinrichs, und Heinrich und Jordan, weiland Marſchalk Jordans Söhnen, Biſchof Hermann v. Halberſtadt reſigniert haben. Unter den Zeugen* domini Jordanus, plebanus ſancti Andree, Leonardus, plebanus ſancti Magni eccleſiarum . . . . ac fideles noſtri vaſalli Johannes Felix, Hermannus de Ursleve, burgenſes in Brunswich. Datum anno domini m° ccc° ſecundo **in craſtino ſancti Mathei apoſtoli.** [499

Aus dem Copialbuche des Aegidienkloſters (XVII Jahrh.) zu Wolfenbüttel, S. 83; gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchlechtes v. Blankenburg-Campe II, S. 14.

1302 October 9. Die Brüder Burchard, Ekbert und Hermann v. Wolfenbüttel (de Wolflebutle) *eignen dem Kloſter Steterburg zwei Hufen zu Sauingen* (Sowinge), *die Johann und Heinrich Stapel* (Stapoldi), *Bürger* (cives) *zu Braunſchweig von ihnen zu Lehn trugen. Procura-*

toren des Kloſters Hermannus de Ursleve, Henricus de Velſtede, Johannes de Velſtede; *Zeugen* Widekindus de Gandershem, Johannes Mathie, noſtri vaſalli, Henricus de domo et Conradus frater ſuus, converſus Ludolphus, Johannes et Henricus Stapoldi. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo ſecundo in die beati Dyoniſii martyris. [500

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, Bl. 63.

1302 October 20. Herzog Albrecht eignet dem Siechenhauſe zu St Leonhard zwei Hufen, einen Hof und zwei Wurten zu Bornum. [501

Original im Stadtarchive, das zertrümmerte Siegel an rothgelbem Seidenſtrange.

IN nomine ſancte et individue trinitatis amen. Albertus Dei gracia dux Bruneswicenſis omnibus in perpetuum. Cum omnium habere memoriam brevis nequeat vita hominum, et per mortem omnibus conmunem ea, que geruntur in tempore, cicius labantur ad inſtar temporis, neceſſe eſt, ea, que fiunt, teſtibus vel ſcripti patrocinio perhennari. Hinc eſt, quod nos actionibus noſtris confirmandis debitam adhibentes diligenciam omnibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, volumus eſſe notum, quod, cum Borchardus miles dictus de Vrelſtede duos manſos ſitos in campis ville Bornem, quos de manu noſtra in feudo tenuit, cum omnibus eorundem juribus nobis libere reſignaſſet, nos domui infirmorum extra muros Bruneſw. noſtre elemoſine volentes beneficium impendere ad honorem Dei omnipotentis ſueque matris virginis Marie ſimulque ad ſalutem animarum, noſtre ſcilicet et parentum noſtrorum, dicte domui, infirmorum ſcilicet ad ſanctum Leonardum extra muros Bruneſw., proprietatem dictorum duorum manſorum ſitorum in campis ville Bornem̄, unius curie cum duabus areis ſitis ibidem ſimulque cum omni jure, quod ad ſupradictos manſos in villis, campis, pratis, ſilvis et aquis, viis et inviis pertinere dinoſcitur, dedimus et donavimus perpetuo libere poſſidendam. Ut autem hec noſtra donatio firma et illeſa permaneat nec apud noſtros ſucceſſores faciente malorum ingenio calumpniam paciatur, preſentem inde confectam litteram noſtro ſigillo voluimus conmuniri. Hujus rei teſtes ſunt Ludolfus de Hollege, Johannes de Utteſſe, milites noſtri, Johannes Felix, Henricus apud cimiterium, cives in Bruneſw., et quam plures alii fide digni. Datum per manum Bertoldi de Hollege noſtri notarii anno domini m° ccc° ij° in vigilia ſanctarum undecim milium virginum.

Im Orig. 18 parantum

1302 October 27. Erembert, Johannitercomtur zu Braunſchweig, verkauft dem Marienſpitale drei Hufen zu Timmerlah. [502

Original im Stadtarchive; von den Siegeln fehlt das des Praeceptors. Rückvermerk des xiv Jahrh. de iij manſis in Tymberla. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. hiſtor.-jurid. viii. S. 2361.*

AD perpetuam rei memoriam nos humilis frater Erembertus, commendator fratrum hoſpitaliorum domus ſancti Johannis baptiſte in Brunesw., notum eſſe cupimus univerſis preſens ſcriptum inſpecturis, quod de maturo conſilio et unanimi conſenſu fratrum noſtre domus predicte proprietatem trium manſorum ſitorum in Timmerla cum omni jure et utilitate tam in villis quam in campis, ſilvis, pratis, paſcuis, ſicut actenus poſſedimus, libere et quiete vendidimus pro ſeptem marcis puri argenti domui hoſpitalis ſancte Marie virginis in Brunesw. et ejus procuratoribus perpetuo poſſidendam, volentes predicte domui veram warandiam facere ejusdem proprietatis contra quemlibet inpetentem. Ut autem hec vendicio proprietatis firma permaneat, nos et noſtram domum ſancti Johannis obligamus preſentibus ſigillo noſtri preceptoris una cum noſtre domus ſigillo roboratis. Hujus vendicionis teſtes ſunt Ecbertus ſupra cimiterium, Wedekindus de Ganderſem, Conradus Elie, Johannes de Veltſtede et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° ſecundo in vigilia beatorum apoſtolorum Symonis et Jude.

1302 October 27. Erembert, Johannitercomtur zu Braunſchweig, ſchenkt dem Marienſpitale zwei Hufen zu Hötzum. [503

Original im Stadtarchive; von den zwei Siegeln fehlt das des Praeceptors. Rückvermerk des xiv Jahrh. de ij manſis in Hotzelem. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. polit.-jurid. viii, S. 2368.*

UNiverſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, humilis frater Erembertus, commendator fratrum hoſpitaliorum domus ſancti Johannis baptiſte in Brunesw., oraciones devotas in Chriſto. Ad perpetuam rei memoriam notum eſſe cupimus univerſis, quod de maturo conſilio fratrum noſtre domus et unanimi conſenſu duos manſos ſitos in Hozelem cum omni jure et utilitate in villis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, viis, inviis ac proprietatem eorundem manſorum donavimus domui hoſpitalis ſancte Marie in Brunesw. perpetuo poſſidendos, renunciamusque libere bonis ab eisdem et volumus eidem predicte domui ſimulque ſuis procuratoribus veram contra quemlibet facere warandiam in predictis bonis et proprietate. Ut autem hec donacio firma permaneat, nos una cum domo predicta obligamus preſentibus domus noſtre ſancti Johannis ſigillo roboratis ac pariter noſtri preceptoris ſigillo conmunitis. Hujus donationis teſtes Ecbertus ſupra cimiterium, Conradus Holtnickere, Wedekindus de Ganderſem, Conradus Elie, Cone Holtnickere, Johannes de Veltſtede et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° ſecundo in vigilia beatorum apoſtolorum Symonis et Jude.

Im Orig. 23 fehlt in

1302 October 27. Pfarrer Balduin zu St Katharinen erklärt ſeine Zuſtimmung zu gewiſſen vom Rathe des Hagens bekundeten Altar- und Feſtſtiftungen in ſeiner Kirche. [504

Original im Stadtarchive mit dem Siegel Balduins in rothem, dem Burgenſenſiegel in grünem Wachs, beide an rothen Seidenſträngen. Rückvermerk des XIV Jahrh. vj tal. ſ. Nicolaus altar. — *Formular wie Nr 470*

BAldewinus plebanus eccleſie ſancte Katerine in Bruneswich omnibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, ſalutem in domino. Notum eſſe cupio tam preſentibus quam futuris, quod bona deliberatione habita plene et expreſſe conſenſi et preſentibus conſencio ad omnia et ſingula in hac preſenti littera conſcripta, cujus tenor eſt talis: In nomine ſancte et individue trinitatis. Lu. Petri, Ludolfus inſtitor, Conradus Stapel, Jacobus de Meynem, Nicolaus de Witinghe, Hermannus Stephani, Hild. de Scepenſtede, Stephanus, pro tempore Conſules Indaginis civitatis Bruneswich, omnibus in perpetuum. Notum eſſe volumus univerſis, quod Allexander de Mandere et uxor ejus ob remedium animarum ſuarum et honorem Dei glorioſeque virginis Marie, pariter divinum cultum ampliandum domum ſuam ad dotandum et officiandum altare ſancti Nicolai in eccleſia beate Katerine noſtre civitatis libere erogabant, que domus fuit vendita pro lx^{ta} marcis puri argenti. Quam pecuniam totam nos Conſules Indaginis convertimus ad conſtructionem domus pannicide combuſte, obligando nos et noſtros ſucceſſores ſingulis annis plebano ſancte Katerine dare ſex talenta uſualium denariorum, videlicet in feſto paſce et in feſto beati Michahelis annis ſingulis, expedite. Pro quibus idem plebanus vel gerens vices ſuas ſervabit ſacerdotem ad dictum altare ſub conditionibus illorum altarium conſtructorum apud fontem in aliis litteris poſitis ac conſcriptis. Item dominus cuſtos, plebanus ſancte Katerine dicte eccleſie, emit a nobis redditus unius talenti pro decem marcis puri argenti, quos idem plebanus vel vices ſuas gerens illis tribus ſacerdotibus in altaribus deſervientibus ad ſua neceſſaria conparando tam in balneis quam veſtium lotura miniſtrabit expedite. Inſuper dominus Johannes dictus de Luneborg, vicarius ſancti Blaſii, emit ab eccleſia ſancte Katerine cum quinque marcis decem ſolidorum redditus, quos idem Johannes ordinavit ad duo feſta, videlicet undecim milium virginum et beate Elizabet, perpetuo cum propriis hiſtoriis in dicta eccleſia ſollempniter peragenda. Qui denarii in hunc modum dividentur. Proviſores eccleſie beate Katerine, quicunque tunc temporis fuerint, dabunt in quolibet feſto plebano decem denarios, ſex ſacerdotibus cuilibet quinque denarios, duobus ſcolaribus cuilibet tres denarios, duobus campanariis cuilibet duos denarios et decem denarios ad duas candelas ſuper altare undecim milium virginum ponendas ad eadem feſta ſollempniter peragenda. Idem modus in feſto beate Elizabet per omnia eſt ſervandus. Que vero feſta predicta ſi plebanus, quod abſit, in premiſſa forma obſervare noluerit, predicti redditus, ſcilicet decem ſol., in novam lampadem convertuntor. Ut autem hec omnia predicta cum conditionibus tactis

Im Orig. 7 expreſſi 28 quilibet

et ſcriptis perpetuo rata permaneant, preſentem litteram munimine ſigilli noſtre civitatis obtinuimus conmuniri. Teſtes eciam ſunt Johannes Felix et Echardus junior et Henricus apud cimiterium ſancti Martini et Conradus et Henricus Elie et alii quam plures fide digni. Datum Bruneswich anno domini m° tricenteſimo ſecundo vigilia Simonis et Jude. Volens igitur, ut ſingula premiſſa apud me et meos ſucceſſores perpetuo rata permaneant, ſigillum meum una cum ſigillo civitatis predicte duxi preſentibus apponendum. Actum loco, anno et die ſupradictis.

1302 November 21 Braunſchweig. Die Brüder Burchard und Ekbert v. Wolfenbüttel (de Wulflebutle) *verkaufen dem Kloſter St Michaelis zu Hildesheim die Vogtei einer Hufe zu Hallendorf* (Hedelendorp), *die die Brüder Heinrich und Konrad* de Area *und Konrad v. Lafferde* (de Lafforde) *von dem Kloſter zu Litenrecht haben. Zeugen* Eylardus Boneke, Johannes de Adhenſtede, Hillebrandus de Warmsdhorpe, Henricus de Hedelendhorpe, Hermannus de Lenede, burgenſes in Bruneswic. Datum Bruneswic anno domini m° ccc° ſecundo in vigilia beate Cecilie virginis. [505

Original zu Hannover, gedruckt im Aſſeb. Urk.-B. II, S. 20.

(Vor 1303.) Stadtrecht. [506

I, S. 21. Der Handſchrift nach iſt dieſe Redaktion (N) jedenfalls jünger als die im Rechtsbuche des Sackes. Das Verhältniß ihres Beſtandes zu dem der Redaktionen von 1227 und 1265 (Nr 74 und 210: AB), 1279 (Nr 294: D) und der Säcker (Nr 452: S) bringt folgende Concordanz zur Ueberſicht.

	AB	D	S	N		AB	D	S	N		AB	D	S	N
§	1	1	1	1	§	17	18	17	15	§	31	32	30	29
»	2	2	2	2	»	18	19	18	16	»	32	33	31	30
»	3	3	3	3	»	19	20	19	17	»	33	34	32	31
»	4	4	4	—	»	20	—	—	—	»	34	35	33	32
»	5	5	5	4	»	21	21	20	18	»	35	36	34	33
»	6	6	6	5	»	—	22	21	19	»	36	37	35	34
»	7	7	7	6	»	22	—	—	—	»	37	38	36	35
»	8	8	8	7	»	—	23	22	20	»	38	39	37	36
»	9	9	9	8	»	23	24	23	21	»	—	—	—	37
»	10	10	10	9	»	25	26	25	23	»	—	40	38	38
»	11	11	11	—	»	26	27	26	24	»	—	41	39	39
»	12	12	—	10	»	24	25	24	22	»	—	42	40	40
»	13	13	12	11	»	27	28	27	25	»	—	43	41	41
»	14	14. 15	13. 14	12	»	28	29	28	26	»	—	44	42	42
»	15	16	15	13	»	29	30	29	27	»	—	45	43	—
»	16	17	16	14	»	30	31	—	28	»		46	44	43

	AB	D	S	N		AB	D	S	N		AB	D	S	N
§	—	47	45	44	§	51	61	58	—	§	65	75	73	64
»	—	48	—	45	»	52	62	59.60	52	»	—	76	—	65
»	39	49	46	—	»	53	63	61	53	»	—	77	74	66
»	40	50	47	46	»	54	64	62	—	»	—	78	75	67
»	41	51	48	47	»	55	65	63	54	»	—	—	—	68
»	42	52	49	48	»	56	66	64	55	»	—	79	76	—
»	43	53	50	49	»	57	67	65	56	»	—	—	77	—
»	44	54	51	50	»	58	68	66	57	»	—	—	78	
»	45	55	52	51	»	59	69	67	58	»	—	—	79	—
»	46	56	53	—	»	60	70	68	59	»	—	—	80	—
»	47	57	54	—	»	61	71	69	60	»	—	—	81	—
»	48	58	55	—	»	62	72	70	61	»	—	—	82	—
»	49	59	56	—	»	63	73	71	62	»	66	80	83	—
»	50	60	57	—	»	64	74	72	63	»	—	—	84	—

1303. Vom Heergewette. [507

1, S. 25. Die Datierung von derselben Hand mit anderer Dinte nachgetragen.

(1303–1330.) Von Zoll, Beckern, Maß und Gewicht. [508

1304 September 3. Die Brüder Friderich und Walther v. Dorſtadt bekunden, daß ihr Dienſtmann (famulus) *Heinrich von Semmenſtedt* (de Cimmenſtede) *vom Propſte zu Steterburg wegen ſeines Anſpruchs auf einen Garten vor dem Steinthore zu Braunſchweig* (ante valvam Lapideam Brunswich) *nach langem Streite mit viertehalb Mark l. S. abgefunden iſt und gelobt hat, auch den Willen ſeines Vaters Gottfrid, ſeiner Mutter Jutta, ſeiner Brüder Heinrich, Berthold, Gotfrid und Johannes ſowie ſeiner Schweſtern Jutta, Adelheid und Gertrud beizubringen. Zeugen* Bertoldus, Egelardus de Suſa, Hermannus de Honſtat, caſtellani noſtri. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo quarto tertio non. Septembris. [538

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, S. 238.

1304 November 10. Propſt Dietrich, Priorin Mechtild und das Johanneskloſter in Katelnburg verkaufen dem Kloſter Steterburg für 20 Mark l. S. das Eigenthum einer Hufe zu Steder (Ste-

dere) *und eine Hufe ſammt der dazu gehörigen Wurt zu Geitelde* (Gheteldc aput idem monaſterium Stederborch). *Zeugen* Wedekindus de Ganderſem, Hermannus de Ursleve, Johannes de Veltſtede, Johannes Felix, Johannes de Lenede, Erembertus de Kiſſenbrughe, burgenſes in Brunswich. Datum anno domini m° ccc° quarto iiij° id. Novembris. [539

Original zu Wolfenbüttel.

1304 November 22. Herzog Albrecht verleiht den Burgenſen von Braunſchweig, die Lehnsleute ſeiner Vaſallen ſind, das Recht, daß ſie wider ihren Willen nicht an Herren mindern Standes gewieſen werden dürfen. [540

I, S. 25.

1304 November 25. Die Edeln Friderich und Walther v. Dorſtadt verkaufen dem Aegidienkloſter für 20 Mark den Zehnt zu Eddeſſe, den ſie Biſchof Albrecht von Halberſtadt aufgeſandt haben. Zeugen fideles noſtri Hermannus Holtnicker, Johannes de Velſtede, Conradus et Hinricus fratres, filii quondam Johannis Elye, burgenſes in Brunswich. Datum anno domini m° ccc° iiij° ſeptimo kal. Decembris. [541

Aus dem Copialbuche des Aegidienkloſters (xvii Jahrh.) zu Wolfenbüttel, S. 131.

1304 November 30 Braunſchweig. Die Brüder Heinrich und Balduin v. Wenden, Herrn Ludolfs Söhne, verkaufen dem Cyriacusſtifte ihre Vogtei an fünf Hufen zu Rautheim (Rothne). *Unter den Zeugen* Bertholdus de Holleghe, Conradus de Munſtedhe, Arnoldus de Calve. Datum Bruneswich anno m° ccc° quarto in die ſancti Andree apoſtoli. [542

Original zu Wolfenbüttel.

1304 December 15 Braunſchweig. Die Edeln Friderich und Walther v. Dorſtadt verkaufen dem Kloſter Riddagshauſen für 14 Mark l. S. braunſchw. Wichte die Vogtei über drei Hufen zu Ingeleben (Iggeleve) *mit einem Zinſe von drei Scheffel Weizen. Unter den Zeugen* Conradus Elye, Johannes et Wedego fratres dicti de Velſtede, ... dictus Vlogel, Conradus Chriſtiani et filius ejus Johannes. Datum et actum apud Brunsw. anno domini m° ccc° iiij° xviij° kal. Januarii. [543

Original zu Wolfenbüttel. — 24 . . . . . offener Raum.

(1305?) Graf Heinrich v. Regenſtein bekundet, daß der Streit zwiſchen Beteken v. Sottrum und dem Marienſpitale um vier Hufen zu Sottrum beigelegt und erſter mit 7 Mark ſchwarzen Silbers völlig abgefunden iſt. [544

Original im Stadtarchive, das Siegel ſtark beſchädigt. Rückvermerk des XIV Jahrh. de iiij manſ. in Sotterum. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. hiſtor.-jurid. VIII, S. 2373.*

UNiverſis notum facimus tam preſentibus quam futuris, quod de diſcordia, que fuit inter Betekonem de Sodherem et novum hoſpitale ſancte Marie juxta Longum pontem pro quatuor manſis, qui ſiti ſunt in campo Sodherem, compoſicio firma facta eſt et illeſa. Ut autem firma maneat, ſeptem marcas nigri argenti dedimus, ut nunquam ulterius hoſpitali novo in Brunes wick aliquam moleſtiam inferat et contriſtet. Nos nobilis vir Henricus, comes de Reghenſten, ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Hujus rei teſtes ſunt milites Fridericus de Winnigſtedhe, Albertus Spegil, Albertus Spegil, Rodolfus Spegil, Hane, Erembertus burgenſis, Hermannus advocatus de Eylekeſtorp, Fredericus magiſter curie hoſpitalis, Conradus miles de Hamersleve, cives de Slonſtide et alii quam plures fide digni.

Im Originale 6 *fehlt* de 8 que ſite 10 conſtriſtet 14 dhe

1305. Biſchof Albrecht von Halberſtadt verheißt den Beſuchern und Gutthätern der H. Geiſtskapelle vierzigtägigen Ablaß. [545

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche) mit Siegel. Formular wie Nr 522. Gedruckt bei Schmidt, Urk.-B des Hochſt. Halberſtadt III, S. 25.

ALbertus, Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus, omnibus hoc ſcriptum viſuris ſalutem in domino. Cupientes, ut capella ſancti Spiritus extra muros civitatis Brunesw. Hildenſemenſis dyoc. congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad dictam capellam ad honorem ſancti Spiritus ac ſancte Marie virginis et omnium ſanctorum cauſa devocionis acceſſerint divine propiciacionis graciam petituri, aut qui memorate capelle de bonis ſibi a Deo collatis manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum apoſtolorum ejus Petri et Pauli meritis et interceſſione confiſi xl dies et karenam de injuncta ſibi penitencia, dum tamen dyoceſani conſenſus acceſſerit, in domino miſericorditer relaxamus. Datum anno domini m° ccc° quinto.

1305 Steterburg. Ludolf Martini (filius Martini dicti de Brotzem) *bekundet, daß er der Kapelle beim Krankenhauſe des Kloſters Steterburg, worin er zur Bequemlichkeit der ſchwachen und kranken Kloſterfrauen einen Altar hat bauen laſſen, eine Wurt zu Geitelde* (Getledhe), *die zu*

der vom Kloſter Katelnburg (a Kathelenborch) *gekauften Hufe gehört, zu Behuf des Leuchtwerkes beigelegt hat.* Acta ſunt hec anno domini m° ccc° v° in curia Stederborch. [546

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 275.

1305. Richlind, die Tochter Ritter Balduins v. Campe, verzichtet mit Zuſtimmung ihres Eheherrn Gotfrid v. Vorsfelde auf die von ihren Blutsfreunden dem Aegidienkloſter verkauften Güter zu Volkmarode (Volcmerode) *Unter den Zeugen* Hermannus Holtnicker et Conradus frater ſuus, burgenſes in Brunswich. Datum anno domini m° ccc° quinto. [547

Aus dem Copialbuche des Aegidienkloſters (xvii Jahrh.) zu Wolfenbüttel, S. 107. Gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchlechtes v. Blankenburg-Campe ii, S. 18.

1305 Januar 6—13. Herzog Albrecht gelobt dem Marienſpitale für ſchuldige drei Mark das Eigenthum erledigter Güter. [548

Original im Stadtarchive mit Siegeltrümmer. Rückvermerk des xiv Jahrh. de tribus mr Alberti ducis.

NOs Dei gracia Albertus, dux de Bruneſw., univerſis preſencia viſuris volumus eſſe notum, quod tenemur in tribus marcis puri argenti hoſpitali ſancte Marie in Bruneſw. perſolvendis abs qualibet contradictione, pro quibus volumus eidem hoſpitali dare proprietatem meram absque omni angaria in bonis nobis vacantibus, ſecundum quod fuerit eſtimatum, pro tribus marcis conparandis conmuni eſtimacione et valore, quandocunque a nobis ex parte ejusdem hoſpitalis fuerit requiſitum. In cujus rei evidenciam preſens ſcriptum noſtro ſigillo duximus roborare. Datum anno domini m° ccc° quinto infra octavam epifanie domini.

1305 Januar 16. Ritter Hermann v. Salzdahlum und Eilhard und Balduin v. Harlingberge leiſten dem Marienſpitale Gewähr, daß Friderich, Eilhards Bruder, nach ſeiner Heimkehr den Verkauf von vier Hufen zu Ahlum und zweien zu Kl.-Biewende anerkennen und ſelbige bei Herzog Albrecht aufſenden ſoll. [549

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des xiv Jahrh. de iiij manſ. in Adenum et ij manſ. in Oſterbiwende. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. hiſtor.-jurid. viii, S. 2371.*

NOverint univerſi preſencium inſpectores, quod nos Hermannus miles dictus de Soltdalem et Eylhardus ac Baldewinus dictus de Harlingebereche promiſimus fide data conmuni manu et in ſolidum procuratoribus hoſpitalis ſancte Marie in Bruneſw. pro Fredherico amico noſtro et fratre predicti Eylhardi, ut idem Fredhericus, cum ad partes Saxonie venerit, eandem ven-

dicionem et emptionem, quam fecimus maturo conſilio in quatuor manſis ſitis in Adenem et in duobus manſis ſitis in campis ville Oſterbiwende ratam et inconvulſam obſervare debeat hoſpitali ſancte Marie in Brunesw. cum omni jure et utilitate perpetuo poſſidendis et renunciare omni juri, quod ſibi conpetebat in eisdem bonis vel conpetere poterit in futuro, ac ſimiliter reſignare predictos manſos inclito domino noſtro duci Alberto des Brunesw., ſicut nos libere reſignavimus, quandocunque ab ipſo Fredherico vel a nobis ex parte predicti hoſpitalis fuerit requiſitum. Ad hec omnia premiſſa obligamus nos preſentibus unico ſigillo roboratis, cum nos Eylhardus et Baldewinus ſigillis careamus, predicte domui firmiter obſervanda. Datum anno domini m° ccc° quinto in die beati Marcelli pape et martiris.

1305 Februar 11 Wolfenbüttel. Herzog Albrecht eignet dem Marienſpitale vier Hufen zu Ahlum und zwei zu Kl.-Biewende, die Ritter Hermann v. Salzdahlum und ſeine Bruderſöhne Eilhard und Friderich ihm aufgeſandt haben. [550

Original im Stadtarchive, das Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. de iiij manſis in Adenum et ij manſis in Oſterbiwende. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. hiſtor. jurid. VIII, S. 2370*

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Albertus dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret vivacitas litterarum, hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod, cum Hermannus miles de Soltdalem et Eylardus ac Fredhericus filii quondam Fredherici fratris ſui quatuor manſos ſitos in campis ville Adhenem et duos manſos ſitos in campis ville Oſterſtenbiwende, quos a nobis tenebant in pheodo, ad manus noſtras nobis libere reſignaſſent, nos bona deliberatione prehabita cum conſenſu liberorum noſtrorum et omnium, quorum intererat, ob reverentiam omnipotentis Dei et beate ac glorioſe virginis Marie necnon pro ſalute animarum, noſtre videlicet ac parentum noſtrorum, predictos ſex manſos ab omni jure advocatie, comitie ac cujuslibet ſervitii vel gravaminis liberos et exemptos cum omni eciam jure ac pertinentiis eorum in villis, ſilvis, campis, pratis, aquis, viis hoſpitali ſancte Marie apud Longum pontem in Bruneswich mera donatione donavimus ac damus per preſentes proprietatis et libertatis tytulo, ſicut eos poſſedimus, perpetuo poſſidendos, renuntiantes pro nobis et noſtris heredibus omni juri, quod nobis in predictis manſis quocunque modo conpetebat et conpetere poſſet in futuro. Volumus inſuper predictum hoſpitale in pacifica poſſeſſione eorundem manſorum legitime defendere, ſi, quod abſit, aliquis jus aliquod aut ſervitium ſibi vendicaverit in eisdem. Igitur, ut hujusmodi donatio noſtra per nos rite facta apud nos et ſucceſſores noſtros

In den Orig. 2 fehlt debeat *25 fehlt* in

perpetuo rata maneat et inconwlſa, preſentem litteram inde conſcriptam ſupradicto hoſpitali dedimus ſigillo noſtro patenter roboratam. Teſtes eciam ſunt fideles noſtri Ecbertus de Aſſeborch, Fredhericus de Ampeleve, Johannes de Honlaghe, Johannes de Uttheſſe, milites, Johannes de Velzſtede, Johannes Felix, Henricus et Echelingus junior dicti prope cymiterium, Hermannus de Ursleve, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Actum et datum in caſtro Wulflebutle anno domini milleſimo trecenteſimo quinto tercio ydus Februarii.

1305 Februar 14. Konrad, Procurator des Marienſpitals, bekundet, daß der Prieſter Herr Heinrich v. Lippe die von Ritter Hermann v. Salzdahlum gekauften zwei Hufen zu Kl. Biewende bezahlt und unter Vorbehalt der Nutzung bis ins Jahr nach ſeinem Tode dem Spitale zu Behuf ſeiner und ſeiner Eltern Jahrzeiten geſchenkt hat, dort zeitlebens einer Pfründe am Tiſche des Prieſters und der Vorſteher genießen, auch ſolange er den Dienſt des Altars in der Hauskirche verſehen kann und mag, deſſen Hebungen aufnehmen ſoll, was der Rath beſtätigt. [551

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln. Rückvermerk des XIV Jahrh. de duobus manſis in Oſterbiwende. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. histor.-jurid. VIII, S. 2371.*

NOverint univerſi preſencium inſpectores, quod dominus Henricus dictus de Lippia, humilis ſacerdos, volens diem meſſionis extreme piis elimoſinarum operibus prevenire ob remedium anime ſue duos manſos ſitos in Oſterbiwende, quos procuratores domus hoſpitalis ſancte Marie virginis in Brunesw. ab Hermanno milite dicto de Soltdalem conparaverant, perſolvit pro viginti quatuor marcis puri argenti brunesw. ponderis et valoris eosque ad uſus pauperum jam dicti hoſpitalis erogavit hujusmodi condicionibus interpoſitis et adjectis, quod idem dominus Henricus fructus eorundem manſorum et quoslibet proventus integraliter tollet et percipiet ad tempora vite ſue annis ſingulis expedite. Et cum eundem dominum Henricum mori contigerit, primo anno tempore meſſis poſt obitum ejus teſtamentarii predicti domini Henrici integraliter cenſum et fructus eorundem manſorum percipient et distribuent, ubicumque idem ſacerdos legando aſſignaverit erogandos. Sequenti autem anno tempore meſſis predicti duo manſi cum omni proventu et quolibet jure ad predictum hoſpitale ſine quolibet impedimento devolventur perpetuis temporibus poſſidendi in hunc modum, quod procurator predicti hoſpitalis in anniverſario prememorati domini Henrici pro ſalute anime ejus ac parentum ſuorum de cenſu et fructibus unius manſi ſervicium ac conſolacionem pro refectione infirmorum jacencium et exiſtencium in eodem hoſpitali annis ſingulis uſu perpetuo miniſtrabit expedite; cenſus et fructus alterius manſi in communes uſus pauperum ejusdem domus convertentur, prout procura-

Im Orig. 22 contingerit

tori domus extunc videbitur melius expedire. Ad hec omnia premiſſa firmiter obſervanda ego Conradus, procurator predicte domus, obligo me et meos ſucceſſores una cum ipſo hoſpitali preſentibus ſigillo predicte domus roboratis. Inſuper pleno conſenſu proviſorum ejusdem domus, ſcilicet Johannis de Veltſtede et Eckelingi ſupra cimiterium, pro diverſis ſerviciis et laboribus, in quibus hactenus idem dominus Henricus ſe fidelem hoſpitali pluries exhibuit, habebit prebendam in curia hoſpitalis in menſa ſacerdotis et procuratoris ad tempora vite ſue. Ceterum fructus altaris eccleſie ejusdem domus cedent eidem ſacerdoti domino Henrico, ſecundum quod ſacerdotes ſui anteceſſores perceperunt expedite. Si vero idem ſacerdos cauſa longe egritudinis vel commodi habendi altari preeſſe nollet et eccleſie ejusdem domus in divinis obſervandis, extunc, quicunque preeſſet eccleſie et altari in officio divino, tolleret fructus cedentes de altari. Nos Hermannus Wulverammi, Henricus ſupra cimiterium, Hermannus Eyko, Johannes de Oldendorpe, Conradus Elie, Conradus Holtnickere et ceteri pro tempore Conſules civitatis Brunesw. in teſtimonium omnium premiſſorum, ne pia devocio prememorati domini Henrici caſſetur, et in poſterum obſerventur premiſſa a procuratoribus dicte domus, ſigillum noſtre civitatis preſentibus duximus apponendum Datum anno domini m° ccc° quinto in die beati Valentini martiris.

Im Orig. 6 **ceterim**

1305 März 12 Ritter Johann Frieſe verkauft dem Marienſpitale eine Hufe zu Hedeper. 552

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. Heydebere. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. hiſtor.-jurid. VIII, S. 2373*

Noverint univerſi tam preſentes quam poſteri preſentis pagine perpetui temporis inſpectores, quod ego Johannes miles dictus Friſo unum manſum ſitum in campo ville Hedebere, quem ab illuſtri viro domino meo Symone comite in Dasle in pheodo tenui, pro pecunia undecim marcarum argenti bruneswicenſis ponderis et valoris procuratori domus hoſpitalis ſancte Marie virginis apud Longum pontem in Brunswich vendidi ab eadem domo perpetuis temporibus poſſidendum, obligans me per preſentes pro meis heredibus, quod nulla arte ſeu ingenio huic mee venditioni debeant contrarium invenire. Igitur, ut hec inconwlſa et integra permaneant, preſentem litteram inde confectam duxi mei ſigilli robore muniendam. Teſtes hujus rei ſunt Wernerus de Suderodde, Ludolfus de Ghetlede, Fredericus de Bunede, Conradus de Zowighe, milites, Hermannus Holtniker, Conradus Elye, Egkelighus junior apud cimiterium, Johannes de Velſtede, cives in Bruneswich, et alii plures fide digni. Datum anno dominice incarnationis m° ccc° quinto in die beati Gregorii pape.

1305 März 12. Graf Simon von Daſſel eignet dem Marienſpitale die von dem Ritter Johann ***Frieſe gekaufte Hufe zu Hedeper.*** [553

Original im Stadtarchive, das Siegel an gelbem Seidenſtrange. Rückvermerk des xiv Jahrh. Heydebere. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. hiſtor.-jurid. viii, S. 2371. — Formular wie Nr 550.*

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia Symon, comes de Dasle, omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum et ceſſare, niſi vivacitas litterarum eas roboret et confirmet, hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod, cum Johannes miles dictus Friſo unum manſum ſitum in campis ville Hedebere, quem a nobis in pheodo tenuit, ad manus noſtras nobis libere reſignavit, nos igitur bona deliberatione prehabita cum pleno conſenſu omnium noſtrorum heredum ob honorem Dei et glorioſe virginis Marie ac pro ſalute anime noſtre predictum manſum ab omni jure advocatie, comicie ac cujuslibet ſervitii vel gravaminis liberum et exemptum cum omni jure ac pertinentiis ejus in villis, campis, ſilvis, pratis, aquis, viis hoſpitali ſancte Marie apud Longum pontem in Bruneswich mera donatione donavimus et damus per preſentes proprietatis et libertatis titulo, ſicut eum poſſedimus, perpetuo poſſidendum, renuntiantes pro nobis et omnibus noſtris heredibus omni juri, quod nobis in predicto manſo quocunque modo competebat et competere poſſet in futuro. Volumus etiam predictum hoſpitale in eodem manſo, quocunque modo poterimus, defendere et tueri. Igitur, ut hujusmodi donatio noſtra per nos rite facta apud nos et noſtros ſucceſſores perpetuo rata permaneat et inconwlſa, preſentem litteram inde conſcriptam ſupradicto hoſpitali dedimus ſigillo noſtro patenter roboratam. Teſtes etiam ſunt Wernerus de Suderode, Ludolfus de Getlede, Fredericus de Bunede, Conradus de Sowige, milites, Johannes Felix, Johannes de Velſtede, Eggelingus ſupra cimiterium, cives in Bruneswich, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo quinto in die beati Gregorii pape.

Im Orig. 6 ceſſari 11 ab]cum 12 *fehlt* in 16 *fehlt* modo 18 permaneant

1305 nach März 14. Friderich v. Alvensleben, Präceptor der Templer in Deutſch- und Wendland, verkauft Hermann v. Uehrsleben und Johann v. Achim einen Hof und drei Hufen zu Lamme. [554

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel.

FRater Fredericus de Alvenſcleve, Dei gracia domorum milicie templi in Alamannia et Slavia preceptor humilis, univerſis preſencia viſuris in perpetuum. Ne ea, que fiunt in tempore, ſimul labantur cum tempore, neceſſe extitit res geſtas ſcripturis auctenticis roborare. Hinc eſt, quod univerſis volumus eſſe notum, quod nos vendidimus jure pheodali curiam in Lamme cum tribus manſis et omnibus aliis pertinenciis tam in villis quam in campis, pratis, paſcuis,

***Im Orig.* 32 *fehlt* quam in**

ſilvis discretis viris Hermanno de Ursleve et Johanni de Achem, burgenſibus in Brunesw., et eorum veris heredibus pro triginta quinque marcis puri argenti. Ipſis veram warandiam tam in bonis quam in pheodo, ſicut dominus tenetur ſuos vaſallos warandare, preſtare volumus, ubicunque fuerit oportunum, nobis tamen proprietate et dominio pheodali reſervatis. Si vero dictus Hermannus dictas proprietatem et dominium pheodale emere decreverit pacto inter nos et ipſum ex nunc facto pro quinque marcis puri argenti. ſibi easdem proprietatem et dominium pheodale vendere non debemus nec volumus recuſare. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus preſentibus apponendum. Datum anno domini m° ccc° quinto poſt dominicam Reminiſcere.

1305 April 14 Braunſchweig. Bruder Friderich v. Alvensleben, Präceptor der Templer in Deutſch- und Wendland, überläßt Johann Salgen und Heinrich vom Kirchhofe ſtatt der ihnen am 7. Mai 1303 verkauften Rente aus den Höfen Süpplingenburg und Tempelachim und für weitere 50 Mark den Zehnt und fünf Hufen zu Callem. 555

Transſumt in der Urkunde vom 11 Auguſt 1315

NOs frater Fredhericus de Alvensleve, humilis preceptor domorum militie templi Jheroſolimitani per Alemaniam et Slaviam, preſentibus publice recognoſcimus et teſtamur, quod, quia predeceſſor noſter, frater Fridhericus dictus Silveſter, vendiderat Johanni Felici et Henrico dicto ſupra cimiterium, burgenſibus in Brunswic, et ipſorum heredibus pro centum marcis puri argenti decem marcas ejusdem argenti nomine annue penſonis dandas ipſis ſingulis annis de domibus noſtris Tempelachem et Supplingeborch, nos eximendo nos et confratres jam dictarum domorum a ſolucione predictarum decem marcarum dedimus pro eis prenominatis burgenſibus et ipſorum heredibus et in ipſos transtulimus cum conſenſu et ſcitu multorum confratrum noſtrorum decimam noſtram in Callem et ſeptem manſos in campis ibidem cum omni utilitate ac jure, ſilvis, campis, agris, pratis et viis tytulo et jure proprietatis ac libertatis, ſicut nos poſſedimus, libere poſſidenda. Et miſimus ipſos in eorundem bonorum poſſeſſionem renunciando pro nobis et noſtris confratribus omni juri, quod nobis in eis competebat et competere potuiſſet, ita tamen, quod nobis ad predictas centum marcas prius expenſas quinquaginta marcas addiderunt. Igitur, ut ipſi predicta bona ſine omni inpeticione pacifice poſſideant, preſentem litteram inde conſcriptam pro evidenti teſtimonio omnium premiſſorum ipſis dedimus ſigillo noſtro patenter communitam. Teſtes eciam ſunt Alvericus ſacerdos et Martinus, fratres curie noſtre Brunswic, frater Thidericus de Wermſtorp, Johannes de Holage et Bertrammus de Vel-

Im Orig. 22 ſitu

tem. milites, Johannes de Velſtede, Hermannus de Ursleve, Hermannus Holtnicher, Jordanus Sthapel junior, Echeligus dictus prope cimiterium, Thedolfus de Graslege, familiaris noſter, burgenſes in Brunswic, et plures alii fide digni. Actum et datum ibidem anno domini m° ccc° v° **in die ſanctorum Tyburcii et Valeriani martirum.**

1305 April 21. Das Kreuzkloſter verkauft der Witwe Ludolf Monetarius' eine halbe Mark jährlichen Zinſes an zweien ſeiner Gärten. [556

Original zu Wolfenbüttel mit zwei Siegeln, das des Conventes ſtark beſchädigt.

NOs Johannes prepoſitus et plebanus in Cantelſem, Gertrudis abbatiſſe, Adelheydis prioriſſa totumque collegium ſancte Crucis in Monte curſorum juxta muros Brunesw. univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris ſinceram in domino karitatem. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimul labantur cum tempore, ſolent ſcripture fideli teſtimonio perhennari. Hinc eſt, quod nos habito tractatu et utilitate noſtre eccleſie inſpecta vendidimus domine Sophie de ſeptem turribus, relicte Ludolfi Monetarii quondam civis Bruneswicenſis, dimidiam marcam puri argenti brunesvicenſis ponderis et valoris annui cenſus, pro qua eidem aſſignavimus duos ortos, quorum unus ſitus eſt apud noſtram curiam, qui vocatur Clushane, quem Luderus et Gertrudis habent, ſolvens ſingulis annis in feſto paſce quinque ſolidos et in feſto beati Michaelis quinque ſolidos, reliquus vero ſitus eſt juxta Ovecram et locum, qui Ketelcole appellatur, quem habet Johannes Tector, ſolvens ſeptem ſolidos annis ſingulis et terminis jam premiſſis, ipſam in corporalem poſſeſſionem eorundem ortorum preſentibus inducendo, ita quod ad tempora vite ſue de dictis ortis fertonem unum recipiet in termino quolibet premiſſorum. Et ſi cenſus dictorum ortorum fuerit diminutus, ut dimidia marca recipi nequeat de eisdem, ad ſupplendum defectum hujus in omnem eventum nos preſentibus obligamus, hac tamen condicione adjecta, quod poſt obitum predicte domine anniverſarius dies in noſtro peragetur monaſterio, et tunc fiet conventui conſolacio ſive ſervicium, prout dimidia marca ſe extendit. Si autem, quod abſit, per nos vel noſtrorum proviſorum negligenciam conſolacio facta non fuerit tempore conſtituto, nos jam dicte Sophie heredibus damus liberam facultatem per ſe dictum cenſum extorquendi ad ſervicium faciendum. Pro hiis autem omnibus ſeptem marcas puri argenti, quas in uſus eccleſie noſtre expendimus, recepimus in reſtaurum. In hujus rei evidentiam preſentem litteram noſtris ſigillis, ſcilicet prepoſiti et conventus, duximus roborare. Teſtes ſunt Ecbertus ſupra cimiterium et filius ſuus, Johannes Felix et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m° ccc° **quinto feria quarta in feſto paſce.**

Im Orig. 14 aſignavimus ortus

1305 Mai 1. Die Brüder v. Oberg, Johannes, Kanonicus zu Hildesheim, und Ritter Hildemar, eignen dem Marienſpitale zwei Hufen zu Timmerlah, die die Brüder Eliä von ihnen zu Lehen getragen und aufgeſandt haben. [557

Original im Stadtarchive, beide Siegel an gelben Seidenſträngen. Rückvermerk des XIV Jahrh. de duobus manſis in Tymberla. *Gedruckt bei Piſtorius, Amoen. hiſtor.-jurid. VIII, S. 2375. — Formular wie Nr 550 u. 53.*

IN nomine domini amen. Johannes, Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie canonicus, Hildemarus miles, fratres dicti de Oberghe, omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum et ceſſare, niſi vivacitas litterarum eas roboret et confirmet, hinc eſt, quod notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod, cum Conradus et Henricus filii quondam Johannis Elye duos manſos in campis ville Timberla ſitos, quos a nobis in pheodo tenuerunt, ad manus noſtras nobis libere reſignaſſent, nos bona deliberacione prehabita cum pleno conſenſu omnium noſtrorum heredum ob honorem Dei etglorioſe virginis Marie ac pro ſalute animarum noſtrarum predictos manſos ab omni jure advocatie ac cujuslibet ſervicii vel gravaminis liberos et exemptos cum omni jure ac pertinentiis eorum in villis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, viis hoſpitali ſancte Marie apud Longum pontem in Bruneswich mera donatione donavimus et damus per preſentes proprietatis titulo, ſicut eos poſſedimus, perpetuo poſſidendos, renunciantes pro nobis et omnibus noſtris heredibus omni juri, quod nobis in predictis manſis quocunque modo conpetebat et conpeteret in futuro. Volumus eciam predictum hoſpitale in eisdem manſis, quocunque modo poterimus, defendere et tueri. Igitur, ut hujusmodi noſtra donatio per nos rite facta apud nos et noſtros ſucceſſores perpetuo rata permaneat et inconwlſa, preſentem litteram inde conſcriptam ſupradicto hoſpitali dedimus ſigillorum noſtrorum patenter munimine roboratam. Teſtes hujus rei ſunt Johannes de Velſtede, Egkelighus junior apud cimiterium, Conradus et Henricus fratres dicti Elye, cives Bruneswicenſes, et alii plures fide digni. Datum anno domini m° ccc° quinto in die beatorum apoſtolorum Philippi et Jacobi.

Im Orig. 8 ceſſari 9 ab lcum 14 *fehlt* in

1305 Juli 22 Braunſchweig. Biſchof Sigfrid von Hildesheim verheißt den Beſuchern und Gutthätern der H. Geiſtskapelle vierzigtägigen Ablaß und beſtätigt den der Biſchöfe von Münſter ***und von Halberſtadt.*** [558

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche) mit Siegel. — Formular wie Nr 545.

SIfridus Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus omnibus hoc ſcriptum viſuris ſalutem in domino. Cupientes, ut cappella ſancti Spiritus extra muros civitatis Brunswich Hildenſemenſis dyoc. congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui dictam cappellam ad honorem ſancti Spiritus ac ſancte Marie virginis et omnium ſanctorum cauſa devocionis acceſſerint divine propiciacionis graciam petituri, aut qui memorate cappelle de bonis ſibi a Deo collatis manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum apoſtolorum ejus Petri et Pauli meritis et interceſ-

ſione confiſi xl dies indulgentie de injuncta ſibi penitentia in domino miſericorditer relaxamus. Inſuper indulgencias venerabilium in Chriſto patrum Halberſtadenſis ac Monaſterienſis eccleſiarum epiſcoporum preter karinas dicte cappelle conceſſas auctoritate ordinaria confirmamus ſub preſentium teſtimonio litterarum. Datum Brunsw. anno domini m°ccc°v° in die beate Marie Magdalene.

1 *Nr 545* xl dies et karenam

1305 September 8 Braunſchweig. Die Brüder Eliä an Biſchof Albrecht von Halberſtadt: ſenden zu Gunſten des Marienſpitales den Zehnt zu Veltheim und auf dem Lappenberge auf. [559

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln. Rückvermerk des XIV Jahrh. de decima in Velthem et decima in Lappenberch.

REverendo in Chriſto patri domino ſuo Alberto Halberſtadenſis eccleſie epiſcopo Conradus et Henricus fratres, filii quondam Johannis Elye, burgenſes in Bruneswic, quantum poſſunt, in omnibus tam debiti ſervicii quam honoris. Noverit veſtra reverencia, quod per discretos viros Johannem de Velſtede, Echelinghum dictum prope cimiterium et Conradum, proviſores hoſpitalis ſancte Marie apud Longum pontem in Bruneswic, eſt nobiscum pro utilitate dicti hoſpitalis taliter placitatum, quod decimam in Velthen et decimam dictam in Lappenberge, quas a vobis tenemus in pheodo, vobis duximus reſignandas et eas per preſentes litteras vobis reſignamus, ita videlicet, ut eas ſeu proprietates earundem transferatis in hoſpitale ſancte Marie in Bruneswic ſupradictum. Quod ſi per vos aliquo impedimento interveniente, quod abſit, factum non fuerit, tunc hujusmodi reſignationes noſtre ſint inefficaces et irrite et in nullo penitus valiture. In hujusmodi igitur reſignationum noſtrarum evidentiam preſentem litteram ſigillis noſtris roboratam dominationi veſtre duximus transmittendam. Datum Bruneswic anno domini milleſimo trecenteſimo quinto ſexto ydus Septembris.

1305 September 12 Halberſtadt. Biſchof Albrecht und Domkapitel zu Halberſtadt eignen dem Marienſpitale den halben Zehnt zu Kl.-Biewende, den die Brüder v. Dorſtadt, und den auf dem Lappenberge, den die Brüder Eliä aufgeſandt haben. [560

Original im Stadtarchive, beide Siegel an rothen Seidenſtrangen. Rückvermerk des XIV Jahrh. de ½ decima in Oſterbiwende. *Gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt III, S. 20. — Formular wie Nr 550.*

IN nomine ſancte et individue trinitatis Albertus Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret

Im Orig. 29 ea

vivacitas litterarum, hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis, quod, cum nobiles viri Fridericus et Waltherus fratres de Dhorſtat dimidietatem totius decime in Oſterbywendhe, quam a nobis tenebant in pheodo, et Conradus ac Hinricus fratres, filii quondam Johannis Helye burgenſis in Bruneswic, decimam dictam in Lappenberghe apud Brunesw., quam etiam a nobis tenebant in pheodo, libere nobis reſignaſſent procurantibus et id apud ipſos efficientibus discretis viris, videlicet Johanne de Veltſtede, Echelingho prope cymiterium et Conrado laico, proviſoribus hoſpitalis ſancte Marie apud Longum pontem in Brunesw., nos volentes ob reverentiam omnipotentis Dei et beate ac glorioſe virginis Marie necnon pro ſalute anime noſtre debilibus ac pauperibus predicti hoſpitalis pie et miſericorditer ſubvenire, proprietates videlicet totius dimidie decime in Oſterbywendhe et alterius decime in Lappenbergh predicte cum expreſſo conſenſu noſtri capituli donavimus et in nomine domini per preſentes donamus hoſpitali ſancte Marie in Brunesw. predicto cum omni earum jure, utilitatibus ac proventibus libere et quiete perpetuo poſſidendas. Igitur, ut hec donatio noſtra pie et rationabiliter facta noſtris ſucceſſoribus innoteſcat et apud ipſos perpetuo rata permaneat, preſentem litteram inde conſcriptam hoſpitali predicto dedimus ſigillo noſtro patenter roboratam. Nos etiam Gherardus Dei gracia prepoſitus, Fridericus decanus totumque capitulum Halberſtadenſis eccleſie recognoſcimus et teſtamur, donationem proprietatum predictarum decimarum cum expreſſo conſenſu noſtro et concordi voluntate per dominum noſtrum epiſcopum ſupradictum eſſe factam hoſpitali ſancte Marie ſepedicto, et nos earundem decimarum alienationi conſenſiſſe et velle perpetuo ſine omni exceptione conſentire. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum capituli noſtri una cum ſigillo domini noſtri epiſcopi ſupradicti preſentibus duximus apponendum. Datum Halberſtat anno domini m°ccc°v° pridie ydus Septembris.

1305 September 20 Hildesheim. Abt Thedolfus und Convent zu Ringelheim (Ringhelem) *überlaſſen Biſchof Sigfrid von Hildesheim und ſeiner Kirche aus Erkenntlichkeit für den ihrem Kloſter geſchenkten Zehnt von der Rodung am Eſenberge* (montis dicti Eſenberg prope Ringhelem) *ihre Eigenleute und Laten, die von ihnen keine Latgüter haben, außer zwei Brüdern, die zu Braunſchweig wohnen* (homines noſtros proprios ac litones, qui nulla bona a nobis tenent litonica, cum heredibus ab ipſis legitime deſcendentibus, duobus tamen fratribus in Brunswic conmorantibus exceptis . . . . ita quod alii litones, qui bona tenent litonica, aſtricti noſtro remaneant monaſterio). Actum et datum Hildenſem anno domini m°ccc° quinto in vigilia beati Matthei apoſtoli. [561

Original zu Hannover.

1305 October 16 Lüneburg. Die Brüder v. Oedeme bekennen ſich einverſtanden, daß der Vicar des Altars ihrer H. Kreuzkapelle zu Lüneburg von deſſen Einkünften gewiſſe Hebungen aus dem Hauſe Münzing im Salzwerk der Witwe Johanns v. Melbeck verkauft hat. [562

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche) mit drei Siegeln.

NOs Ghevehardus et Gherardus milites, Godevardus famulus fratres dicti de Odeme preſentibus recognoſcimus, de noſtro et noſtrorum heredum eſſe et fuiſſe conſilio et favore, quod dominus Johannes, perpetuus vicarius altaris noſtri ſancte Crucis in Antiqua civitate Luneburch, dictus Lutteke, vendidit de reditibus ejusdem altaris domine Menburgi, relicte Johannis de Melbeke ſane memorie, cenſum duarum marcarum luneb. denariorum quolibet anno in feſto ſancti Michahelis in ſalina Luneburch in domo Můntzinghe in dominiis et uno ultimo choro ſalis duarum ſartaginum ad ſiniſtram manum, cum itur in ipſam domum, poſitarum jure poſſidendum hereditario et ad faciendum prorſus et dimittendum, quicquid eidem videbitur utilius expedire. Super quo noſtra ſigilla preſenti ſcripto in teſtimonium ſunt appenſa. Datum Luneburch anno domini m° ccc° v° Galli et Lulli confeſſorum.

1305 Oktober 16 Lüneburg. Der Rath zu Lüneburg bezeugt den vorſtehenden Verkauf. [563

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche) mit Siegel.

NOs Conſules civitatis Luneburch, Andreas, Nicolaus de molendino, Sifridus Hoyke, Albertus Hollo junior, Valemarus de Sacco, Hermannus de arena, Bertoldus Longus, Henricus de Lubeke, Johannes Weddiſſen, Henricus de Parchem, Georgius Swicker, recognoſcimus preſenti teſtimonio litterarum, quod dominus Johannes vicarius altaris ſancte Crucis in Antiqua civitate, dictus Lutteke, de conſilio et conſenſu Ghevehardi et Gherardi militum et Godevardi famuli fratrum de Odeme, altaris ejusdem patronorum, vendidit domine Menburgi, relicte Johannis de Melbeke bone memorie, cenſum duarum marcarum quolibet anno in feſto ſancti Michahelis in ſalina Luneburch in domo Muntzinghe in dominiis et uno ultimo choro ſalis duarum ſartaginum ad ſiniſtram manum, cum ipſa domus intratur, ſitarum jure poſſidendum hereditario et ad faciendum ſane et dimittendum, quicquid in morte vel in vita facere decreverit cum eodem. In cujus contractus teſtimonium noſtre civitatis ſigillum preſenti pagine duximus apponendum. Datum Luneburch anno domini m° ccc° v° Galli et Lulli confeſſorum.

1305 October 29 Hildesheim. Biſchof Sigfrid von Hildesheim verheißt denen, die auf dem Kirchhofe zu St Michaelis für die Todten beten, vierzigtägigen Ablaß. [564

Das Original iſt verſchollen; gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen Hiſt. Supplem. S. 72.

Sifridus Dei gratia Hildeſemenſis eccleſie epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus, ad quos preſentes litere pervenerint, ſalutem in filio virginis glorioſe. Ad honorem et gloriam omnipotentis Dei et ad reverentiam beati Michaelis ac devotarum precum intuitu domini Johannis plebani ſancti Michaelis in Bruneswich nec non ad exitandum devotionem Chriſti fidelium, cum ſancta et ſalubris ſit cogitatio pro defunctis exorare, omnibus vere penitentibus, confeſſis et contritis, qui cauſa devotionis cimiterium dicte eccleſie circumiverint humiliter et pie pro omnibus ibidem ſepultis et omnibus fidelibus defunctis orantes xl dies indulgentiarum de injuncta ſibi penitentia de omnipotentis Dei confiſi miſericordia auctoritate, qua fungimur, miſericorditer in domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Hildensh. anno domini m° ccc° v° in craſtino beatorum apoſtolorum Simonis et Jude.

1305 November 1 Halberſtadt. Biſchof Albrecht von Halberſtadt beſtätigt die der Magnikirche von Erzbiſchof Giſelbert von Bremen und Biſchof Friderich von Verden ertheilten Abläſſe [565

Original im Stadtarchive, das Siegel fehlt. Gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſtadt III, S. 23.

Albertus Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus preſentia viſuris ſalutem in domino ſempiternam. Devotioni fidelium dare operam cupientes indulgentias venerabilium patrum Ghiſelberti ſancte Bremenſis archiepiſcopi et Friderici Verdenſis epiſcopi eccleſiarum, quorum quilibet unam dierum quadragenam eccleſie ſancti Magni martiris in Brunesw. ſuis litteris eſt largitus, approbantes ratasque et gratas habentes per noſtram dyoceſim in nomine domini preſentibus confirmamus In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum appendimus huic ſcripto. Datum Halberſt. anno domini m° ccc° v° kal. Novembris.

1305 December 12 Hildesheim. Archidiakonus Bernhard befiehlt den Pfarrherren hildesheimſcher Diöceſe zu Braunſchweig, die Schuldner der Kirche St Andreä zur Zahlung anzuhalten. [566

Original im Stadtarchive mit Siegel.

Bernardus Dei gracia canonicus Hildenſemenſis et archidiaconus in Bruneswic dilectis in Chriſto plebanis ibidem ſeu eorum vicem gerentibus Hildenſemenſis dyoc. ſalutem in domino Mandamus vobis, quatenus debitores eccleſie ſancti Andree apud vos moneatis attente, quatenus procuratoribus ejusdem eccleſie ſatisfaciant de debitis jam dudum neglectis infra xiiij dierum ſpatium a tempore monitionis hujusmodi numerandum. Alioquin ipſos ad hoc auctoritate noſtra tam in genere quam in ſpecie per cenſuram eccleſiaſticam compellatis. Datum Hildenſem anno domini m° ccc° v° in dominica Gaudete in domino ſemper.

1305 December 14. Herzog Otto beſtätigt, daß Johann Salge der Martinikirche zum Dienſte zweier Altäre anderthalb Scheffel Salz aus dem Hauſe Deing zu Lüneburg gewidmet hat. [567

Zwei bis auf wenige Abweichungen gleichlautende Originale im Stadtarchive; das Siegel beidemal an rothen Seidenſträngen. Rückvermerk des xiv Jahrh. littera de ſalina in Luneborch.

IN nomine ſancte et individue trinitatis. Otto Dei gracia dux de Brunesw. et de Luneborech ad perpetuam rei memoriam tenore preſencium pupplice recognoſcimus ac teſtamur, quod Johannes dictus Felix, burgenſis in Brunesw., diem meſſionis extreme piis elemoſinarum operibus prevenire volens in remedium anime ſue ac parentum et ſuorum amicorum de noſtro expreſſo conſenſu et beneplacito ac omnium legitimorum heredum noſtrorum donavit et contulit, ſuis amicis conſulentibus et faventibus, ecceleſie ſancti Martini in Brunesw. ad officiandum duo altaria duabus miſſis ſingulis diebus per duos ydoneos ſacerdotes ſecundum formam inter plebanum ejusdem eccleſie et dictum Johannem Felicem ſecundum prudentum virorum conſilium ordinatam unum chorum ſalis cum dimidio in ſalina Luneborech ſitos in tota domo Deynghe quolibet flumine percipiendos jure proprietatis cum omni libertate perpetuo poſſidendos, quos prefatus Johannes nobis eciam et noſtris legitimis heredibus volentibus et conſencientibus expreſſe emit rationabiliter et legitime a Henrico dicto Stapel burgenſi in Brunesw. et Gherhardo fratre ſuo ſibi predicta bona vendentibus et tradentibus jure proprietatis et omnimode libertatis, ſicut dicti fratres et eorum anteceſſores, ſcilicet Henricus de Veltſtede et ſui heredes, hactenus poſſederunt, prout in privilegio ipſis a nobis dato expreſſius continetur. Nos igitur ad ampliandum divini nominis cultum et devote ſinceritati ac ſincere devotioni ſupradicti Johannis favorabiliter inclinati provida deliberatione prehabita emtionem et venditionem ſupradictas necnon eciam donationem de bonis ſupradictis ab eodem Johanne prefate eccleſie ſancti Martini ad uſus altarium pie factam ratificamus, approbamus ac preſentibus confirmamus volentes eandem eccleſiam ſeu plebanum ipſius, qui pro tempore fuerit, pacifica et quieta poſſeſſione ac jure proprietatis perpetue predictorum bonorum gaudere ad uſus altarium, velut eſt premiſſum, cum eorundem inviolabili libertate. Ut autem hec omnia et ſingula firma et rata a nobis et noſtris heredibus inviolabiliter perpetuis temporibus obſerventur, et ut ea, que inſpiratione divina ſunt geſta, humana temeritas quomodolibet infringere non preſumat, preſens ſcriptum in evidenciam premiſſorum et cautelam futurorum ſupradicte eccleſie dedimus noſtri ſigilli munimine conmunitum. Hujus rei teſtes ſunt venerabilis dominus Henricus prepoſitus ſancti Ciriaci, dominus Lukemannus canonicus ſancti Blaſii, dominus Borchardus de Cramme, dominus Rotgherus de Guſtede, dominus Henricus de Wenden, dominus Lippoldus de Cramme, milites, Hermannus de Ursleve, Conradus Elie, Johannes de Veltſtede, Henricus ſupra cimiterium, Hen-

7 dictus *fehlt B* 16 Ghevehardo *B* 19 poſſiderunt *B* 27 divina] diva *A* 30 honorabiles *B* Ciriacii *A*

ricus de domo, burgenſes in Bruneswic, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° quinto decimo nono kalendas Januarii.

1305 December 21 Braunſchweig. Herzog Albrecht ertheilt den Lakenmachern in der Neuſtadt daſſelbe Privilegium wie Herzog Heinrich 1293 Februar 19 (Nr 387). [568

1, S. 26.

1305 December 21. Der altſtädter Rath bekundet, von den Brüdern Heinrich und Friderich v. Alvensleben 20 Mark ſtendalſcher Währung zum Bau der Martinikirche, jedoch unter zehnjährigem Vorbehalt des Anſpruchs der unbekannten Eigenthümer, empfangen zu haben. [569

Gleichzeitige Abſchrift in dem dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt vorgebundenen Gedenkbuche Bl. 1'. Am Rande: Conſules dederunt relicte Hildebrandi de Alvelde . . *(die Zahl zerſtört)* marcas per abbatem Vallis ſancte Marie ſolutas. Item eidem relicte v marcas per ſororem ejusdem clauſtralem ſolutas. Item ij marcas per ſororem ſolutas.

Nos pro tempore Conſules civitatis Brunswic, Hermannus Wlverammi, Conradus Holtnicker et ceteri, notum facimus univerſis, quibus preſens ſcriptum fuerit exhibitum noſtre civitatis ſigillo communitum, quod xx marcas ſtendal. argenti recepimus ab honeſtis militibus Henrico et Fredherico fratribus dictis de Alvensleve ad ſtructuram eccleſie ſancti Martini in Brunswic ſub hac forma. Si aliquis noſtrorum burgenſium infra x annos a feſto nativitatis domini proxime affuturos edocuerit venerabilem dominum . . abbatem Vallis ſancte Marie interſigno ſibi noto, et ſufficienti interſigno Conſules noſtre civitatis, hujusmodi pecuniam ſuam tunc fuiſſe, cum iidem milites vel eorum familia acceperit, ſibi reſtituemus predictas xx marcas ſub eodem valore et pondere, quo nos fatemur recepiſſe, cum predicti milites quibusdam noſtris burgenſibus de predicta parra eorum eſtimacione abstulerunt pecuniam memoratam. Annis vero x elapſis nulli hominum de cetero tenebimur pro hujusmodi pecunia vel aliqua cauſa quocunque modo emergente reſpondere vel quicquam ſolvere, ſet eccleſie predicte perpetuo permanebit, nec preſens litera poſtmodum alicujus fuerit firmitatis vel valoris, ſet permanebit pro omni ſua parte caſſa, irrita et inanis. Actum anno domini m° ccc° v° in die beati Thome apoſtoli.

1306. *Allerlei Theidung.* [570

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. — Fortſetzung von Nr 521.

Bl. 13' Anno domini m° ccc° vj° ante epiphaniam domini[a] venit Albertus de Wobeke Brunswic nuntians fratribus Ludolfi Grubonis et aliis ſuis amicis, quod Johannes Eyko c et viij marcis

a Januar 6

debitus eſſet ei. et petivit idem Albertus fratres dicti Ludolfi, ut cum Hermanno Eykone et aliis ſuis amicis ſuper ſolucione talium debitorum amicabiliter placitarent. De conſenſu partium utrarumque coram nobis Conſulibus ſuper debitis hujusmodi ſic extitit placitatum, quod medietas omnium debitorum, que dictus Johannes mutuavit, cedet domino Ecberto de cimiterio, et de ſingulis partibus montium pars media cedet ei. dicto autem Ludolfo Gruboni de alia media parte debitorum, que Johannes premiſſus mutuo preſtitit, media pars cedet, et Hermanno Eykoni et ſuis fratribus alia media pars. Et quicquid dictus Ludolfus receperit de ſua media parte, hoc defalcabit de ſumma et pecunia memorata. In qua parte ſi quem defectum habebit, pro eo recuperando colet mediam partem montium|ſub expenſis propriis ſet illas tamen expenſas pri- *Bl. 14* mo inde tollet. expenſis vero inde receptis montes tam diu colet, donec ſuam pecuniam integraliter receperit. Extunc una quarta pars montium perpetuo manebit Ludolfo Gruboni, et alia quarta pars Hermanno Eykoni et ſuis fratribus. Super iſto fratres et amici dicti Ludolfi dimiſerunt Johannem et omnes, quorum intereſt, coram Deo et hominibus liberos et ſolutos.

Heyſo de Ursleve renuntiavit omnibus bonis ad ipſum devolutis ex parte uxoris ſue per mortem Johannis de Luckenum. pro quo ſorori ſui, Henricus et Johannes fratres de Luckenem, cum conſenſu matris ſue dabunt eidem Heyſoni xxij mr puri argenti. Preterea pro viij mr puri argenti, quas eisdem preſtitit, dimiſerunt ei unum manſum in campo ville Soltdalum cum omni jure et omnibus pertinenciis, ſicut ad ipſos pertinebat, quem reemere poſſunt pro decem mr puri argenti, quandocunque ipſis fuerit oportunum. Dictum autem manſum predicti fratres in ſua pheodali poſſeſſione obtinebunt, donec Heyſo inpheodari poterit de eodem, et fructus ejusdem manſi cedent Heyſoni integraliter. Item dimiſerunt ei pro xx mr puri argenti ij manſum et vj jugera in campo ante civitatem Brunswic propriorum bonorum, de quibus Heyſo nichil percipiet nec ſui heredes ante obitum matris predictorum Henrici et Johannis ſet poſt mortem matris eorum Heyſo et ſui heredes percipient dicta bona. ſepedicti tamen fratres ipſa reemere poterunt, cum expedit eis, pro xx mr puri argenti. Item Henricus et Johannes fratres ſepedicti cum eorum matre ſunt taliter concordati, quod ordinabunt ipſam inpheodari duobus manſis, ſive ſint in campo ville Rotne, ſive in campo ville Soltdalum, et illos ij manſos habebit cum omni jure et omnibus pertinenciis. Item dimiſerunt ei j eram in antiquo foro ſolvens annis ſingulis ij tal et vj ſol. Item dimiſerunt ei iiij manſos et dimidium ante civitatem Brunswic cum omni uſu et pertinenciis, et ſi qui ex hiis pheodales ſint, de illis ipſam inpheodari ordinabunt infra hinc et feſtum ſancti Michahelis proxime affuturum quod ſi efficere non poterunt usque ad terminum predictum, extunc predicte matri ſue liberum erit vendere domum ſuam, et quicquid ſolverit ultra xxxvj mr, pro quibus vendite ſunt in eadem domo iij marce annue penſionis, hoc *Bl. 14'*

In der Handſchr. 17 quos 24. 26 earum

ipſa habebit ad uſus ſuos neceſſarios. Item de debitis mariti ſui ipſa nichil ſolvet, ſet illa debita dicti fratres ſolvere tenebuntur. Actum anno domini m°ccc°vj° feria vj° ante dominicam Judica.[a]

Tidericus de Blekenſtede dedit filie ſue quartam partem totius decime in Ilſedhe, cum qua amici ejus ipſam locabunt, ubi eis videbitur expedire. Et idem Thidericus et Henricus frater ſuus promiſerunt Hermanno Holtnicker et Eylardo Boneken, quod eandem quartam partem decime reſignabunt, cum ipſi ab eis requiſierint. Preterea, ſi filia, antequam locetur, moritur, dictus Thidericus et ſui heredes quartam partem predicte decime retinebunt. Actum anno domini m°ccc°vj° feria quarta ante dominicam palmarum.[b]

Pacze judea faſſa eſt coram nobis Conſulibus in Brunswic, quod dominus Wedekindus, abbas in Betzinghe, ei perſolverit xxv mr puri argenti, de quibus ipſum et ſuum monaſterium dimiſit liberum et ſolutum. Actum anno domini m°ccc°vj° in vigilia beate Margarete virginis.[c]

Hillebrandus, filius Ludolfi Mathie, vendidit Johanni fratri ſuo partem ſuam in domo patris eorum, et illam domum Johannes ſpecialiter obtinebit. et huic renuntiavit Hillebrandus et mater ipſorum in judicio. Item mater ad peticionem amborum filiorum renuntiavit iiij manſis in campo ville Tzicte, quibus inpheodata fuit, et quarte parti villicacionis in Stockem et bonis in Schenighe, et hec bona domina Elizabet, uxor Johannis, habebit nomine dotis ad tempora vite ſue. Item renuntiavit duobus manſis in Hedhebere, quibus inpheodata fuit, et bonis in advocatia Goslarie, et illa domina Zacharia, uxor Hillebrandi, nomine dotis habebit ad tempora vite ſue. In illorum reconpenſam Johannes et Hillebrandus dabunt matri ſue annuatim iiij tal., quilibet ipſorum duo, et ad illa iiij tal. retinebit, quoad vixerit, vj manſos in campo ville Ghetlede. Preterea, ſi Johannes et Hillebrandus aut alter eorum ſine herede decederet, frater ſuperſtes Bl. 15 recipiet de ſorte fratris ſui defuncti ij partes, et Arnoldus, frater eorum tantum ex parte patris, recipiet terciam partem. Si autem ambo decederent ſine herede, revertetur totum pheodum ad Arnoldum, et quicquid ipſi Arnoldo cederet ex iſta ordinacione, ſi viveret, ſuos transiet ad heredes. Item Johannes et Hillebrandus dabunt fratri ſuo Mathie clerico annuatim v tal., quoad vixerit, de bonis ipſorum. poſt mortem autem ſuam vacabunt Johanni et Hillebrando, nec de hoc ad Arnoldum aliquid pertinebit. Item, quamdiu Johannes et Hillebrandus heredes non habuerint, bona ipſorum pheodalia collectis manibus poſſidebunt. Acta ſunt hec anno domini m°ccc°vj° in vigilia apoſtolorum Petri et Pauli.[d]

Elizabet, uxor Johannis Mathie, coram nobis et advocato noſtre civitatis Antique Tiderico et Hermanno, fratribus ſuis, dictis de Blekenſtede iiij tal. redditus in domibus Drileges et Thi-

30 *zwiſchen* Johannis *und* Mathie *über der Zeile* Ludolfi

HEnricus Dei gracia prepoſitus, Gerthrudis abbatiſſa, Adelheydis prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium montis ſancte Crucis apud muros Brunswich omnibus hanc paginam viſuris devotas in Chriſto orationes. Ut major fides adhibeatur geſtis negotiis, expedit aliquociens ſcripturam fieri, que contineat teſtimonium veritatis. Eapropter notum eſſe volumus univerſis, quod nos cuidam femine Adelheydi dicte conpari voluntate vendidimus duos choros, unum tritici et unum ſiliginis, pro ſex marcis examinati argenti, in feſto ſancti Mychaelis, quoad vixerit libere recipiendos. Ipſa vero defuncta chorus tritici annuatim preſentabitur domine abbatiſſe vel cellerarie ad ſollempne ſervitium dominabus in die anniverſarii ejus procurandum, alter vero chorus ad conmunem cedet uſum eccleſie. Nos vero pium affectum ipſius conſiderantes damus ipſi fraternitatem et participationem omnium bonorum operum, que Dei gratia die noctuque operabuntur in nobis. Inſuper ſepulturam in cimiterio noſtro in die defunctionis ei concedimus. Ne autem hoc ſcriptum a poſteris noſtris poſſit infirmari, preſentem litteram ſigillo noſtre eccleſie munivimus. Teſtes hujus rei ſunt Johannes de Achym, burgenſis, et frater ejus Ludolfus et alii fide digni. Datum anno domini m°ccc° xj° in die Agapiti.

Im Orig. 17 operabitur

1311 November 10. Dekan und Capitel St Cyriaci bekunden, daß Herr Röttger, Pfarrer zu Eltze (Elleſſe), *Herr Ludolf, Pfarrer zu Wittmarshagen* (Witmereshaghen), *und Konrad Holtnicker, Teſtamenter weiland Conrads vom Schranke* (de cancello), *von ihnen für 100 Mark 9 Pfund braunſchw. Pfennige Rente gekauft und davon zum Seelenheil Konrads und ſeiner Wittwe Eliſabeth 8 Pfund dem neuerrichteten Bartholomäusaltar unter Vorbehalt der erſten Präſentation beigelegt, 1 Pfund zur Jahrzeit des Erblaſſers und ſeiner Witwe gewidmet haben. Zeugen* dominus Johannes, plebanus, eccleſie ſancti Mychaelis in Bruneswic, dominus Johannes ſacerdos dictus de Luneborch, Hermannus Holtnickeri, Hinricus Helye, cives in Bruneswich. Datum anno milleſimo trecenteſimo undecimo dominice incarnationis quarto ydus **Novembris.** **[680**

Original zu Wolfenbüttel.

1311 November 30 Braunſchweig. Ritter Heinrich v. Wenden verkauft dem Marienſpitale die Rodewieſe zwiſchen Wenden und Eikhorſt mit dem Buſche umher. [681

Original im Stadtarchive, die beiden Siegel an rothen Seidenſträngen. Rückvermerk des XIV Jahrh. Rodwiche.

UNiverſis Chriſti fidelibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, Henricus de Wenden miles ſalutem in domino ſempiternam. Noverint univerſi tam preſentes quam futuri, quod cum conſenſu omnium propinquorum meorum et omnium, quorum intererat de conſuetudine vel de jure, vendidi pro decem marcis puri argenti hoſpitali ſancte Marie apud Longum pontem in Bruneswich pratum quoddam dictum Rodewiſch ſitum inter villam Wenden et Echhorſt et rubum circumjacentem idem pratum titulo et jure proprietatis, ſicut ea poſſedi, pacifice et quiete perpetuo poſſidenda. Et renunciato per me omni utilitati et juri, quod michi et meis in prato et rubo predictis conpetebat et in futuro conpetere potuiſſet, promiſi ac promitto per preſentes memorato hoſpitali, quod volo ipſum tam de proprietate quam poſſeſſione prati ac rubi ſepedictorum legitime warandare et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem vel inpetitionem ſibi moveri contigerit de aliquo premiſſorum. Ad quod faciendum me eidem hoſpitali et . . ſuis proviſoribus omnibus remotis exceptionibus obligo et obligatus eſſe volo litteras per preſentes. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum meum una cum ſigillo domini Baldewini militis de Wendhen, filii quondam patrui mei Henrici, preſentibus eſt appenſum. Teſtes eciam ſunt discreti viri Baldewinus de Wenden miles, filius quondam patrui mei Baldewini, Godefridus de Varsfelde famulus, Johannes de Veltſtede, Henricus Elye et Eggeliggus apud cimiterium, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Actum et datum ibidem anno domini m° ccc° xj° pridie kalendas Decembris.

Im Orig. 7 longam

1311 November 30 Braunſchweig. Ritter Balduin v. Wenden verzichtet auf alles Recht an der von ſeinem Bruder dem Marienſpitale verkauften Rodewieſe und dem Buſche umher. [682

Original im Stadtarchive: von der Beſiegelung iſt nur noch der gelbe Zwirnſtrang vorhanden. Rückvermerk des XIV Jahrh. de prato Rodewich.

BAldewinus miles, filius quondam Ludolfi militis de Wenden, omnibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, ſalutem in domino. Tenore preſencium publice recognoſco, quod Henricus frater meus cum ſcitu et voluntate mea vendidit pro decem marcis puri argenti hoſpitali ſancte Marie apud Longum pontem in Bruneswich pratum quoddam dictum Rodewiſch ſitum inter villam Wenden et Echorſt et rubum circumjacentem idem pratum titulo et jure proprietatis, ſicut ea poſſedit, paci-

Im Orig. 30 longam

fice poſſidenda. Unde ego hanc venditionem gratam et ratam habens renunciavi pro me et meis ac renuncio per preſentes omni utilitati et juri, ſi quod michi in prato et rubo predictis competebat et competere potuiſſet in futuro. Igitur, ne aliquis meorum vel ex parte mei in prato et rubo predictis jus aliquod ſibi vendicare valeat aut de facto uſurpare preſumat, preſentem litteram in evidens teſtimonium renunciationis pro me et meis ſuper premiſſis factam ſigillo meo duxi patenter roborandam. Teſtes eciam ſunt discreti viri Baldewinus de Wenden miles, filius quondam patrui mei Baldewini, Godefridus de Varsveldhe famulus, Johannes de Veltſtedhe, Henricus Elye et Eggeliggus apud cimiterium, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Actum et datum ibidem anno domini m°ccc°xj° pridie kalendas Decembris.

1311 December 10. Hermann Holtnicker ſtiftet beim Kreuzkloſter Jahrzeiten für ſich und die Seinen. [683

Aus dem Copialbuche des Kreuzkloſters (xv Jahrh.) zu Wolfenbüttel, Bl. 96'

IN nomine domini amen. Ego Hermannus dictus Holtnicker, civis in Brunswigk, notum eſſe cupio omnibus et ſingulis tam preſentibus quam futuris, quod volens diem meſſionis extreme piis elemoſinarum operibus prevenire, ad honorem et laudem domini noſtri Jheſu Chriſti ac beatiſſime matris ejus ſemper virginis glorioſe, in remedium animarum, videlicet patris mei Conradi et matris mee Elizabeth et fratris mei Helie et duarum uxorum mearum pie recordationis, ſcilicet Margarete et Walburgis, et ob ſalutem anime mee et uxoris mee Lutgardis contuli liberabiliter conventui eccleſie ſancte Crucis in monte Curſorum extra muros civitatis Brunsw. unum talentum brunswichcenſium denariorum in duobus hortis ſitis ante valvam ſancti Andree, in uno ſcilicet orto ſito circa Ovecaram xvj ſolidos et in uno orto ſito infra valvam ſancti Andree et montem Curſorum quatuor ſolidos, et dimidiam curiam cum uno manſo in villa Leendorp cum omni jure, paſcuis, ſilvis, viis et inviis in hunc modum perpetuo poſſidendo, ita ut de dicto manſo michi ad tempora vite mee ac uxoris mee Lutgardis dari debeant quatuor chori ſiliginis annuatim. Poſt mortem vero meam tres chori cedent conventui jam dicto, ita ut pro talento nominato et pro uno choro ſiliginis habeantur in memoriam anniverſarii dies patris et matris et fratris mei et uxorum ſuprahabitarum, et pro duobus choris mea memoria peragatur. Et quamdiu vixerit Lutgardis uxor mea, unum chorum ſiliginis obtinebit, ea vero defuncta memoria ipſius ut antedictorum in vigiliis et miſſis defunctorum ac aliis bonis operibus perpetuo peragatur, quod talentum cum quatuor choris ſiliginis conventui miniſtretur. Igitur, ut hec omnia et ſingula firma permaneant, preſens ſcriptum inde confectum duxi ſigilli mei robore perhennari. Teſtes hujus ſunt frater meus Conradus dictus Holtnicker et filii mei Conradus et

In der Handſchr. 14 *fehlt* omnibus et 26 memoria 31 *fehlt* omnia et 32 alii hlii

Hermannus dicti Holtnicker et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno dominice incarnationis milleſimo trecenteſimo undecimo quarto idus Decembris.

1311 December 11. Die Brüder Ritter Ludolf und Balduin, der Knappe Georg und der Kleriker Heinrich v. Wenden verkaufen mit Zuſtimmung ihrer Mutter Gertrud, ihrer Schweſtern Bertha, Gertrud, Luthardis und Eliſabeth, ſowie Balduins beider Söhne Heinrich und Balduin dem Kloſter Riddagshauſen für 130 Mark l. S. ihr eigenes Dorf Bienrode (Byenrode) *mit dem Kirchpatronat, zehntfreien bebauten und unbebauten Aeckern, Wäldern, Sümpfen, Rohrung und Weidenſchnitt, Wieſen, Weiden, Weg- und Unwegſame und außerdem eine Mühle. Unter den Zeugen* Johannes et Wedego dicti de Velſtede, fratres, Henricus Elie, Ekbertus de cimiterio, Conradus de domo, Johannes de Alvelde, Thidericus Thuringus, Bertrammus de Dammone, burgenſes in Brunswich. Datum anno domini m° ccc° undecimo tercio ydus Decembris.

Original zu Wolfenbüttel. Eine deutſche Ausfertigung dieſes Kaufbriefs (Orig. ebd.) datiert vom 28. December: diſſe dinc ſint geſchen von godes gebort duſent jar unde drie hundert unde elven jar an dheme achte unde twintegeſten daghe des manen, die Decembris geheten iſt.

1312. Allerlei Theidung. [685

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. — Fortſetzung von Nr 668.

Bl. 30' DHe Rat heft vorkoft Santberghe dhat hus bi ſunte Petere mittere ſtenkamere, dhar dhe jodhen inne weſen hadden, vor xx marc to ſemme live. Svan ſin to kort wert, ſo valt dhat wedher an dhen Rat in dher Oldenſtat. Actum anno domini m° ccc° xij° circa Epifaniam domini[a].

Henning Kron hefte gheven ver ſinen dochteren Alheyde, Sophien, Metteken unde Lotien xx ſcepel kornes an dhen ver hoven to Tzicte, dhe ſine ſone hebbet van hern Beteken van Tzampleve, alſo danes kornes, alſe dhe hove gheldet. Dhat korn ſcal me en gheven alle jares to ſunte Michels daghe, dhe wile dhat ſe levet. Worde dhar jenech broke an, ſo ſcon dhe dochtere hebben veſtech marc an eres vaderes erve upper Breden ſtrate, dhar ſe dhere brake an wardende weſen ſcolen. Dhere veſtech marc hebbet vorteghen ere moder unde ere brodhere vor dheme Rade. *Bl. 31* Swanne dhere | dochtere vere en ſterft, ſo beholdet dhe anderen dhre dat ſelve, dhat dhe vere hadden. Svanne aver tve ſtervet, ſo ſcal dhe halfte del dhes kornes unde dhe halfte del dhere

In der Handſchr. 19 dher] dhe 20 ver *corr.* twen Metteken unde Lotien *ausgeſtrichen* 23 Worde — ſone (*S. 376*[1]) *ausgeſtrichen*

a Januar 6

anwardinghe dhere veſtech marc weder vallen uppe Hennighes ſone. Svanne oc dhere laſten tviger en ſterft, ſo ſcal dhe laſte beholden alſo vele, alſe ſe beydhe leveden. Svanne aver dhe laſte ſterft, ſo valt beydhe, korn unde anwardinghe dhes gheldes, in dheme vorſegheden erve wedher uppe Henninges rechten erven. Actum anno domini m° ccc° xij°.

Dhe Rat heft vorkoft Conrade Hermannes ſone dhes herren ij marc gheldhes pro xxviij mr. dhe ſcal men eme gheven alle jares to ſunte Mertenes daghe. Dhe Rat mach ſe aver wedhercopen umme dhat ſulve ghelt, ſvanne he wel. Actum anno domini m° ccc° xij°.

Dhe Rat hebbet laten Beteken ſcolemekere dhat endelſte jodhenhus to dhen brodheren wort umme ſes unde twintich marc. dhat ſcal he hebben to ſemme live, unde dhar to ſcal eme dhe Rat gheven dhes jares to ſunte Mertenes daghe ij marc gheldes oc to ſemme live Svanne he ſterft, ſo is beydhe, hus unde dhat ghelt, ledhech dhes Rades uter Aldenſtat. Actum anno domini m° ccc° xij°.

Andreas wedewe des ſchereres de hepht ghekopht ene halve mark geldes to ereme live van der taflen to ſinte Mertine alle jarlikes to twen tiden to gevende.|

Hillegunt de lange vorme Hoen dore unde Hannes van Ghetlede de hebbet ere gut toſamene *Bl. 31* ghegeven an vogedesdinge.

Henric unde Jan unde Gherdert, Diderikes kindere van Valberghe, Gherderet, Alheyt unde Margarete, erven Johannes van Valberghe, hebbet vortegen vor uns aller claghe, de ſe unde ere erven mochten hebben weder heren Berrende van Meynerſem, den canonik to Hildenſem, van ſcult wegene, de he ſculdich was deme vorſegheden Johanne van Valberghe. Darumme hebbet diſſe vorſprokenen erven genomen ver mark, de hepht en ghegheven her Johan de perrere van ſinte Michele. Actum anno domini m° ccc° xij°.

Ek Heyſe van Ursleve hebbe min teſtament alſus ghemaket vor dren ratmannen, Hennige van Oldendorpe, Henninge deme Saleghen unde Hermanne van Ursleve, unde vor minen vrunden. Miner husfrowen Gherderade hebbe ek ghegheven to ereme live den halven tegheden to Sutgledinge, xxx ſcillinge in der monte to Brunswic, tw hove to Soltdalem, xxvij ſcillinge in emme garden vor der Nigenſtat dore, darvan ſcal ſe gheven twene ſcillinge minen dochteren to Stederborch. Unde hebbe ere oc ghegheven teyn ſcillinge geldes under den cramen, unde hebbe ere ghegheven min hus to ereme live unde twintigh mark na erer moder dodhe edher ij hove unde ſes morghene hir upme velde. Darto | hebbe ek ere ghegheven x mark, de ſchal *Bl. 32* me ere gheven redes gheldes. Ene welden mine ſone diſſer vorſprokenen ding nicht volgen

In der Handſchr. 1 valle 3 unde — erve *ausgeſtrichen* 4 erue 6 gheven] ghe 8 ſcolemekere *unzweifelhaft; nahe liegt die Conjectur* ſtolemekere *Von* 13 *ab ſetzt eine andere Hand ein* 17 *an zweiter Stelle* Ghederet 20 Jahanne 26 xxvij — Stederborch *getilgt* 28 oc] hoc 31 dig

edher wlborden, ſo ſchal ſe beholden dat hus mit erventinſe unde varende have, dar eren willen mede to donde. Vorthmer hebbe ek ghegheven minen dochteren dren to Stederborch ener xv ſcillinge geldes an eme garden bi der ſantkulen, der anderen xv ſcillinge in der Scowerchten ſtraten, der dridden xv ſcillinge an eme garden bime Hilghen geyſte. Dar ſcal me ene to geven twene ſcillinge van den vorſprokenen xxvij ſol. Deſſe tins, wan de ene diſſer dryer juncvrowen ſterpht, ſo erpht he uppe de anderen tu, wanner tu ſtervet, ſo valt et uppe dhe dridden, unde wanne de dridde ſterpht, ſo valt he weder an mine rechten erven. Actum anno domini m° ccc° xij°.

Hillebrant van Lengede unde Ludeke, ſerre husfrowen ſone voren Gheſen, ſin alſo vorſcheden vorme Rade: Swanne Ludeke ſin hus vorkopen wel, dat magh denne Hillebrant gelden vor alſodan ghelt, alſo et denne ghelden magh. Deſſe redhe ſteyt under en allene unde nicht an den erven. Actum anno domini m° ccc° xij°.

Heren Henniges ſone van Alvelde Thidericus de pape heft afghelaten vorme Rade van al deme erve, dat eme anvallen magh van ſinem vadere.|

Bl. 32' Boldewines ſone des crameres Johannes, den he heft bi ſer erſten vrowen voren Vredeken, de hevet afghelaten van ſines vader erve. dar heft he eme vore gheven xx mr.

Hennig van Urde heft ghegheven ſime ſone Hermanne xl mr alſusbeſchedeliken: levet he ſenne dot, wel he denne to dele gan mit den anderen kinderen, ſo ſchal he de xl mr weder inbringen. Anno domini m° ccc° xij°.

Thileke unde Herman de brodere van Blekenſtede hebbet ſek vorme Rade des vorenet, dat Hermannes wille dat is, dat me Thileken wive heft gheleghen ere gut to Stokkem unde to Rithuſen unde tu hove to Blekenſtede unde to ereme live de helfte des huſes, dat ere erve is, alſusbeſchedeleke: nimt Herman en wif, ſo ſchal dat Thileken wille weſen, dat me Hermannes wive weder lene dat molenghelt vorme Wendendore unde dat molenghelt to Runinge unde dre hove to Blekenſtede. unde wat dat gut, dat Hermanne tobenomet is, mer koſtet wan tw mark to liende, de koſt ſchal Tileke half draghen. Welde ok Herman ſin gut, dat eme tobenomet is, vorkopen, dar ne ſcholde Thile ene nicht an hinderen. Swat dat gut Hermannes, vorkofte het, *Bl. 33* betere were wanne dat Thileke ſemme wive heft gheleghen laten, de helfte, dat eth betere were, de ſcolde Herman weder kerren.

Johan van Lengede de heft bekant an ſemme huſe xx mark lodech ſerre husvrowen Ermegarde na ſemme dodhe, iſt he ſterft ane erven.

Henric, Johan, Reyner, Herman unde Hillebrant de brodere van Timberla, Hillebrandes ſone, we bekennet des, dat we ſchon gheven blinden Greten, voren Greten dochter van Timberla, van twen lathoven to Timberla alle jarlikes iij ſchepel rocken unde enne himmeten wetes to

In der Handſchr. 4 Dar -- ſol. *getilgt* 5 *nach* vrowen *wiederholt* en 18 Anno *etc. am Rande* 21 unde — is *ausradiert*

ſinte Michaeles daghe. unde wanne ſe levet ſinte Margareten dach, ſo ſchole we ere den tins bereden van deme jare. Dat hebbe we ghelovet heren Hermanne unde heren Conrade den broderen Holtnikkeren unde Conrade unde Hermanne, heren Hermannes ſonen Holtnikkeres.

Ek Henric van Vimmelſe de cramere bekenne des, dat ek hebbe merre husfrowen Lutgarde van Goslare vrede unde ban ghelaten viij mark lodeghes ſulveres an memme erve, dat Bertrammes was van Stendal. Were ok, dat deſulve Lutgart levede menne dot, ſe hedde kindere eder nicht, ſe ſcolde jo de viij mark tovoren hebben. Deſulven achte mark ſcolden ok ere kindere hebben, iſt ſe der moder dot leveden.|

Johannes unde Bertram de brodere, heren Henen ſone van Veltſtede, hebbet ghedeghedinget *Bl. 33'* met erem brodhere Wedekinde deme papen, dat he heft afghelaten van ſines vader erve, dat eme nu anevallen were unde anevallen mochte. Darumme ſcholen ſe eme gheven alle jar to ſinte Michaeles daghe x mark. vor de x mark ſcolen ſe eme eres gudes alſo vele laten, dat eme ghenoghe. Worde eme an deme gude jenech broke, den ſcolden ſe eme erwllen.

Ek Ekelig boven deme kerckhove bekenne des, dat ek hebbe ghelenet laten Alheyde heren Henniges dochter van Alvelde, mines ſones Ekelinges wive, to ereme live den halven tegheden unde enne halven hof to groten Schepenſtede und xxx ſchillinge gheldes ervetinſes an emme hus vor ſinte Peteres dore. unde worde Ekelinges eres mannes er to kort er ere, ſo ſcolde me ere darto gheven l mark lodeghes ſulveres, unde dewile dat me nicht ne ghift de l mark, ſo ſchal ſe upboren twey punt gheldes ervetinſes uth den huſen upme markete bi Hillebrandes huſe van Lukkenem unde xxx ſchillinge gheldes ervetinſes uth emme erve unde emme bomgarden in der Wevere ſtrate unde xxx|ſchillinge tinſes an erre bodhe under den hoken neyſt *Bl. 34* der entleſten bodhe ton ſcroderen wort. Met deſſen dingen ſchal de ſulve vrowe van alleme anghevalle afvorſcheden weſen.

Ek Herman unde Deneke de brodere van der Sudmolen unde Redike ut der molen achter der Borch bekennet des, dat we unde uſe rechten erven ſin ſchuldech Davite Cronesbene, Ludolve Oſſen, Tilen Doringe unde Johanne van Hone unde erer cumpenie unde eren rechten erven c mark unde lxxxiij mark enes lodes min. Deſſes gheldes ſcole we alle jar to tinſe gheven uth der Sudmolen neyſt der heren tinſe van ſinte Johanneſe viij mark to ver tiden: to ſinte Michels daghe tw mark, to winachten tw mark, to paſchen tw mark, to ſinte Johanneſes daghe tw mark, alſo lange, wente dit vorſegede ghelt al gheghulden ſi. Unde wikke tit dat we unde uſe rechten erven deſſes tinſes nicht ne gheven, eder ſo we de molen hedde, alſo hir vor gheſeghet is, ſo mochten deſſe vorſegheden lude eder ere erven ſek der molen underwinden unde darmede don wat en evene queme ane uſe unde uſer erven eder we ſe hedde, de molen, weder-

In der Handſchr. 5 dat — Stendal *von derſelben Hand auf Raſur*

ſprake. We ok noch uſe erven eder jenech man, de ſe beſete, ene moghen borghen eder vor- *Bl. 34'* ſetten de molen, er deſſe vorſprokene ſumme altomale ghegheven is. Deſes tinſes tit to gheven-de de ſteit an to ſinte Michels daghe. Actum anno domini m° ccc° xij° in octava beati Johannis baptiſte.[a]

a Juli 1

1312. Erbverfügung Hermanns des Schmiedes. [686

Aus dem älteſten Degedingebuche des Hagens. Vorher Nr 652.

Anno domini m° ccc° xij°.

Bl. 3 HErman de ſmet up dem markete heft gheven ſinem wive Alheyde unde eren kinderen ſin erve unde al ſin andere gut, dat eme over wert na ſinem dode. Silve wel he doch des hebben gantze macht to brukende ſine levedaghe. Wel ſek de vrowe van den kinderen breken, ſo ſcal ſe to kindes dele gan. welden ſek de kindere van ere breken, ſo ſcal ſe aver to kindes *Bl. 3'* dele gan. Bered he ok ſiner kindere welk, wile he levet, dat ſcal alſo van den anderen ſcheden weſen, up dat ſe umbeworner ſin. Dat ſin dochter Margaretha unde ere man Hartman ok van al ſemme erve leten, dat was langhe vore gheſchen, alſe id an deme breve ſteyd.

1312. Der Rath in der Neuſtadt überläßt Heneken Becker Haus und Garten auf dem Nickerkulkshofe. [687

Aus dem älteſten Degedingebuche der Neuſtadt, Bl. 2. Am Rande Van Heneken Beckere dem viſchere. *Vorher Nr 664.*

WE radmanne uth der Nyenſtad, Rotgher van Vinsleve, Gerwich, Ludolf van Helmſtede, Conred van Hildenſem, Ludolf van Ringelem, Albrecht Blyvot, bekennet unde betughet Heneken Beckere unde ſinen rechten erven eynes huſes mit eneme garden uppe deme Nickerkulkes hôve des jares umme xiiij ſcillinge to erveme tinſſe ſo beſcedeliken: ofte de Rad den garden neme, ſo ſcolde men eme afdon tinſſes alſo vele, alſe it lik unde bilk were. Dith is gheſcen in den jaren van unſes herren goddes bort m° ccc° xij°.

(1312.) Vehmgerichtsordnung. [688

1, S. 27.

(1312.) Verzeichniß der vor das Vehmgericht geladenen Diebe [689

Aus dem **Liber judicii vemeding.**

Liber judicii vemeding totius civitatis transſcriptus de veteri libro et innovatus. Quicunque *Bl. 32'* autem de antiquioribus judiciis plura ſcire voluerit, requirat ea in antiquo libro apud Conſules reſervato.

Incipit autem iſta particula, ut opinatur, ab anno domini m° ccc° xij°. Tunc factum eſt judicium, et iſti fures ſunt citati.

¶ Johannes Kovelenz eſt citatus ex parte Nicolai aurifabri. ¶ Conradus Cruſe et Hamele melemekere ſunt citati ex parte Tylen de Peyna. ¶ Bertoldus Hamele eſt citatus ex parte Johannis de Levenſtede. ¶ Johannes eſt citatus ex parte Henrici de Luckenum. ¶ Henricus Clocke et Lodwicus ſunt citati ex parte Johannis de Odenum. ¶ Conradus de Scerne citatus eſt ex parte Alberti torificis. ¶ Johannes de Ringelem eſt citatus ex parte Sidenſnores. ¶ Heyſe melemekere citatus eſt ex parte Alberti Reymeres piſtoris. ¶ Johan Meyghenberch citatus ex parte Nicolai olificis. ¶ Mechtildis Helie citata eſt ex parte filii Kniſtedes. ¶ Beteke Mertenes citatus eſt ex parte Johannis Můnt. ¶ Immeke eſt citata ex parte Henrici Holtnicker. ¶ Henricus Koldeoven eſt citatus ex parte Henrici Cleneſmet. ¶ Herman Idelbrot citatus eſt ex parte Thiderici Rotgheri. ¶ Conradus Weſtfal citatus eſt ex parte Thiderici Papen ſutoris. ¶ Volcmarus Friſo citatus eſt ex parte Bertoldi Worſt. ¶ Gertrudis de Ghevensleve citata eſt ex parte Johannis Lemmeken. ¶ Henricus de Dettene bis eſt citatus ex parte Arnoldi de Kniſtede et ex parte Hermanni de Oſterrode. ¶ Thiderik Mackenrode eſt citatus ex parte Conradi oltboteres. ¶ Bertoldus Strik citatus ex parte Hillebrandi Ludolfi. ¶ Henricus de Dettene tercio eſt citatus ex parte Hermanni Bokenem pro ix fert.

In der Handſchr. 1 bis zur Jahrzahl 4 Rubrum

(1312.) Ritter Heinrich v. Wenden an Herzog Otto: bittet um Beſtätigung ſeiner Schenkung der Rodewieſe an das Marienſpital [690

Original im Stadtarchive mit Siegel.

Illuſtri principi domino ſuo domino Ottoni, duci de Brunswic et Luneburch, Henricus de Wenden miles dictus de Dalem ſervicium ſuum debitum et fidele. Excellencie veſtre preſentibus duxi ſignificandum, quod pro ſalute anime mee donavi et in poſſeſſionem tradidi hoſpitali ſancte Marie prope Longum pontem in Brunswic unum ſpacium, quod wlgariter dicitur Rodwiſche, ſitum prope curiam dictam Ekhorſt, cum omni jure et utilitate proprietatis ac libertatis titulo, ſecundum quod ego poſſedi, quiete et libere poſſidendum et renunciavi omni juri, quod michi et heredibus meis congetere poſſet in futurum in ſpacio antedicto. Quare peto dominacionem veſtram ſincere, quatenus donacionem hujusmodi a me rite et racionabiliter fac-

tam coram vobis per ſigillum veſtrum approbare dignemini et ſuper hoc litteram veſtram patentem dare hoſpitali memorato, ſuper quo excellencie veſtre volo humiliter inclinare.

1312 Januar 2 Braunſchweig. Die Herzöge Albrecht von Braunſchweig und Otto von Lüneburg bekunden, wie ſie auf Grund ihres wechſelnden Präſentationsrechts und nach den Ermittelungen ihrer beſtellten Commiſſare wegen Vergabung der durch den Tod Herrn Ludolfs v. Wenden, Magiſter Heinrich Holtnickers und Herrn Bernhards v. Meinerſen erledigten Pfründen zu St Blaſien übereingekommen ſind. Actum Bruneswich anno domini m° ccc° duodecimo iiij° nonas Januarii. [691

Original zu Wolfenbüttel.

1312 Januar 8. Der altſtädter Rath urkundet abermals über die von Herrn Gotfrid v. Verden den Brüdern Holtnicker, Johann Salgen, Heinrich beim Kirchhofe, den Brüdern Eliä und Wedegen v. Vallſtedt in der Paulskapelle bei St Martini geſtiftete Meſſe. [692

Original im Stadtarchive, das Siegel an rothem Seidenſtrange. – Vgl. Nr 675.

NOs Johannes Felix, Eckelinghus de Strobeke, Bernardus Widekindi, Johannes de Alvelde, Hermannus de Ursleve, Bernardus Druſebant, Bruno de Guſtede, Heyno de Eveſſem, Heyno Elye, Wedego de Velſtede, Heyno Enghelardi et Thilo Thuringhus, Conſules Antique civitatis Brunsw. pro tempore, notum facimus univerſis, quod dominus Godefridus, eccleſie ſancti Andree in Verdha canonicus, in noſtra conſtitutus preſentia recognovit, quod ad honorem domini noſtri Jheſu Chriſti et beate Marie matris ejus ſemper virginis ac ſancti Johannis baptiſte beatorumque Petri, Pauli et Andree apoſtolorum et beati Auctoris confeſſoris, in remedium quoque animarum ſue ac parentum ſuorum contulit dimidium chorum ſalis in tota domo Bennig in ſalina Luneborch ſitum ad capellam ſancti Pauli in cimiterio eccleſie ſancti Martini in Brunsw. poſitam pro divino cultu inibi ampliando. Hermannus etiam Holtnickerus et Conradus frater ſuus, Johannes Felix, Hinricus apud cimiterium, Conradus et Hinricus filii Johannis Elye et Wedego de Velſtede, conburgenſes noſtri, dimidium chorum ſalis alium in tota domo Deynghe in ſalina Luneborch ſitum contulerunt dicte capelle ſimiliter in hunc modum, quod dominus Johannes de Luneborch percipiat annis ſingulis redditus integri chori hujusmodi et eos ſibi faciat, prout poterit, utiles ad tempora vite ſue. Pro quo dominus Johannes officiabit per ſe vel per alium eandem capellam cum conſenſu plebani eccleſie ſancti Martini diebus ſingulis una miſſa. Item dominus Godefridus et burgenſes noſtri predicti decreverunt: ſi domino Johanni non liceret a plebano capellam officiare hujusmodi vel alicui nomine

ſuo, extunc dominus Johannes eam poterit, ubicunque ſibi placuerit, obſervare et redditus predictos tollere contradicione plebani aliqua non obſtante. Dominus Godefridus etiam et burgenſes noſtri memorati nobis humiliter ſubplicaverunt, quod poſt mortem domini Johannis de Luneborch percipiamus hujus integri chori redditus in perpetuum et eos plebano eccleſie noſtre predicte aut ejus vicem gerenti annis ſingulis in nativitate domini miniſtremus pro uno ſacerdote ſpeciali et honeſte converſationis conducendo et tenendo ad unam miſſam in eadem capella diebus ſingulis obſervandam, qui ſacerdos ſit eis in omnibus cum aliis eccleſie ſancti Martini ſacerdotibus obediens et fidelis. Item ſi plebanus aut ejus vicem gerens in ſepedicta capella ſingulis diebus unam miſſam non facerent obſervari aut ipſi vel aliquis alius vellent de capella hujusmodi facere beneficium ſpeciale, extunc ſumus a dictis domino Godefrido humiliter rogati et burgenſibus, quod illam miſſam amore Dei procuremus celebrari alibi, quousque idem plebanus aut ejus vicem gerens eam in capella ſancti Pauli obſervari procuret, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Ut igitur cunctis Chriſti fidelibus omnia premiſſa pateant et precipue Conſulibus noſtris ſucceſſoribus innoteſcant, preſentem litteram ſigillo civitatis noſtre patenter duximus roborandam. Datum anno domini m° ccc° xij° vj° idus Januarij.

Im Orig. 1 potuerit

1312 Januar 14. Die Prieſterbrüderſchaft tauſcht mit dem Kloſter Marienberg die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus. [693

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel abgefallen.

JOhannes cuſtos ceterique confratres ſacerdotalis confraternitatis in Brunswich omnibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem et ſempiternam in domino karitatem. Quoniam oracio et ſingula pietatis opera in ſui participacione non minuuntur, ſed fructus eorum et effectus integer in ſingulis invenitur, ideoque merito redarguitur pietatis defectus, ſi in illis rebus communicandis aliqua ſervetur parcitas, in quarum distribucione non violatur integritas, hinc eſt, quod volumus eſſe notum, quod quedam unio inter nos et ſanctimoniales monaſterii montis beate Marie virginis eſt taliter ordinata, quod ipſe et earum ſucceſſores noſtre ſorores ſunt et participes debent eſſe omnium et ſingulorum bonorum operum tam in vita quam in morte, que in confraternitate noſtra nunc et in perpetuum operari dignabitur clemencia ſalvatoris, et e converſo nos et noſtri ſucceſſores ex nunc et in perpetuum confratres et ſorores ſumus ipſarum et participes debemus eſſe omnium et ſingulorum bonorum operum in vita pariter et in morte, que in congregacione earum fiunt et fient in perpetuum ad laudem domini noſtri Jheſu Chriſti. In quorum omnium evidens teſtimonium, quia proprio ſigillo caremus, preſentem

litteram ſigillo domini Baldewini decani eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich, confratris noſtri, procuravimus ſigillari. Datum anno domini m° ccc° duodecimo xviiij° kalendas Februarii.

1312 Januar 15. Küſter Johannes und die übrigen Genoſſen der Prieſterbrüderſchaft tauſchen mit dem Kloſter Marienborn die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo duodecimo xviij kalendas Februarii. [694

Aus der zu Magdeburg verwahrten modernen Abſchrift eines Copialbuches xv Jahrh. des Kloſters Marienborn. — Formular wie Nr 693.

1312 Januar 25. Die Prieſterbrüderſchaft tauſcht mit dem Kloſter Waterler die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo duodecimo octavo kal. Februarii. [695

Original zu Wernigerode, gedruckt bei Jacobs, Urk.-B der Deutſchordens-Commende Langeln und der Klöſter Himmelpfort und Waterler, S. 261. — Formular wie Nr 693.

1312 Januar 28 Braunſchweig. Gotfrid, Canonicus zu St Andreä in Verden, bekundet, daß er den Minderbrüdern zu Lüneburg ein Pfund lüneburgſcher Pfennige jährlich aus der zu einer Meſſe in der Paulskapelle geſtifteten Salzrente überwieſen und dagegen dem Pfarrer zu St Martini einen ewigen Zins von 14 Schilling braunſchweigſcher Pfennige aus zwei Gärten vor dem Petrithore gekauft hat. [696

Original im Stadtarchive mit drei Siegeln.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Godefridus canonicus eccleſie ſancti Andree in Verda omnibus in perpetuum. Ad perpetuam memoriam omnium, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, cupio pervenire, quod, volens dominum Jheſum Chriſtum in ſuis ſanctis venerari, pro ſpetiali gloria et honore ſancti Johannis baptiſte et beatiſſimorum Petri, Pauli et Andree apoſtolorum ac ſancti Auctoris confeſſoris, patronorum capelle ſite in cimiterio eccleſie ſancti Martini in Bruneswic, necnon pro ſalubribus remediis animarum, mee videlicet et parentum meorum, matura deliberatione prehabita dedi et in Dei nomine do per preſentes jam dicte capelle dimidium chorum ſalis quolibet flumine recipiendum in ſalina Luneborch in tota domo Benninghe eidem capelle dotali jure et eccleſiaſtica emunitate proprietatis tytulo perpetuo permanſurum, ita tamen, quod quilibet rector eccleſie ſancti Martini predicte vel gerens vices ejus ibidem dabit fratribus minoribus in Luneborch ſingulis annis unum talentum luneburgenſium

denariorum in feſto nativitatis domini de proventibus dimidii chori ſalis ſupradicti, donec ipſe efficiat, quod iidem fratres de donatione predicti talenti gratioſe dimittant ipſum liberum et ſolutum. Et in recompenſam ejusdem talenti, quod dandum eſt fratribus predictis ſecundum formam premiſſam, comparavi eidem rectori eccleſie ſancti Martini vel ejus vices gerenti quatuordecim ſolidos perpetui cenſus bruneswicenſium denariorum in duobus ortis ſitis extra valvam ſancti Petri predicte civitatis. Deputavi inſuper eundem dimidium chorum ſalis ſpetiali amico meo Johanni dicto de Luneborch ſacerdoti ad habendum et poſſidendum ipſum, quoad vixerit, et ſuis uſibus applicandum cum alio dimidio choro ſalis ſito in tota domo Deynghe, quem eodem modo Hermannus Holtnicker et Conradus frater ſuus, Johannes Felix, Henricus apud cimiterium, Conradus et Henricus filii quondam Johannis Elye et Wedego de Velſtede, burgenſes in Bruneswic, comparaverunt capelle ſupradicte ita, quod poſt obitum jam dicti domini Johannis rector eccleſie ſancti Martini ſepedicte vel gerens vices ejus ibidem de proventibus amborum dimidiorum chororum prefatorum ſalis ſervabit ſpetialem, ydoneum et ſibi convenientem ſacerdotem, qui predictam capellam officiabit ſingulis diebus una miſſa. Igitur, ut hec omnia et ſingula premiſſa inmutabiliter firma maneant atque rata, ſigillum meum preſenti littere inde conſcripte appoſui et ipſam pro efficatiori evidentia ſigillis honorabilium virorum domini . . . abbatis monaſterii ſancti Egidii ac decani eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswic procuravi patenter roborari. Actum ibidem coram Conſulibus et pluribus clericis et laycis ad hoc ſpecialiter convocatis anno domini milleſimo trecenteſimo duodecimo in octava Agnetis virginis venerande. Et nos Godefridus Dei gracia abbas monaſterii ſancti Egidii in Bruneswic ordinis ſancti Benedicti, Halberſtadenſis dyoc., et nos Engelbertus decanus ſancti Blaſii ejusdem civitatis, Hildenſemenſis dyoc., recognoſcimus, quod ad petitionem domini Godefridi canonici eccleſie ſancti Andree in Verda ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda.

1312 Januar 28. Biſchof Heinrich von Hildesheim beſtätigt die von Herrn Gotfrid v. Verden, den Brüdern Holtnicker, Johann Salgen, Heinrich beim Kirchhofe, den Brüdern Eliä und Wedegen v. Vallſtedt in der Paulskapelle bei St Martini geſtiftete Meſſe. [697

Original im Stadtarchive, das Siegel an rothem Seidenſtrange. — Die Stiftungsgeſchichte faſt wörtlich aus Nr 692 übernommen.

NOs Hinricus Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus notum eſſe volumus univerſis, quod, cum dominus Godefridus eccleſie ſancti Andree in Verda canonicus ob reverentiam Dei ac beate Marie ſemper virginis ſanctique Johannis baptiſte ac beatorum Petri, Pauli atque Andree apoſtolorum et ſancti Auctoris confeſſoris, pro remedio etiam animarum ſue parentumque ſuorum conpara-

verit dimidium chorum ſalis de tota domo Benning in ſalina Luneborch tollendum ad capellam ſancti Pauli in cimiterio beati Martini in Brunsw. ſitam pro cultu divino inibi ampliando, Hermannus inſuper Holtnickeri et Conradus frater ſuus, Johannes Felix, Hinricus apud cimiterium, Conradus et Hinricus filii Johannis Helye et Wedego de Velſtede, burgenſes dicte civitatis Brunsw., dimidium chorum ſalis alium de tota domo Deynghe in ſalina Luneborch predicta percipiendum eidem capelle conparaverint ſimiliter, in hunc modum, quod discretus vir dominus Johannes dictus de Luneborch, ſacerdos, percipiat annis ſingulis redditus integri chori hujusmodi et eos ſuis applicet uſibus ad tempora ſue vite et ipſe proinde per ſe vel per alium ydoneum ſacerdotem dictam capellam officiet cum conſenſu plebani ſancti Martini diebus ſingulis una miſſa vel, ſi dicto domino Johanni aut alii vice ſua capellam eandem officiare prohibente plebano forſan non liceret, idem dominus Johannes aut alius ſuo nomine miſſam hujusmodi obſervet, ubicunque ſibi placitum fuerit, ac redditus integraliter percipiat antedictos contradicione plebani aliquatenus non obſtante. Ceterum premiſſis omnibus eſt adjectum, quod, cum dictum dominum Johannem viam carnis ingredi contigerit univerſe, Conſules Antique civitatis Brunsw. redditus tollent inperpetuum antedictos et eos domino plebano eccleſie ſancti Martini ſupradicte, qui pro tempore fuerit, aut ejus vicem gerenti annis ſingulis in nativitate domini preſentabunt pro uno ſacerdote ſpeciali converſationis honeſte conducendo ac ſervando ad unam miſſam in dicta capella diebus ſingulis celebrandam, qui quidem ſacerdos pareat eis in omnibus ſicut alii dicte eccleſie ſacerdotes. Si autem plebanus ſancti Martini vel ejus vices gerens miſſam diebus ſingulis in eadem capella per ſacerdotem ſpecialem, ut premittitur, non facerent celebrari, aut ſi quis niteretur facere de capella hujusmodi beneficium ſpeciale, extunc dicti Conſules miſſam hujusmodi, que in capella ſancti Pauli obſervari deberet, ubicumque voluerint facient celebrari, quousque dictus plebanus vel ejus vices gerens ipſam miſſam in capella ſancti Pauli obſervari faciant ſecundum formam ſuperius annotatam. Nos itaque devotis eorum, quorum intererat, peticionibus inclinati et maxime cum noſtrum requirat officium, ut aſſidue noſtrorum intendamus ſubditorum utilitatibus et quieti, dictam ordinationem cum ſuis conditionibus ſupra expreſſis ratificamus, approbamus ac preſentibus confirmamus diſtrictius inhibentes, ne quis ipſam infringere aut aliquatenus audeat immutare, et, ſi ſecus a quoquam attemptatum fuerit, id auctoritate ordinaria decernimus irritum et inane. In quorum omnium teſtimonium ſigillo noſtro has litteras duximus ſigillandas. Datum et actum anno domini milleſimo trecenteſimo duodecimo in octava beate Agnetis virginis.

1312 Januar 29. Biſchof Heinrich von Hildesheim verheißt denen, die die Michaeliskirche zu gewiſſen Feſtzeiten beſuchen oder auf deren Kirchhofe für die Todten beten, vierzigtägigen Ablaß. [698

Original im Stadtarchive mit Siegeltrümmer. Gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt. Suppl. S. 72. — Formular wie Nr 678.

HEnricus Dei gracia Hildenſemenſis ecclesie epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus viſuris vel audituris has litteras ſalutem in omnium ſalvatore. Cupientes populum chriſtianum acceptabilem Deo reddere et ad bene merendum indulgenciis ac remiſſionibus invitare omnibus itaque vere penitentibus, contritis et confeſſis, qui ad eccleſiam parrochialem ſancti Michahelis in Bruneswich noſtre dyoc. in feſtivitatibus infraſcriptis, videlicet nativitatis domini, epyphanie domini, bona ſexta feria, paſche, aſcenſionis domini, pentecoſtes, in quattuor ſollempnitatibus beate Marie virginis, diebus apoſtolorum, Johannis baptiſte, Laurencii, Michahelis, Luce ewangeliſte, Agnete virginis, beate Katherine et in die omnium ſanctorum et per octavas ſanctorum predictorum, quorum octave in eccleſia peraguntur, cauſa devotionis acceſſerint divine propiciationis graciam petituri quique dicte eccleſie cimiterium circuiverint orationes pias pro defunctis fidelibus effundendo, quadraginta dies de omnipotentis Dei miſericordia ac glorioſe matris ejus Marie ſemper virginis meritis confiſi de injunctis ſibi penitenciis miſericorditer in Deo relaxamus. Datum anno domini m° ccc° duodecimo die beati Valerii confeſſoris.

1312 Februar 6. Küſter Johannes und die übrigen Genoſſen der Prieſterbrüderſchaft tauſchen mit dem Kloſter Stötterlingenburg die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus. [699

Aus dem alten Stötterlingenburgſchen Copialbuche zu Magdeburg gedruckt bei v. Schmidt-Phiſeldeck, Urk.-B. des Kl. St. S. 54, und danach in den Regeſten u. Urk. des Geſchl. v. Blankenburg-Campe II, S. 37. — Formular wie Nr 693, doch fehlt hier der Zuſatz quia proprio ſigillo caremus.

1312 Februar 13. Archidiakonus Bernhard befiehlt den Pfarrern ſeines Bannes, die Schuldner der Kirche St Andreä zur Zahlung anzuhalten. [700

Original im Stadtarchive, das Siegel beſchädigt.

BErnardus, Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie canonicus et archidyaconus in Brunsw., dilectis in Chriſto . . plebanis ſui banni ſeu eorum vices gerentibus ſalutem in domino. Discretioni veſtre ſub pena ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſie diſtricte precipiendo mandamus, quatenus parrochiales veſtros, qui debita ſolvere tenentur eccleſie ſancti Andree in Brunsw., quos procuratores fabrice ipſius eccleſie vobis nominaverint vel fecerint nominari, ſalubriter moneatis, ut infra quindenam a tempore monitionis hujusmodi numerandam eadem debita perſolvant integraliter et conplete, alioquin ipſos ad hoc auctoritate noſtra tam in generali quam in ſpeciali per cenſuram eccleſiaſticam compellatis. Datum Hildenſem anno domini m° ccc° xij° in dominica Invocavit.

1312 Februar 14. Priorin Margaretha und Convent zu Dorſtadt verkaufen wegen Theuerung des Hafers, den ſie zur Sommerſaat brauchen, ihrem Propſte Herrn Friderich und dem Laienbruder Heinrich v. Börßum (de Borsne) *für 25 Mark auf Lebenszeit zwei Hufen zu Ohlendorf* (Oldendorpe). *Zeugen* Johannes dictus de ſancto Bartholomeo, Thidericus dictus de Brunswich, Borchardus dictus de Beyerſtede, ſacerdotes. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo duodecimo in die beati Valentini martiris. [701

Original zu Dorſtadt.

1312 März 1. Herzog Albrecht eignet dem Aegidienkloſter zwei Hufen zu Rautheim (in villa Rothne), *drei im Wolfshagen* (in campo Wlveshaghen) *und zwei angrenzende Gehölze, den Wolfshagen und den Heidberg* (Heytbergh), *die ſein Schenk Ritter Ludwig von Ihlendorf* (de Ilendorp) *und deſſen Sohn Ritter Jordan mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Jordan und Jordan auf Betreiben des Abtes ihm aufgeſandt haben. Unter den Zeugen* Thidericus et Ludolfus fratres dicti Doringhi, Johannes Felix, Hermannus de Ursleve, Ecbertus prope cimiterium, burgenſes in Brunswic. Datum anno domini m° ccc° duodecimo kal. Martii. [702

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt., Supplem. S. 14.

1312 März 3. Dekan und Capitel St Cyriaci urkunden über eine Stiftung des Prieſters Herrn Ludolfs v. Wittmershagen und Konrad Holtnickers zu Behuf der Schlafſchüler des Stiftes. [703

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel abgefallen.

BErtoldus dei gratia decanus totumque capitulum eccleſie montis beati Cyriaci apud muros civitatis Bruneswich univerſis Chriſti fidelibus preſentem literam inſpecturis ſalutem in domino. Res geſte conſulte juvantur, ſi veritas earum ſcripti teſtimonio confirmatur. Hinc eſt quod notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod dominus Ludolfus ſacerdos dictus de Witmershaghen et Conradus Holtnickeri emerunt a noſtra eccleſia et a nobis reditus viginti ſolidorum pro decem marcis puri argenti de tribus ortis Ludolfi et Henrici fratrum dictorum Hakellenberch ſitis ante valvam beati Michaelis, videlicet decem ſolidos in feſto beati Michaelis et decem ſolidos in feſto paſche annis ſingulis perſolvendos, ita tamen, quod jam dicti dominus Ludolfus et Conradus eosdem viginti ſolidorum reditus ob ſalutem anime Conradi pie recordationis dicti de Cancello ad uſus ſcolarium dormitorialium noſtre eccleſie legantes liberaliter perpetuis temporibus erogarunt. In cujus rei evidentiam preſens ſcriptum ſigillo noſtre eccleſie roboratum damus ſupradictis domino Ludolfo et Conrado et procuratori ſcolarium dormitorialium, qui pro tempore fuerit, in teſtimonium et in ſignum. Teſtes hujus ſunt Hermannus

Holtnickeri et Conradus filius ejus, Henricus Elye, Hillebrandus de Luckenum et alii plures fide digni. Datum et actum anno domini m° ccc° duodecimo feria ſexta ante dominicam, qua **cantatur Letare.**

1312 März 31. Dekan und Kapitel zu St Blaſien verkaufen Thecen apothekario *eine Pfründe auf Lebenszeit. Unter den Zeugen* Johannes Felix, Heinricus apud cimiterium, Johannes et Wedego fratres de Velſtede, David Kronesben, burgenſes in Bruneswich. Actum in capitulo **noſtro anno domini m° ccc° xij° pridie cal. Aprilis.** [704

Nach einer Abſchrift Gregor Overhams (Propſtes zu Helmſtedt, † 1687) zu Wolfenbüttel. — Als Canonicus wird Thece 1320 Jan. 30 (iij kal. Februarij) *bezeichnet: Abſchrift ebd.*

1312 April 2. Uebereinkunft der Lakenmacher im Hagen, in der Neuſtadt und in der Altenwik mit den Juden. [705

Aus dem Rechtsbuche der Neuſtadt, Bl. 11. — Dieſelbe Uebereinkunft iſt im erſten Degedingebuche des Hagens Bl. 5 mit geringen Abweichungen des Wortlauts unter dem Datum Anno domini ccc° xxij° *aufgezeichnet (B); von den Zeugen jedoch fehlen hier die Neuſtädter Rathmannen, ſtatt deren nach den drei Rittern und dem herzoglichen Vogte* de Rad uth dem Haghen *aufgeführt wird:* Jordan Stapel, Ludolf Scherpingh, Albert Cruſe, Henrik Stapel, Ghereke Peperkelre, Johan Vrederekes, Tile van Hemeſtidde, Ludolf Muntaries.

DE meſtere der inninghe der lakemekere ut deme Haghen unde ut dere Nyenſtad unde ut der Oldenwik hebbet ghedeghedinghet mit den joden over alle de ſtad alſo, dat ſe nicht ſcolen nemen to pande lakene, de to Brunswic ſin ghemaket, ſunder allene ſtucke môghen ſe wol nemen, noch nene lakenſchere noch nene wulle noch nen garn. Neme aver en jode garn, dat ſcal he to loſene don vor dat ſpinnelon unde nicht durere. Unde ſwe aldusdan ding wel utſetten, dat ſcal he don mit wettene ſines neybures, unde de jode ſcal ok to ſik nemen enen anderen joden ut ſiner neyburſcap, unde alſodan ding ſcal me van eme loſen. Neme he ſusdan ding boven dat, he ſcal hebben vorloren penninge unde pant. Worde deme kerſtenen borſt ſines neybures, ſo is de jode des neghere to beholdene mit ſineme neybure bi eren waren worden ane edh. Dor diſſe ſake ſcole we unde uſe gheſinde de joden unde ere gheſinde vorderen, wor we moghen. Oc en ſcolen ſe van neneme gaſte noch lantmanne noch lantvrowen garn eder wulle nemen, ſe en bringen eren werd mede. Diſſer dinghe ſint tughe de Rad ut der Nyenſtad, her Gherwin, Rotgher, Ludeman van Helmſtede, Ludolf van Ringelem, Conred van Hildenſem, Albert Blyvot, her Jorden van Wenthuſen, her Ludegher de drôzte, her Bertold van

17 **We meſtere** *B* 20 **nenen lakenſchere** *A* 21 **ſcolde** *B*

Velthem, riddere, unde Oldendorp, ufes herren voghet, unde Copfin unde Nathan van Meghedeborch, Yfaac van Goslere, de joden. Dith is ghefchen na goddes bord dufent jar drehundert jar in deme twelften jare achte daghe na pafchen

1312 April 14. Propft Arnold, Priorin Johanna und Convent zu Steterburg bekunden, daß fie ihren Klofterjungfrauen Johannen v. Kalbe (de Calve) *und Sophien v. Aftfeld* (de Aftvelde) *für 3 Mark eine Wurt zu Thiede* (Thide), *die 4 Schilling und vier Hühner zinft, fammt der Holznutzung aus allen zum Dorfe gehörigen Wäldern mit Ausnahme der des Waldes* La *verkauft haben, und daß diefer Zins nach dem Tode der Jungfrauen zum Lichte auf Marien Verkündigung verwandt werden foll.* Datum anno domini m° ccc° xij° in die beatorum Tiburcii et Valeriani mart. [706

Aus dem Chronicon Stederburgenfe zu Wolfenbüttel, S. 298

1312 Mai 1 Vienne. Papft Clemens befiehlt zum andern Male dem Markgrafen Waldemar von Brandenburg, den Herzogen Heinrich und Albrecht von Braunfchweig, Herzog Otten von Lüneburg, den Fürften Albrecht, Bernhard und Otten von Anhalt, den Grafen Heinrich, Dietrich und Dietrich von Hohnftein, Ulrich und Heinrich von Regenftein, Heinrich von Blankenburg, Hermann und Walther von Barby (de Barbuge), *Burchard von Mansfeld, Heinrich von Schladen, den Herren Werner und Gardun von Hadmersleben, anderen Fürften und Edeln, den Städten Braunfchweig, Hildesheim, Magdeburg, Halberftadt, Goslar, Quedlinburg, Helmftedt und anderen im Lande Sachfen, dem Klofter Ilfenburg gegen die Grafen Albrecht und Friderich von Wernigerode beholfen zu fein, die felbiges mit Raub und Gewaltthat heimgefucht haben.* Datum Vyenne kal. Maji pontificatus noftri anno feptimo. [707

Dem Inhalte nach in dem Aufgebote eingerückt, das Bifchof Albrecht am 22. December d. J. an Quedlinburg ergehen ließ. Gedruckt bei Jacobs, Urk.-B. des Klofters Ilfenburg, S. 520

1312 Mai 22 Wolfenbüttel. Herzog Albrecht eignet dem Kreuzklofter die von Bertram v. Velthem erworbenen und von diefem refignierten Güter zu Watzum (Wattecfem). *Unter den Zeugen* Hermannus Holtnicker, Johannes Felix, Jordanus Stapel, Bertramınus de Dampmone, Jordanus Stapel, Thidericus Thuringhus, burgenfes in Bruneswich. Datum in caftro Wlferbutle anno domini m° ccc° duodecimo undecimo kal. Junii. [708

Original zu Wolfenbüttel

1312 Mai 22 Braunſchweig. Ritter Bertram v. Veltheim (de Velthem) *verkauft an Propſt und Convent des Kreuzkloſters für 27 Mark l. S. anderthalb Hufen, zwei Höfe, eine Wurt und eine Wieſe zu Watzum* (Wateceſem). *Unter den Zeugen* Hermannus Holtnicker, Johannes Felix, Bertrammus de Dampmone, Jordanus Stapel, Thidericus Thuringhus, burgenſes in Bruneswich. Datum ibidem anno domini m° ccc° duodecimo xj° kal. Junii. [709

Original zu Wolfenbüttel. — Herzog Albrecht eignete dem Kloſter dieſe Güter am ſelben Tage und vor den nämlichen Zeugen zu Wolfenbuttel (in caſtro Wlflebutle): *Orig. ebd.*

1312 Mai 29. Aebtiſſin Gertrud, Priorin Mechtild und das ganze Kreuzkloſter bekunden, daß ihr Propſt Herr Johannes, Pfarrer zu Engelnſtedt (Enghelemeſtede) *von Ritter Bertram v. Veltheim* (de Veltem) *für 27 Mark l. S. anderthalb Hufen, zwei Höfe, eine Wurt und eine Wieſe zu Watzum* (Watteceſem) *gekauft und dieſe Güter dem Kloſter vorgeſchriebener Maßen, worauf ſie ſich verpflichten, gewidmet hat. Zeugen* Jordanus Stapel, Henricus Elye, Bertrammus de Dammone, Thidericus Thoringi, burgenſes in Bruneswich. Datum in conventu noſtro anno domini milleſimo trecenteſimo duodecimo quarto kalendas Junii. [710

Original zu Wolfenbuttel.

1312 Juni 3. Dekan Balduin und Capitel zu St Blaſien urkunden mit dem altſtädter Rathe über eine Stiftung des Propſtes Johannes zum Kreuzkloſter. [711

Original zu Wolfenbuttel, das Siegel des Capitels von St Blaſien und das Burgenſenſiegel an grünen Seidenſträngen, dazwiſchen an blauweißem Zwirnſtrange das kleine runde Siegel des Propſtes Johannes.

Nos Dei gracia Baldewinus decanus totumque capitulum eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich, Hermannus Wlverammi, Johannes Felix, Johannes de Veltſtedhe ceterique pro tempore Conſules Antique civitatis ibidem tenore preſencium publice recognoſcimus et teſtamur, quod diſcretus vir dominus Johannes, prepoſitus monaſterii ſancte Crucis in Rennelberghe, rector eccleſie in Enghelemeſtede, emit tam ſuo quam conventus ſui nomine pro viginti ſeptem marcis puri argenti ſue proprie pecunie a ſtrenuo viro Bertrammo de Veltem milite unum manſum et dimidium ſitos in campis ville Watteceſem et duas curias et unam aream in eadem villa et pratum unum ad eos pertinencia et divine retribucionis intuitu donavit jam dicta bona in Dei nomine prefato ſuo conventui perpetue poſſidenda, ita tamen, quod ipſe proventus eorundem bonorum integraliter recipiet et habeat temporibus ſue vite, et quod poſt obitum ipſius ſorori ſue domine Criſtine ac ancille ſue Bertradi, ſi tunc ſupervixerint, cuilibet earum de eisdem bonis a conventu predicto dentur expedite, quamdiu vixerint, unus chorus tritici et unus ſiliginis menſure bruneswicenſis annis ſingulis in die ſancti Michaelis, et inſuper quod anniverſa-

rius parentum ſuorum ſimul et ſuus, prout occurret, ab eodem conventu ſingulis annis miſſis et vigiliis ac animarum recommendacionibus confraternaliter peragantur, et in quolibet eorum domino prepoſito novem denarii et cuilibet capellano ſex et ſcolari tres denarii miniſtrentur. Et quicquid tunc poſt hujusmodi distribucionem reſiduum fuerit et poſt obitus eciam unius vel ambarum prenominatarum perſonarum vacare contigerit, hoc in duas equales partes dividatur, quarum una convertetur in communem utilitatem conventus et reliqua in officium camerarie, ut ſic, quod de cameraria debetur ſingulis annis cuilibet domine, de conventu ſine defectu et equali ſorte ſeu parte karitative miniſtretur. Igitur ut hec premiſſa prefatorum bonorum pia donatio et domini prepoſiti predicti devote intentionis ordinacio perpetuo firma maneat et inconvulſa, et ne aliquis propter oblivionem, ignoranciam vel maliciam aliquid premiſſorum immutare valeat vel de facto preſumat, cum conditiones in donacionibus appoſite exacta diligencia ſint ſervande, nos pro firmiori ipſorum munimine et evidentiori teſtimonio, que coram nobis fieri vidimus et audivimus, ad preces domini prepoſiti et conventus predictorum ſigilla noſtra preſentibus patenter duximus apponenda. Actum anno domini milleſimo trecenteſimo duodecimo tercio nonas Junii.

1312 Juni 5 Die Brüder Hakelberg verkaufen dem Cyriacusſtifte auf Wiederkauf einen Zins aus zwei Gärten beim Berge und an der Diebſtraße. [712

Original zu Wolfenbüttel, das zweite Siegel abgefallen.

NOs Ludolfus et Henricus fratres dicti Hakelenberch notum volumus eſſe univerſis, quod pro quindecim marcis puri argenti nobis integraliter perſolutis vendidimus canonicis ecclesie montis ſancti Ciriaci redditus triginta ſolidorum in duobus ortis ſitis uno prope predictum montem, alio vero juxta plateam furum, qui ſolventur ſingulis annis, videlicet quindecim ſolidi in feſto beati Michaelis et quindecim ſolidi in feſto paſche, eisdem canonicis expedite. Quos quidem redditus reemere poſſumus, cum placuerit, pro eadem ſumma pecunie in predictis terminis, dummodo predictis canonicis predixerimus in feſto Johannis baptiſte et in feſto nativitatis domini noſtri, et cenſu illius termini, videlicet beati Michaelis vel feſti paſce, integraliter perſoluto. In hujus rei teſtimonium preſentibus noſtra ſigilla duximus apponenda. Hujus rei teſtes ſunt Hermannus de Ursleve, Johannes Felix et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m°ccc°xij° in die beati Bonifacii martyris.

1312 Juni 8. Dekan Berthold und Capitel St Cyriaci urkunden über eine Kapellenſtiftung Johanns v. Alfeld. [713

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel

NOs Bertoldus, Dei gracia decanus, totumque capitulum eccleſie ſancti Cyriaci in monte apud Bruneswich preſentibus puplice recognoſcimus et notum facimus univerſis has litteras viſuris, quod Johannes dictus de Alvelde, civis in Bruneswich, cum unanimi noſtro conſenſu ad capellam unam apud chorum noſtrum ſitam et de ſuis ſumptibus edificatam et conſecrandam Thidericum filium ſuum nobis preſentavit, quem nos ad eandem capellam recepimus propter Deum, ita quod idem Johannes ad predictam cappellam dedit et aſſignavit ſexaginta marcas puri argenti, de quibus nos conparabimus redditus quinque vel ſex talentorum vel in quantum poterimus et prout melius poterimus cum proprietate eorundem, et illis redditibus emptis et conparatis et litteris deſuper ſcriptis et ſigillatis idem Johannes debet pecuniam ſolvere ſupradictam. Ad predictam eciam cappellam conſecrandam cum altari ibidem de ſumptibus propriis idem Johannes conparabit miſſale, calicem et ſacerdotalia veſtimenta. Cum vero Thidericus filius ſuus in presbiterum ordinatus fuerit, extunc in eadem cappella pro ſua voluntate et beneplacito divina ſibi inſpirante gracia poterit celebrare, ita quod ad officiandum predictam cappellam neque per ſe neque per alium tenebitur, nec eciam pater ſuus Johannes prenotatus, quod predicta cappella officietur, procurabit. Ipſe eciam Thidericus ſtallum in choro et proceſſione inmediate poſt canonicos optinebit et ad chorum frequentandum vel ad vices obſervandum non artabitur nec tenebitur, niſi velit, nichilominus tamen obedienciam faciet ſuo decano, ſuper eo videlicet, quod munde ſe teneat et honeſte. Poſt mortem vero dicti Thiderici eandem cappellam nos conferre debebimus ſine contradictione aliqua uni presbitero, pro quo dictus Johannes, quam diu vixerit, nobis duxerit ſupplicandum. Qui ſiquidem presbiter tanquam vicarius et in omnibus et per omnia in noſtra eccleſia ſe tenebit et ſingulis ſeptimanis feria ſecunda, quarta et ſexta miſſam celebrabit pro defunctis, aliis vero quatuor diebus, videlicet die dominica, feria tercia, quinta et die ſabbati, miſſam de die unam, ſecundam de ſancto ſpiritu, terciam de ſancta cruce et quartam de beata virgine ſeptimanis ſingulis celebrabit pro ſalute anime dicti Johannis et animarum videlicet patris et matris ſui necnon uxorum ſuarum, Alheydis ſcilicet et Weneke, filiorum quoque et filiarum ſuorum et aliorum parentum ſuorum et benefactorum. Wlt idem Johannes miſſas hujusmodi in predicta cappella per quemcunque presbiterum vicarium ibidem, ut premiſſum eſt, ſeptimanis ſingulis jugiter obſervari. Quandocunque autem predicti vicarii ſeptimana fuerit ad celebrandum in ſummo altari, extunc, quia ad celebrandum in choro aſtrictus eſſe debet, ad celebrandum in predicta cappella aliquatenus non tenetur, ſed in miſſis in choro tunc celebrandis animarum prenominatarum memor erit. Prenominatus eciam vicarius pro celebrationibus miſſarum in eadem cappella vinum et ceram ſibi perſonaliter procurabit. In cujus rei evidens teſtimonium noſtri capituli ſigillum preſentibus eſt appenſum. Teſtes eciam hujus rei ſunt magiſter Conradus, rector eccleſie ſancti Magni in Bruneswich, Her-

mannus de Ursleve, Johannes Felix, Johannes de Velſtede, Egelingus de cimiterio, burgenſes in Bruneswich, David de Oſterrode et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° xij° ſexto ydus Juni.

1312 Juni 8. Dekan Friderich und Capitel zu St Cyriaci urkunden über eine Kapellenſtiftung Johanns v. Alfeld. [714

Original zu Wolfenbuttel, das Siegel abgefallen. — Dieſe Urkunde, von anderer Hand als die vorige, lautet ſelbiger bis auf die Summe des Stiftungskapitals und die Angaben über deſſen Anlage faſt völlig gleich. Man muß annehmen, daß die Dekanswürde derzeit zwiſchen Berthold und Friderich ſtreitig war.

NOs Fredericus Dei gratia decanus totumque capitulum ecclefie montis ſancti Cyriaci apud Bruneswich preſentibus publice recognoſcimus et notum facimus univerſis has literas viſuris, quod Johannes dictus de Alvelde, civis in Bruneswich, cum unanimi noſtro conſenſu ad cappellam unam apud chorum noſtrum ſitam et de ſuis ſumptibus edificatam Thidericum filium ſuum nobis preſentavit, quem nos ad eandem cappellam recepimus propter Deum, ita quod idem Johannes ad predictam cappellam dedit et aſſignavit ſeptuaginta quatuor marcas puri argenti, cum quibus conparavimus a domino Spiringhe milite et ſuis veris heredibus quatuor manſos ſitos in Weſterbiwende liberos et ſolutos ſolventes xxiiij choros bruneswicenſis menſure, videlicet octo tritici, octo ſiliginis et octo avene, ſingulis annis et unam curiam cum duabus utilitatibus in ſilva Odere, que wlgariter dicuntur holtnut, cum proprietate eorundem ad eandem cappellam perpetuo pertinentes. Cum vero Thidericus filius ſuus in presbiterum ordinatus fuerit, extunc in eadem cappella pro ſua voluntate et beneplacito divina ſibi inſpirante gratia poterit celebrare, ita quod ad officiandum predictam cappellam neque per ſe neque per alium tenebitur, nec etiam pater ſuus Johannes prenotatus, quod predicta cappella officietur, procurabit. Ipſe etiam Thidericus ſtallum in choro et proceſſione inmediate poſt canonicos obtinebit et ad chorum frequentandum vel ad vices obſervandum non artabitur nec tenebitur, niſi velit, nihilominus tamen obedientiam faciet ſuo decano, ſuper eo videlicet, quod munde ſe teneat et honeſte. Poſt mortem vero dicti Thiderici eandem cappellam nos conferre debebimus ſine contradictione aliqua uni presbitero, pro quo dictus Johannes, quamdiu vixerit, nobis duxerit ſupplicandum. Qui ſiquidem presbiter tamquam vicarius et in omnibus et per omnia in noſtra eccleſia ſe tenebit et ſingulis ſeptimanis feria ſecunda, quarta et ſexta miſſam celebrabit pro defunctis, aliis vero quatuor diebus, videlicet die dominica, feria tertia, quinta et die ſabbati, miſſam de die unam, ſecundam de ſancto ſpiritu, tertiam de ſancta cruce et quartam de beata virgine ſeptimanis ſingulis celebrabit pro ſalute anime dicti Johannis et animarum videlicet patris et matris ſui necnon uxorum ſuarum Adelheydis et Weneke, filiorum quoque et filiarum ſuorum et aliorum parentum ſuorum et benefactorum. Wlt idem Johannes miſſas hujusmodi in eadem cappella per quemcunque presbiterum vicarium ibidem, ut premiſſum eſt, ſeptimanis ſingulis jugiter obſervari. Quandocunque autem predicti vicarii ſeptimana fuerit ad celebrandum in ſummo altari,

Nr 712 9 ſancti Cyriaci in monte 12 edificatam et conſecrandam 14 cum] de conparabimus 18 *vor* Cum *fehlt die Beſtimmung* Ad predictam eciam cappellam — veſtimenta *S. 392*[10] 31 Alheydis ſcilicet 33 eadem] predicta

extunc, quia ad celebrandum in choro aſtrictus eſſe debet, ad celebrandum in predicta capella aliquatenus non tenetur, ſed in miſſis in choro tunc celebrandis animarum prenominatarum memor erit. Prenominatus etiam vicarius pro celebrationibus miſſarum in eadem cappella vinum et ceram ſibi perſonaliter procurabit. In cujus rei evidens teſtimonium noſtri capituli ſigillum preſentibus eſt appenſum. Teſtes etiam hujus rei ſunt magiſter Conradus, rector eccleſie ſancti Magni in Bruneswic, Hermannus de Ursleve, Johannes Felix, Johannes de Veltſtede, Eghelingus de cimiterio, burgenſes in Bruneswich, David de Oſterodhe et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° xij° ſexto ydus Junii.

1312 Juni 14. Dekan und Kapitel zu St Blaſien bekunden, daß Heinrich beim Kirchhofe von ihnen ein Pfund Pfennige zur Jahrzeit ſeiner Eltern gekauft hat. [715

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel.

NOs Baldewinus Dei gratia decanus totumque capitulum eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich tenore preſentium publice recognoſcimus et teſtamur, quod Henricus apud cimiterium, burgenſis in Bruneswich, volens animabus parentum ſuorum piis elemoſinis ac eccleſie ſuffragiis fideliter ſubvenire et fiduciali devotione ſibi et uxori ſue domine Jutte ſalubriter providere de bonis a Deo ſibi conceſſis ſeminando in terris, quod multiplicato fructu eternaliter recolligere mereatur in celis, conparavit a nobis pro decem marcis puri argenti in utilitatem eccleſie noſtre converſis unum talentum bruneswicenſium denariorum ad anniverſarium parentum ſuorum, quem, quamdiu ipſe et uxor ſua predicta vixerint, ſingulis annis nonas Septembris miſſis et vigiliis, ſicut devotione precum ſuarum a nobis inpetravit, confraternaliter peragemus. Et tunc idem talentum pro karitativa conſolatione de burſa eccleſie noſtre distribuetur dominis noſtris canonicis et xvj vicariis, prout unum talentum distribui apud nos eſt conſuetum. Cum autem ipſum vel uxorem ſuam prefatam obire contigerit, anniverſarium illius, qui primo deceſſerit, anniverſario predicto pretermiſſo extunc ſingulis annis miſſis et vigiliis, prout occurret, peragemus. Et tunc predictum talentum distribuetur in eo ſecundum modum jam premiſſum. Ipſis autem ambobus defunctis anniverſarium ipſorum amborum ſimul in anniverſario die prioris defuncti ſingulis annis miſſis et vigiliis peragemus distribuendo karitative predictum talentum ſecundum modum ſuperius jam expreſſum. Igitur, ut omnia premiſſa inmutabiliter rata permaneant et noſtris ſucceſſoribus innoteſcant, preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo noſtro patenter duximus roborandam. Datum in capitulo noſtro preſentibus dominis Syfridi de Alten, Enghelberto de Medinghe, Borchardo de Cramme, Henrico de Weverlinghe, Echardo cuſtode, Ludolfo de Honlaghe, Lukemanno, Wasmodo de Knesbeke et Hartberto de Cramme, eccleſie noſtre canonicis, anno domini m° ccc° duodecimo xviij° kalendas Julii.

Im Orig. 18 nonas Septembris *auf Raſur*

1312 Juli 3 Braunſchweig. Ritter Florin und Knappe Albert v. Dahlum (de Dalem) *urkunden über die Schlichtung ihres Streites mit dem Aegidienkloſter wegen der Bezahlung ihrer Güter zu Salzdahlum* (Soltdalem). *Unter den Zeugen* Hermannus Holtnicker, Hermannus Wulverammi, Hermannus de Ursleve, Johannes Felix, Johannes et Wedego fratres de Velſtidde, Henricus Elie, burgenſes in Brunswich. Datum Brunswich anno domini m°ccc° duodecimo in die translacionis beati Thome apoſtoli. [716

Aus einem vom Rathe zu Braunſchweig um 1320 beſiegelten Transſumt von ſieben Urkunden über die Erwerbungen des Kloſters St Aegidien zu Salzdahlum. — Thome apoſtoli *wird ſtatt* Th. epiſcopi *der Abſchrift zu leſen ſein, da eine Translation des letzten Heiligen nicht bekannt iſt: ſ. Grotefend, Zeitrechnung des deutſchen Mittelalters 1, S. 193.*

1312 Juli 6 Braunſchweig. Herzog Albrecht belehnt die Ritter Ludolf und Bertram v Veltheim und die Hausfrau des erſten mit einem Hofraume neben dem Küchenhofe. [717

Das Original, vormals bei Herzogl. Kreisdirektion zu Braunſchweig, iſt jetzt nicht mehr zu finden. Gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt. Supplem. S. 59.

DEi gratia nos Albertus dux in Bruneswic publice recognoſcimus in hiis ſcriptis, quod partem curie ſitam juxta kokenhof in Urbe Bruneswic, quam relicta quondam Johannis de Utteſſe bone memorie vendidit Ludolfo militi noſtro de Veltum, eidem Ludolfo et uxori ſue, item Bertrammo de Veltum militi, fratri ſuo, et eorum veris heredibus contulimus et preſentibus conferimus jure feodi liberaliter poſſidendam. In cujus teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Bruneswic anno domini m°ccc° xij° in octava apoſtolorum Petri et Pauli.

1312 Auguſt 29. Rath an Vogt und Rath zu Lübeck: bittet, dem Boten der Almod v. der Heyde ein Legat ihres dort verſtorbenen Bruders ausfolgen zu laſſen. [718

Pergament mit Siegelſchlitz, der Rückſeite von Bl. 1 des dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt vorgebundenen Gedenkbuchs angeheftet.

DIscretis viris et honeſtis advocato et Conſulibus civitatis Lubecenſis Conſules civitatis Brunswicenſis honoris et ſervicii quantum poſſunt. Expoſuit nobis Almodis, ſoror Sifridi de merica, noſtra concivis, quod idem Sifridus, frater ſuus, quondam veſter concivis, ſibi quindecim marcas denariorum in ſuo legaverit teſtamento, ideoque providenciam veſtram deprecamur, quatenus efficere dignemini, ut heredes ipſius Sifridi prefatos denarios ad manus ſupradicte Almodis preſentent Olrico de Godenſtede, noſtro concivi, preſencium portitori, quod

intendimus ſideliter deſervire. Volumus enim vos dictosque heredes ab inpetitione cujuslibet ſuper predicta pecunia eripere, ſi fuerit hoc neceſſe, aut vobis ſeu heredibus antedictis ſatisfacere de pecunia prenarrata . . . . In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtre civitatis preſentibus duximus apponendum. Datum anno domini m° ccc° duodecimo in die decollationis beati Johannis baptiſte.

In der Handſchr. 3 . . . . Raſur

1312 September 22. Herzog Otto beſtätigt auf Bitten Ritter Heinrichs v. Wenden deſſen Schenkung der Rodewieſe an das Marienſpital. [719

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des xiv Jahrh. de prato dicto Rodwiſche. — *Vgl. Nr. 690.*

NOs Dei gracia Otto dux de Brunswic et Luneburch tenore preſencium recognoſcimus et publice proteſtamur, quod dilectus noſter Henricus de Wenden miles dictus de Dalem coram nobis pro ſalute anime ſue donavit hoſpitali ſancte Marie prope Longum pontem in Brunswic unum ſpacium, quod wlgariter dicitur Rodwiſche, ſitum prope curiam dictam Ekhorſt cum omni jure et utilitate proprietatis ac libertatis titulo, ſecundum quod ipſe poſſedit, quiete et libere poſſidendum et renunciavit omni juri, quod ſibi et heredibus ſuis in ſpacio antedicto conpetere poſſet in futurum. Gratam enim et ratam, ſecundum quod rite facta eſt, habemus donacionem ſupradictam. In predictorum eciam evidenciam ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum anno domini m° ccc° duodecimo in die beati Mauricii et ſociorum ejus.

1312 October 4. Die Brüder v. Guſtedt bekunden, daß mit ihrem Willen der Meier Heinrich von Woldwieſche, Bürger zu Braunſchweig, ſeinem Sohne dem Bürger Heideken eine Hufe und einen Hof zu Woldwieſche überlaſſen hat, und daß ihnen dieſer nur zinspflichtig, ſonſt aber mit keinem Recht oder Dienſte verwandt iſt. [720

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln.

NOs Gherardus miles et Race famulus fratres dicti de Guſtedhe tenore preſencium publice recognoſcimus et teſtamur, quod Henricus villicus de Woldwiſche, civis ibidem, cum conſenſu noſtro et heredum noſtrorum dedit Heydekoni filio ſuo, civi in Bruneswich, et ſuis veris heredibus unum manſum cenſualem ſitum in campis ville Woltwiſche et unam curiam in eadem villa, de quo quidem manſo et curia predictus Heydeko et heredes ſui dabunt michi Racen famulo predicto et meis legitimis heredibus tantummodo octo ſolidos annui cenſus bruneswicenſium denariorum et tres pullos ſingulis annis in feſto beati Michaelis. Et ſic idem Heydeko et ſui heredes predictum manſum et curiam absque omni inpetitione et inpedimento ex parte noſtro-

rum amborum et eciam heredum noſtrorum perpetuo poſſidebunt pacifice et quiete ita, quod nos et heredes noſtri in ipſo et ſuis heredibus tam in perſonis quam rebus ipſorum nullum jus aliud aut ſervicium nobis poſſumus vendicare. In cujus rei evidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. Teſtes eciam ſunt dominus Hoygerus plebanus in Bleken-ſtedhe, Thidericus de Asle, civis in Borchtorpe, Johannes Siverdinghe, civis in Woltwiſche, et plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° duodecimo quarto nonas Octobris.

1312 December 23 Braunſchweig. Herzog Albrecht überträgt dem Kreuzkloſter die dieſem von Heinrich Herbordi und ſeiner Hausfrau geſchenkten Güter zu Bortfeld. [721

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel an gelbem Seidenſtrange.

NOs Dei gracia Albertus dux in Bruneswich tenore preſencium publice recognoſcimus et teſtamur, quod Henricus, filius quondam Herbordi dicti Clerici, burgenſis in Bruneswich, et uxor ſua Ghertrudis, filia quondam Harnyth Slengherdus militis, conſtituti coram nobis ac noſtris fidelibus cum conſenſu filie ipſorum Elyzabeth, quia propinquiorem heredem non habebant, dederunt . . prepoſito et conventui monaſterii ſancte Crucis in Rennelberghe quinque manſos cum dimidio ſitos in campis ville Bortvelde et tres curias et dimidiam aream in eadem villa cum omnibus eorum utilitatibus et juribus ac pertinenciis univerſis in villis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis ab omni jure advocacie, comicie et qualibet ſervitute prorſus libera at ſoluta, ſicut predicta domina Ghertrudis et parentes ipſius ultra quinquaginta annos ipſa pacifice poſſederant, libere perpetuo poſſidenda. Nos igitur hanc donacionem et translacionem predictorum bonorum in conventum ſupradictum auctoritate noſtra approbantes et confirmantes receptis denariis noſtris, qui vulgariter dicuntur vredepennigghe, dominum Henricum, tunc predicti monaſterii prepoſitum, nomine et ex parte ejusdem monaſterii et conventus, prout racione temporalis juriditionis noſtra intereſt, miſimus in eorundem bonorum poſſeſſionem corporalem, ſtabilientes et firmantes ſibi ejusdem poſſeſſionis firmam pacem atque bannum. Unde, ne aliquis monaſterium et conventum ſepedictos in poſſeſſione predictorum bonorum inpedire valeat aut de facto jus aliquod in ipſis ſibi uſurpare preſumat, pro evidenti teſtimonio premiſſorum ſigillum noſtrum duximus preſentibus apponendum. Teſtes eciam ſunt Johannes de Honlaghe, Ecbertus de Aſſeborch, Bertrammus de Veltem, milites, Bertrammus de Dammone, Thidericus Thuringhi, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Datum ibidem anno domini m° ccc° duodecimo decimo kalendas Januarii.

Im Orig. 16 fehlt in

1312 December 24 Braunſchweig. Knappe (militaris) *Heinrich v. Bortfeld* (de Bortvelde) *erklärt ſeine Zuſtimmung zu der von ſeiner Blutsfreundin Frau Gertrud, weiland Hartneid Schlenkerdaus'* (quondam domini Harnyth Slengherdus) *Tochter, und ihrem Manne Heinrich Herbordi vor Herzog Albrecht vollzogenen Uebergabe von ſechstehalb Hufen und viertehalb Höfen zu Bortfeld an das Kreuzkloſter. Unter den Zeugen* Hermannus Holtnicker, Bertrammus de Dammone, Thidericus Thoringi, burgenſes in Bruneswich. Datum ibidem anno domini **m° ccc° duodecimo nono kal. Januarii.** [722

Original zu Wolfenbüttel. Im Siegel Heinrichs v. Bortfeld ein Hahnenkopf: er gehörte alſo nicht zu den v. B. auf Lichtenberg und Gebhardshagen, die zwei gekreuzte Lilienſcepter im Schilde führten.

1313. Allerlei Theidung. [723

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. — Fortſetzung von Nr 685.

HEnnig van Urde heft afghekoft Wasmode ſemme vedderen dat verde del des tegheden to Urde met alleme rechte vor lx mark. dat mach he eder ſine erven wederkopen vor dat ſulve ghelt binnen ver jaren jo to paſchen van nu to paſchen vorth over ver jar. Ene dede he eder ſine erven des nicht binnen ver jaren, ſo ſcholde eme Hennig eder ſine erven x mark togheven, unde ſo ne mochte Wasmot eder ſine erven nene wande mer wedertokopende dar an hebben. Actum anno domini m° ccc° xiij° feria ſexta poſt Letare.[a] *Bl. 34'*

Her Wernere de preſter, de is vicarius in der Borch, unde Bertolt ſin broder de leye, heren Werneres ſone des korsnewerchten in der Nyen ſtraten, deſſe twene hebbet twey erve in der ſulven Nyen ſtraten. Der twier erve heft de ſulve vorſprokene Bertolt vrede unde ban to erer beyder hant. Unde were dat alſo, dat her Wernere de vorſprokene preſter welde ſin erve vorkopen eder vorgheven, dar ne ſcoldene ſin broder Bertolt nicht an hinderen. | unde wat me plicht van den twen erven don ſchal, der plicht ſchal me warden an deme ſulven Bertolde. Actum **anno domini m° ccc° xiij°.** *Bl. 35*

Ludeke, Arnoldes ſone Blidelevendes, de heft bekant, dat he heft afghelaten van dren hoven to Lamme. unde de dre hove ſin Henricuſes des ſcolres unde Roleken, ſiner brodere. Unde welden ſe de dre hove vorkopen, dar ne ſcolde he, Ludeke, ſe nicht an hinderen. Vorkoften ſe oc de ſulven dre hove, wat ſe mer denne xl mark gulden, dat ſcolden ſe na marketale eme mededelen. Unde ſtorve diſſer twier brodere en, van deme anghevelle ene lete he, de ſulve Ludeke, **nicht. Anno domini m° ccc° xiij°.**

Bertram van Borwede unde Johan van Bortvelde, de vormundere ſin Diderekes kindere van

a März 30

Elleſſe, de hebbet ghekoft ene mark gheldes an Ghereken erve van Borwede vor xv mark to der ſulven kindere hant. Der ne mach he eder ſine erven nicht wederkopen binnen ſes jaren. unde wanne de ſes jar ummekomen, ſo mach he eder ſine erven de ſulven mark gheldes wederkopen umme dat ſulve ghelt. Unde iſt de ſulve Ghereke eder ſine erven des gheldes nicht hebben ne mochten, wan de ſes jar umme quemen, ſo gonde hes den kinderen vorbat mer umme dat ſulve ghelt alſo wol, alſo eneme anderen, wente het wederkopen mochte.|

Bl. 35' Johannes Druſebant, heren Berrendes ſone Druſebandes, heft bekant vorme Rade, dat he hebbe upgheboret van ſines vader erve lxv mark lodeghes ſulveres tovoren. Unde iſt ſines vader er to kort wert er ſin, wel he met den anderen kinderen to dele gan. ſo ſchal he de lxv mark weder inbringen.

Ghereke unde Johannes, heren Henniges ſone bi ſinte Paule, Hillebrant unde Heneke, Denen ſone bi ſinte Paule, de hebbet bekant vorme Rade, dat ſe van ſodaneme gude, dat ſe untſament hebbet met Heneken Paule, heren Henen ſone Paules. ſcon gheven ene mark gheldes, iſt ſin to kort wert, ſinen ſuſteren twen to Winhuſen, de wile dat ſe levet. Na erer beyder dode ſo valt de ſulve mark gheldes an de erven. Vortmer ſcon ſe gheven xx mark van deme ſulven gude Heneken Egelherdes eder weme eth Heneke bevele, iſt ſin to kort wert. Met diſſen dingen, iſt Heneken Paules to kort wert, ſo ſint ſine vorſprokenen vedderen van eme vorſcheden.

Hennig van Alvelde heſt ghegheven ſinen dochteren twen Lucien unde Lucien to Drubeke ene mark gheldes inne Stevenes huſe upper Haghenbruke unde ene mark gheldes inne Janes *Bl. 36* huſe des papen in der Nyenſtat unde ene mark gheldes inne Luderes huſe des korsnewerchten bi ſunte Bartholomeuſe. Deſſe dre mark gheldes ſcolen ſe hebben to ereme live. So wanne ener to kort wert, ſo kumpt en mark gheldes uppe Hannuſe unde uppe Clauſe unde uppe Wlrade. unde ſo wanne der anderen ſuſter to kort wert, ſo vallet de tw mark uppe de ſulven brodere dre. So wat plicht me dar af don ſchal der ſtat, dat ſcolen de ſulven brodere dre don. xiiij ſol. gheldes, de he heſt an emme garden, dede leghet twiſchen ſinte Andreaſſes dore unde deme Rennelberghe, de heſt he beſcheden twen voren, Berten dochteren van der Linden, de to Drubeke ſin, to ereme live. So wanne beyder ſuſtere to kort wert, ſo vallet de xiiij ſol. uppe de ſulven brodere vorſproken dre. Dat lutteke hus neyſt deme guldenen arne dat ſchal vor Berte van der Linden hebben to ereme live. So wanne er to kort wert, ſo valt eth weder uppe de ſulven brodere dre. So wat plicht van deſeme tinſe unde deſſeme huſe der ſtat boret, dat ſcon deſſe ſulven dre brodere uirichten. Actum anno domini m° ccc° xiij°.

Conrat, Hermannes ſone des heren, heſt beſcheden Greten ſerre husvrowen, iſt ſin to kort wert er ere ane erven. veſtech mark an ſemme redeſten gude unde iij mark gheldes an ſemme

In der Handſchr. 17 *am Schluſſe eine Marke* 20 unde — Bartholomeuſe *getilgt* 31 *am Rande dieſelbe Marke wie* 17

erve to ereme live. Wanne erer to kort wert, ſo vallet de ſulven iij mark weder uppe ſine erven. *Bl. 36'* Worden ok derſulven Greten kindere bi Konrade, ſo ſcolde eth gan na der ſtat rechte. Met diſſen dingen ſchal de ſulve vrowe vorſcheden ſin van allen dingen. Actum anno domini m° ccc° xiij°.

Heneke Bolte unde Berneke ſin broder hebbet ghegheven erem broder Roleken, de monek es to ſinte Yleyen, to ſemme live ij tal. gheldes brunswikeſcher penninge an eres vader erve, dar ſe nu inne wonet, to paſchen en punt unde to ſinte Michels dage en punt to ghevende. Were ok dat, dat de ſulven twene brodere welden deme ſulven moneke erem broder anders wr twei punt gheldes kopen, dar ſe wis weren dat eme daran ghenoghede, ſo ſcholde dat ſulve erve ledech unde los weſen van ſerre weghene. Were dat ok, dat ſe dere twier punt alle jar nicht ne gheven, dewile dat ſe ſe anders wr nicht ne maket hedden, ſo welkes jares ſe der twier punt nicht ne gheven, ſo ne ſcholden ſe in deme ſulven erve nicht wonen, ſe ne deden dat met Roleken willen des monekes. Actum anno domini m° ccc° xiij°.

1313 Januar 19 Braunſchweig. Herzog Albrecht eignet der Brüderſchaft des H. Geiſtskalandes zwei von den Brüdern v. Gandersheim gekaufte Hufen zu Sonnenberg. 724

Original im Stadtarchive mit einer Siegeltrummer an rothem Seidenſtrange zwiſchen zwei runden um dieſen zuſammengehefteten, außen mit blauer Leinwand überzogenen, aus gleichzeitigen Urkunden geſchnittenen Pergamentdeckeln. Gedruckt bei Gebhardi, Hiſt. Nachr. von dem Stifte S. Matthäi etc., S. 81.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Albertus dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret vivacitas litterarum, hinc eſt, quod notum fieri volumus univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod confratres kalendarum ſancti Spiritus in Bruneswich emerunt pro viginti duabus marcis puri argenti a Henrico et Wedekindo fratribus dictis de Ganderſem, burgenſibus in Bruneswich, duos manſos ſitos in campis ville Sunnenberghe cum una curia in eadem villa ad ipſos pertinente et omnibus aliis eorum utilitatibus et juribus ac pertinenciis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure comicie, advocacie et qualibet ſervitute prorſus liberos et ſolutos, quos predicti fratres Henricus et Wedekindus, ſicut eos a nobis tenebant in pheodo, libere nobis reſignarunt. Quo facto nos ad devotas ſupplicationes ſupradictorum confratrum kalendarum matura et ſufficienti deliberatione prehabita proprietatem eorumdem manſorum et omnium eorum pertinencium ipſis ac ipſorum ſucceſſoribus dedimus ac in Dei nomine per preſentes damus proprietatis et libertatis tytulo

Im Orig. 20 fehlt in

perpetuo libere poſſidenda, ut ipſi exnunc de eorumdem manſorum proventibus ſecundum ſuas conſuetas obſervancias debilibus ac mendicantibus elemoſinas et recreationes facere valeant largiores, et nos ac dilecta noſtra domina Rykece ac predeceſſores noſtri eciam et heredes de eisdem elemoſinis participemus ſuffragia et peccatorum noſtrorum remedia preſtante nobis id domino noſtro Jheſu Chriſto. Renunciavimus inſuper et renunciamus per preſentes pro nobis et noſtris omni juri, quod nobis in predictis manſis competebat et competere potuiſſet in futuro. Miſimus eciam dominos Johannem plebanum in Zcuhinghe, decanum, et Johannem rectorem eccleſie in Elbere, camerarium kalendarum predictarum, nomine ſuo et omnium confratrum ſuorum ac ſororum in predictorum manſorum poſſeſſionem corporalem, firmantes et ſtabilientes ipſis auctoritate noſtra ordinaria ejusdem poſſeſſionis firmam pacem atque bannum, adicientes, quod volumus eos et ipſorum ſucceſſores in eorumdem manſorum poſſeſſione legitime defendere et ab omnibus controverſiis et litibus, ſi que ipſis, quod abſit, mote fuerint, legaliter disbrigare. Et in horum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum pro nobis et noſtris heredibus preſentibus duximus patenter apponendum. Teſtes eciam ſunt discreti viri Ecbertus noſter capellanus, Ludolfus de Honlaghe, canonici eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich, Ludolfus et Bertoldus de Veltem, Ludolfus de Honlaghe, milites, fideles noſtri, et plures alii fide digni. Actum et datum Bruneswich anno domini milleſimo trecenteſimo tercio decimo quartodecimo kalendas Februarij.

Im Orig. ? Zeuhinghe?

1313 Februar 1. Ritter Ekbert von der Aſſeburg verkauft Eggeling v. Ströbeck und Johann v. der Heide ein Viertel des Zehnts zu Drütte und belehnt ſie damit. [725

Original mit Siegeltrummer im Stadtarchive. Gedruckt im Aſſeburger Urk.-B. II, S. 79.

EGo Ekbertus de Aſſeburch miles tenore preſencium recognoſco, quod honeſtis viris Ekelingo de Strobeke et Johanni de merica, burgenſibus in Brunswic, vendidi pro viginti ſeptem marcis puri argenti brunswicenſis ponderis et valoris quartam partem decime in Druttedhe, quam Hillebrandus Longus a me in pheodo tenuit, et eandem quartam partem decime jam dicte ſupradictis burgenſibus contuli juſto titulo pheodali. Si vero predictus Hillebrandus adhuc viveret, quod ignoro, extunc, ſi ad partes rediret, debeo predictis burgenſibus ſolvere et reddere pecuniam antedictam, ad quod me et Borchardum militem, filium meum, fide data in ſolidum obligo per preſentes, aut, cum monitus fuero, civitatem Brunswic una cum predicto filio meo intrabo ad jacendum inde ambo non exituri, quin predicta pecunia eisdem burgenſibus aut eorum veris heredibus perſoluta fuerit integraliter, vel de ipſorum beneplacita exti-

terit voluntate. In cujus rei evidens teſtimonium ſigillum meum duxi preſentibus apponendum. Ego eciam Borchardus miles antedictus una cum patre meo ad predicta, ſecundum quod predicitur, preſentibus me obligo et ſigillo ſuo ſum contentus. Datum anno domini m° ccc° xiij° in vigilia purificacionis beate Marie virginis.

1313 Februar 1. Ritter Balduin v. Wenden eignet mit Zuſtimmung ſeiner Gattin Mechtildis und ſeiner Kinder Ludolf, Heinrich, Luthard, Ludwig und Mechtildis dem Kloſter Riddagshauſen eine Hufe zu Alversdorf (Algerstorp), *die Johanna v. Vahlberg* (de Valeberghe), *Friderichs Witwe, und ihr Sohn Friderich von ihm und ſeinem Vater Heinrich zu Lehen getragen und ihm aufgeſandt haben.* Datum anno domini m° ccc° xiij° kal. Februarii. [726

Original zu Wolfenbüttel. — Eine gleichlautende Urkunde Heinrichs v. Wenden vom ſelben Tage ebd.

1313 März 12. Ritter Friderich Frieſe (Friſo) *und die Knappen Konrad v. Biewende, Adrian v. Aderſtedt* (de Aderſtede), *Heinrich v. Dettum* (de Dettene) *und Heinrich v. Sambleben* (de Zampleve) *geloben mit Rudolf Kotzen* (Rodolfo dicto Coſze) *dem Cyriakusſtifte, bei Namen den Kanonikern* Bertoldo de Honlage, Arnoldo de Calve, Conrado de Munſtede, Frederico de ſancto Spiritu, Johanni rectori eccleſie ſancti Michaelis, Engelhardo, Bertrammo de Legede, *für ſie das Eigenthum einer Hufe zu Winnigſtedt* (Wingnigeſtede), *die ihnen Rudolf verkauft hat, vom Domkapitel zu Halberſtadt binnen Jahresfriſt nach Walburgis zu erlangen, oder ihnen 24 Mark l. S. zu zahlen oder Einlager in Braunſchweig zu halten.* Datum anno domini m° ccc° xiij° in die beati Gregorii pape. [727

Original zu Wolfenbüttel.

1313 März 14 Braunſchweig. Konrad Holtnicker widmet dem Kreuzkloſter anderthalb Hufen und einen halben Hof zu Lehndorf. [728

Original zu Wolfenbüttel, die beiden Siegel an rothgelben Seidenſträngen.

IN nomine domini amen. Ego Conradus dictus Holtnicker, civis in Brunswic, notum eſſe cupio univerſis tam preſentibus quam futuris, quod memor fragilitatis humane, cui ab ipſo vite principio mortis imperium dominatur, volens ob hoc diem meſſionis extreme piis elemoſinarum largitionibus prevenire matura deliberatione prehabita ad honorem omnipotentis Dei ac beatiſſime virginis Marie, matris ejus venerande, necnon pro ſalubri remedio animarum, mee videlicet et Conradi et Elizabeth, parentum meorum, ac fratris mei Elye ceterorumque meo-

Im Orig. 26 printipio

rum propinquorum dedi et in Dei nomine do per preſentes conventui monaſterii ſancte Crucis in Renelberch apud civitatem Brunswic unum manſum cum dimidio ſitos in campis ville Lendorpe et dimidiam curiam in eadem villa ſolventes cenſualiter quatuor choros ſiliginis cum dimidio et tres choros avene bruneswicenſis menſure cum omnibus etiam eorum juribus et pertinentiis in villis, ſilvis, campis, agris, pratis, paſcuis, viis et inviis, ab omni jure advocatie, comicie et qualibet ſervitute prorſus liberos et libertatis titulo, ſicut eos poſſedi, poſſidendos et habendos perpetuo ſub hac forma, quod predictus conventus preſentabit michi totalem predictum cenſum prefatorum bonorum ad vite mee tempora ſingulis annis in feſto ſancti Michaelis. Poſt obitum vero meum idem totalis cenſus ipſi conventui hoc modo remanebit, quod de ipſo ſibi miniſtrabitur unus chorus ſiliginis ad patris mei Conradi et unus chorus ſiliginis ad matris mee domine Elizabeth et unus chorus ſiliginis ad fratris mei Elye anniverſarios devotius peragendos. in meo autem anniverſario dabuntur eidem conventui unus chorus ſiliginis cum dimidio et tres chori avene ac domino prepoſito unus ſolidus de eisdem choris et duobus ſacerdotibus cuilibet ipſorum ſex denarii et ſcolari tres denarii in karitativa conſolatione et pro relevamine laborum ſuorum in miſſis et vigiliis predictorum anniverſariorum ſpecialiter habitorum. Igitur, ut predictus conventus prefata bona ſub forma premiſſa ex pia et rationabili donatione mea perpetuo poſſideat pacifice et quiete, preſentem litteram inde conſcriptam ſibi dedi ſigillis, meo videlicet ac fratris mei Hermanni, patenter communitam. Teſtes etiam ſunt Henricus Elye, Jordanus Stapel, Bertrammus de Dammone et Tidericus Thuringi, conburgenſes mei in Brunswic, et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° xiij° pridie idus Marcii.

Im Orig. 5 fehlt in

1313 März 20. Die Edeln Walther und Friderich v. Dorſtadt belehnen die Brüder Dietrich und Konrad Doring und Heinrich Boneken mit der Vogtei einer Hufe zu Adersheim und einer zu Leinde. [729

Aus dem v. Döringſchen Copialbuche zu Badow, Bl. 31'.

NOs Wolterus et Fridericus nobiles dicti de Dorſtadt tenore preſentium recognoſcimus, quod honeſtis viris Theodorico et Conrado fratribus Thuringis, burgenſibus in Brunswic, et Henrico filio Conradi Boneken, quondam civis Brunsvicenſis bone memorie, communiter mittimus et preſentibus conferimus advocatiam ſuper duos manſos ſitos unum in campis ville Aderſem et alium in campis Lenede juſto titulo pheudali, donec de iisdem manſis duobus poſſunt manualiter inpheudari. In cujus teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus appendi. Datum anno domini m° ccc° xiij° feria tertia poſt dominicam Oculi.

1313 März 23. Die v. Bortfeld, Ludolf zu Lichtenberg (Lechtenberghe), *deſſen Oheime Gebhard und Friderich, die Brüder Gebhard, Burchard, Ludolf und Balduin zum Gebhardshagen* (in Indagine morantes), *ſowie die Brüder Ludolf, Johann und Ludolf daſelbſt bekunden, daß ſie bei Herzog Albrecht als oberſtem Lehnsherrn auf anderthalb Hufen zu Alversdorf* (Algezdorpe) *verzichtet, die Johanna v. Vahlberg* (de Valeberghe), *Friderichs Witwe, und ihr Sohn Friderich von ihnen zu Lehen getragen, dem Kloſter Riddagshauſen verkauft und ihnen aufgeſandt haben.* Datum anno domini m° ccc° xiij° decimo kal. Aprilis. [730

Original zu Wolfenbuttel.

1313 März 30. Bruder Hermann, Halberſtädter Weihbiſchof, verheißt denen, die die Kirche des Marienſpitals an gewiſſen Tagen beſuchen oder auf dem Kirchhofe für die Seelen der Todten und aller Gläubigen beten, vierzigtägigen Ablaß. [731

Original im Stadtarchive, das Siegel in grünem Wachs.

FRater Hermannus, Dei gracia Belonvilonenſis ecclesie ſancti Johannis baptiſte epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam intuentibus ſalutem in eo, qui neminem wlt perire. Acceptabile Deo cognoſcentes exhibere obſequium, cum fidelis populus noſtris exhortacionibus ad divini cultus opera ſalubriter inclinatur, omnibus igitur vere penitentibus, confeſſis et contritis, qui ad eccleſiam hoſpitalisglorioſe virginis Marie in Brunswich Halberſtadenſis dyoc. in quatuor ſollempnitatibus Chriſti, videlicet nativitatis, paſche, aſcenſionis, penthecoſtes, et in ſingulis feſtivitatibus glorioſe virginis Marie, in diebus omnium patronorum eccleſie et altarium, ſingulis ſabbatis et ſextis feriis, in feſto dedicationis eccleſie et altarium, in diebus apoſtolorum omnium necnon in feſtis beatorum martirum Laurencii et Blaſii, in die beati Nycolai confeſſoris, in diebus undecim milium virginum, Margarete, Marie Magdalene et Agathe virginis et martiris necnon per octavas omnium feſtivitatum predictarum cauſa devotionis acceſſerint et ibidem divinis officiis interſuerint, aut qui cymiterium dicti hoſpitalis ſeu eccleſie ſingulis diebus circuierint fuſis orationibus devotis et pro animabus ibidem quieſcentibus ac pro animabus omnium fidelium defunctorum devote oraverint, nos de omnipotentis clemencia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus meritis confiſi quadraginta dies indulgenciarum de injunctis ſibi penitenciis in domino miſericorditer relaxamus. In cujus rei evidenciam ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Brunswich anno domini milleſimo ccc° xiij° feria ſexta proxima poſt dominicam Letare.

Im Orig. 17. 29 Bruſwich 25 circuerint

1313 April 4. Propſt Hermann, Priorin Johanna und Convent zu Steterburg bekunden, daß ſie Herrn Ludolf v. Broitzen (de Brotzem) *für 10 Mark zwei Wurten zu Geitelde* (Getledhe) *verkauft haben, deren jede Michaelis 5 Schilling und 5 Hühner zinſt, und daß ſelbige von Herrn Ludolf zum Heil ſeiner Seele der Krankenmeiſterin* (magiſtre infirmarie) *gewidmet ſind, um für die eine Hälfte des Zinſes unter den Kloſterfrauen am Abend Marien Magdalenen weiße Semmeln* (albi cunei) *auszutheilen, für die andere die fünf Nächte der Erleuchtung des Leibes Chriſti zum Troſt aller gläubigen Seelen um eine zu mehren* (una nox ad luminaria corporis Chriſti augeatur: nunc igitur ſex noctibus ante corpus Chriſti accendatur). Actum et datum anno domini m° ccc° xiij° in die beati Ambroſii confeſſoris. [732

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 283.

1313 April 21. Herzog Heinrich eignet dem Cyriacusſtifte zwei Wurten zu Wittmarshagen (Witmereshaghen), *die ſelbigem der Truchſeß Ritter Jordan mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Jordan und Balduin verkauft und ihm aufgeſandt hat. Unter den Zeugen* Henricus Elye. Datum et actum anno domini m° ccc° tercio decimo undecimo kalendas Maji. [733

Original zu Wolfenbüttel

1313 Juni 8. Herzog Albrecht ſchenkt dem Cyriacusſtifte 3 Hufen im Felde des vormaligen Dorfes Neindorf bei Groß-Biewende (tres manſos ſitos in campis ville quondam Nendorpe apud Weſterbiwende), *die Ritter Konrad v. Gevensleben* (de Ghevensleve) *und Konrad ſein Bruder ihm aufgelaſſen haben. Unter den Zeugen* Johannes Felix, Johannes de Veltſtede. Datum et actum anno domini m° ccc° tertio decimo ſexto ydus Junii. [734

Original zu Wolfenbüttel

1313 Juni 26. Biſchof Heinrich von Hildesheim eignet dem Marienſpitale den Zehnt zu Eikhorſt. [735

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln.

NOs Henricus Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus recognoſcimus publice proteſtantes, quod de conſenſu ac beneplacito noſtri capituli proprietatem ſive dominium decime in Echorſt, cujus uſufructum Henricus, Ludolfus et Conradus dicti Helye, burgenſes in Brunswic, a nobis in feodo tenuerunt, pro remedio anime noſtre domui languidorum hoſpitalis prope Longum pontem in Brunswic cum omni jure et utilitate in proprium dedimus preſentibus et

donamus ac in poſſeſſionem perpetuam tradidimus et per preſentes tradimus proprietatis titulo jure perpetuo poſſidendum, nullum jus ad preſens vel in futurum nobis aut ſucceſſoribus noſtris in prefata decima reſervantes. Super quibus ne dubium oriatur, preſentem litteram inde conſcriptam ſigillis, noſtro ſcilicet et capituli noſtri, fecimus ſigillari. Datum anno domini m° ccc° terciodecimo vj° kal. Julij. [735

1313 Juli 4. Herzog Otto beſtätigt die Altarſtiftungen Konrads vom Schranke, Johanns v. Alfeld und Ekberts v. Lutter zu St Cyriaci und verzichtet für ſich und ſeine Erben auf jedes Collationsrecht daran. [736

Original zu Wolfenbüttel. Das Siegel an rothem Seidenſtrange.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia Otto dux de Bruneswich et Luneborch omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, neceſſe eſt, ut roborentur teſtimoniis litterarum. Hinc eſt quod notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod Conradus dictus de cancello pie memorie et Johannes de Alvelde et Ecbertus de Luttere, cives Bruneswicenſes, ob honorem omnipotentis Dei et virginis Marie et beati Cyriaci martiris tria altaria in eccleſia montis beati Cyriaci predicti extra muros Bruneswich noviter conſtruxerunt et ob ſalutem animarum ſuarum ad divinum cultum ampliandum dotaverunt ipſa pro tribus ſacerdotibus, qui predicta altaria officiabunt diebus ſingulis quilibet una miſſa. Et prefatus Conradus in teſtamento ſuo et rerum ſuarum ultima diſpoſitione et predicti Johannes et Ecbertus inter vivos voluerunt et ſtatuerunt, quod capitulum predicte eccleſie illa altaria conferat ſacerdotibus, quocienscunque et quandocunque ipſa vacare contigerit, et quod ita in poſterum inviolabiliter obſervetur. Unde, ne predicti in pia eorum intentione defraudentur, ordinationem et factum ipſorum gratum et ratum habentes, ut plures voces in eadem eccleſia ad Dei laudem habeantur, hiis noſtram adhibemus promptiſſimam voluntatem nec nobis vel noſtris heredibus aliquid juris aſſcribemus vel reſervamus in collatione iſtorum altarium, ſed volumus, ut a prefato capitulo ſacerdotibus libere conferantur. In cujus rei evidentiam preſens ſcriptum ſigillo noſtro duximus muniendum. Teſtes hujus ſunt dominus Eckehardus, cuſtos ſancti Blaſii in Bruneswich, Widekindus, canonicus ibidem, Pardum et Wasmodus milites dicti de Knesbecke, et alii plures fide digni. Datum anno domini m° ccc° xiij° quarto nonas Julii.

1313 Juli 30. Herzog Albrecht beſtätigt die Altarſtiftungen Johanns v. Alfeld und Ekberts v. Lutter zu St Cyriaci und verzichtet auf jedes Collationsrecht. [737

Original zu Wolfenbüttel. Das Siegel an rothem Seidenſtrange.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia Albertus dux de Bruneswich omnibus in perpetuum. Cum per motum temporis deperire ſoleant actiones hominum, neceſſe eſt, ut roborentur teſtimoniis litterarum. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod Johannes de Alvelde et Ecbertus dictus de Luttere, cives Bruneswicenſes, ad divinum cultum ampliandum, ob honorem omnipotentis Dei et virginis Marie et beati Cyriaci martiris duo altaria in eccleſia montis beati Cyriaci predicti extra muros Bruneswich noviter conſtruxerunt et ob ſalutem animarum ſuarum dotaverunt ipſa pro duobus ſacerdotibus, qui predicta altaria officiabunt ſingulis diebus una miſſa quilibet ſacerdotum. Predicti eciam Johannes et Ecbertus voluerunt et ſtatuerunt, quod capitulum predicte eccleſie illa altaria conferat ſacerdotibus, quotienscunque et quandocunque ipſa vacare contigerit, et quod ita in poſterum inviolabiliter obſervetur. Unde, ne predicti in pia eorum intentione defraudentur, ordinationem et factum ipſorum ratum et gratum habentes, ut plures voces in eadem eccleſia ad laudem Dei habeantur, hiis noſtram adhibemus promptiſſimam voluntatem nec nobis nec noſtris heredibus aliquid juris aſſcribemus in collationem iſtorum altarium, ſed volumus, ut a prefato capitulo ſacerdotibus libere conferantur. In cujus rei evidentiam preſens ſcriptum ſigillo noſtro duximus muniendum. Teſtes hujus ſunt discreti viri Johannes de Honlaghe, Ecbertus de Aſſeburch, Bertrammus de Veltum, Ludolfus de Honlaghe, milites, et alii plures fide digni. Datum anno domini m°ccc°xiij° tercio kalendas Auguſti.

8 *Vor* Predicti *Nr 737* Et prefatus — et *Nr 737* inter vivos voluerunt

1313 Auguſt 25. Küſter Johannes und die übrigen Genoſſen der Prieſterbrüderſchaft tauſchen mit dem Kloſter Wennigſen (Wenekeſſen) *die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus.* In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo tercio decimo octavo kal. Septembris. [738

Original zu Hannover, das Siegel an rothem Seidenſtrange. — Formular bis auf den Beſiegelungsvermerk wie Nr 693.

1313 Auguſt 25. Küſter Johannes und die übrigen Genoſſen der Prieſterbrüderſchaft tauſchen mit dem Kapitel des Stiftes zu Unſer lieben Frauen in Halberſtadt die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo tercio decimo octavo kalendas Septembris. [739

Original zu Magdeburg — Formular wie Nr 738.

1313 October 10 Braunſchweig. Herzog Albrecht weiſt die Proviſoren der Magnikirche in den Beſitz der von Heinrich von Dettum gekauften Huſe ſammt Hof zu Dettum. [740

Unbeſiegelte gleichzeitige Copie im Stadtarchive.

Datum per copiam.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Albertus dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Quamvis bona immobilia et eorum proprietas in comiciis reſignari et in alios transferri debeant ſecundum jus terre conſuetudinarium antiquitus obſervatum, et idem jus nunc propter raritatem comiciliorum in diſſuetudinem devenerit, neceſſe eſt, ut hujusmodi bonorum reſignacio et eorum proprietatis et poſſeſſionis adepcio aliis efficacibus amminiculis in preſencium et futurorum noticiam redigatur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis, quod, cum Henricus, filius quondam Rodolfi militis de Dettene, vendidiſſet in perpetuum Heydekoni Piſtori et Henrico de Laſſorde, proviſoribus eccleſie ſancti Magni in Bruneswich, nomine ejusdem eccleſie unum manſum ſitum in campis ville Dettene et unam curiam in eadem villa cum omnibus aliis ejusdem manſi utilitatibus, juribus et pertinenciis univerſis, idem Henricus una cum ſororibus ſuis, videlicet Mechtilde et Hermanno filio ejus et Jutta ac Rodolfo et Ottone filiis ejusdem, conſtitutus coram nobis reſignavit et dimiſit eccleſie ſancti Magni predicte prefatum manſum et curiam ab omni jure advocacie et qualibet ſervitute liberum et ſolutum jure proprii ſeu libertatis et proprietatis tytulo, ſicut ipſe et predeceſſores ſui eundem manſum et curiam pacifice poſſederant, libere poſſidenda renunciando pro ſe et ſuis heredibus ac propinquis omni juri, quod ſibi et ipſis in ſepedictis bonis conpetebat et conpetere potuiſſet in futuro. Hoc facto nos, ſicut racione comicie et temporalis juridicionis noſtra intereſt, Heydekonem et Henricum, proviſores eccleſie predicte, nomine ejusdem eccleſie nullo contradicente miſimus in predictorum manſi et curie poſſeſſionem corporalem. Et receptis denariis noſtris wlgariter dictis vredepennigghe firmavimus eidem eccleſie ſancti Magni ejusdem poſſeſſionis firmam pacem atque bannum. Igitur ne aliquis contra libertatem manſi et curie predictorum jus aliquod aut ſervicium de eis ſibi uſurpare preſumat, preſentem litteram eccleſie ſancti Magni ſepedicte pro evidenti teſtimonio omnium premiſſorum dedimus ſigillo noſtro perpetualiter conmunitam. Teſtes eciam ſunt Johannes de Honlaghe, Hermannus de Dalem, Ecbertus de Aſſeborch, Bertoldus de Veltem, milites, fideles noſtri, et plures alii fide digni. Actum Bruneswich anno domini milleſimo trecenteſimo tercio decimo ſexto ydus Octobris.

1313 October 24. Küſter Johannes und die übrigen Genoſſen der Prieſterbrüderſchaft tauſchen mit Dekan und Capitel zu Bardowiek die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus.
Datum anno domini milleſimo trecenteſimo tertio decimo nono kal. Novembris. [741

Gedruckt bei Schlöpken, Chronicon der Stadt und des Stifts Bardowiek, S. 261.

1313 October 28. Die Prieſterbrüderſchaft tauſcht mit dem Kloſter Hillersleben die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus. Datum anno domini m°ccc°xiij° quinto kal. Novembris. [742

Aus dem zweiten Copialbuche des Kloſters Hillersleben in der Königl. Bibliothek zu Berlin gedruckt bei Riedel, Cod. diplom. Brandenburg. erſten Hauptheils IV, S. 441. — Formular wie Nr 738.

1313 November 11. Propſt Albertus und Aebtiſſin Hildegund des Vituskloſters zu Drübeck verkaufen dem Küster Eckehard zu St Aegidien Zins und Eigenthum einer Hufe zu Beierſtedt (in Beyerſtede prope cimiterium). *Unter den Zeugen* Johannes Koman, civis in Bruneswich. Actum et datum anno domini m°ccc°xiij° in die beati Martini epiſcopi. [743

Original zu Wolfenbüttel.

1313 November 24. Küſter Johannes und die übrigen Genoſſen der Prieſterbrüderſchaft tauſchen mit dem Kloſter Barſinghauſen (Berciggehuſen) *die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus.* Datum anno domini milleſimo trecenteſimo tercio decimo octavo kal. Decembris. [744

Original zu Hannover.

1313 December 7. Der Rath in der Altſtadt urkundet über einen Gütertauſch zwiſchen dem Kloſter Riddagshauſen und der Kirche des Marienſpitals. [745

Zwei bis auf unweſentliche Varianten völlig gleichlautende Ausfertigungen, die eine für das Marienſpital im Stadtarchive (B), die andere für Riddagshauſen zu Wolfenbüttel, an jeder drei Siegel. Rückvermerke des XIV Jahrh. auf der erſten de permutacione trium manſ. de Ridageshuſen, *auf der zweiten* de permutatione bonorum in Herderodhe. *Hier der Text des zweiten Exemplars.*

HErmannus Holtnicker, Johannes Felix, Henricus de cymiterio, Johannes de Veltſtede, Hermannus de Ursleve, Henricus Elye, Ludolfus Oſſe ceterique Conſules civitatis Bruneswic univerſis Chriſti fidelibus preſentibus et futuris ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Propter multiplices rerum transeuntium varietates, quibus humana ſubjecta eſt condicio, actiones, que in preſenti aguntur, per inſtrumenta litterarum et munimenta teſtium ſolent reſervari memorie futurorum. Notum igitur eſſe volumus univerſis, quod relligioſi viri dominus . . abbas et conventus monaſterii Ryddagheshuſen cum eccleſia novi hoſpitalis ſancte Marie in Bruneswic, Conrado proviſore tunc temporis ejusdem hoſpitalis id promovente, de conſenſu et beneplacito omnium noſtrum concambium tale ſeu permutationem, eccleſiarum ſuarum utilitate pen-

ſata, ut infra ſcribitur, inierunt. Predicti itaque dominus abbas et conventus in Ryddageshuſen tres manſos, quorum duo ſiti ſunt in Adhenem, tercius in Hotzelem, quem iidem relligioſi pro alio manſo ſito in Tzicte cum commendatore et fratribus domus Teutonice in Luckenum conmutaverunt, preſato Conrado proviſori et hoſpitali ſancte Marie dederunt cum omni jure et attinenciis in villa, campis, ſilvis, pratis et paſcuis in jus proprium proprietatis tytulo perpetuo poſſidendos. E converſo ſupradictus Conradus proviſor nomine ejusdem hoſpitalis in reſtaurum eorundem trium manſorum dedit monaſterio in Ryddagheshuſen unum allodium in Herderodhe ſitum cum areis, agris, pratis, paſcuis, aquis, ſilvis et omnibus utilitatibus et attinenciis ejusdem, transferens illud in predictum monaſterium Ryddagheshuſen ſimiliter proprietatis tytulo perpetuo poſſidendum. Renunciaverunt eciam utreque partes omni juri, actioni et repetitioni, que ratione bonorum predictorum poſſent utrisque quomodolibet conpetere in futuro. Promiſerunt inſuper jam dicte partes inter ſe mutuam ac debitam preſtare warandiam de bonis permutatis, quociens aut quando ſuper hoc utrimque ſe duxerint requirendas. Super hec omnia, ut omnis in futuro diſſenſionis vel contentionis materia, que inter partes jam dictas, videlicet monaſterium Ryddageshuſen et hoſpitale novum ſancte Marie in Bruneswic, oriri poſſet, penitus ſubtrahatur, idem Conradus proviſor nomine hoſpitalis predicti de beneplacito noſtro et conſenſu vendidit memoratis viris relligioſis domino abbati et conventui in Ryddageshuſen jus triginta plauſtrorum ligni, quod ipſum hoſpitale in ſilva Sycbroc hucusque annuatim percepit, pro viginti marcis puri argenti bruneswicenſis ponderis et valoris, renuncians omni juri lignorum, quod ſibi in prefata ſilva hactenus videbatur vel poſſet conpetere in futuro. Ut autem omnia hec et ſingula rata et inconwlſa jugiter perſeverent, nos Conſules predicti ſigillum civitatis noſtre una cum ſigillis predictarum parcium huic littere in teſtimonium validum duximus apponendum. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo tercio decimo in craſtino beati **Nicolai epiſcopi.**

B 8 et ſilvis 15 in Ryddagheshuſen 23 *fehlt* beati

1313 December 7. Aebtiſſin Mechtild von Gandersheim belehnt die Brüder Doring mit einem Pfund Zins an zwei Hufen zu Adersheim und Leinde. [746

Aus dem v. Döringſchen Copialbuche zu Badow, Bl. 31'.

NOs Mechtildis Dei gratia Ganderſemenſis eccleſie abbatiſſa notum fore cupimus univerſis, quod unius talenti penſionem in duobus manſis, uno ſito in Lenede, reliquo in Aderſem, conferimus discretis viris Thiderico et Conrado Thuringis fratribus, burgenſibus in Brunswic, et transmittimus per preſentes. In cujus teſtimonium et cautelam ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum et actum anno domini m° ccc° xiij° in craſtino beati Nicolai.

1314. Allerlei Theidung. [747

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. — Fortſetzung von Nr 723.

Bl. 37 HEr Jan de preſter, Diderekes broder des kercemekeres, unde Grete|de bakıne ſin ſuſter de hebbet upghelaten en erve, dat lit jeghen ſinte Johanneſſe over vor der Langhen brukke, dat ere was, Henninge van Dettene ereme ſwaghere. Dar ſchal he der ſtat plicht af don unde der ſulven bakinen des jares to ereme live gheven xj ſol. gheldes. Unde wanne erer to kort wert, ſo ſchal de vorſeghede preſter de ſulven xj ſol. gheldes upnemen ok to ſemme live. unde wanne erer beyder to kort wert, ſo ne darf de ſulve Hennig noch ſine erven nene pennige mer jemande gheven van deme erve. Actum anno domini m° ccc° xiiij°.

Johanneſes ſuſtere tw van Blekenſtede, der en wonet upme Rennelberghe imme cloſtere, de Aleke het, unde en to ſinte Lenerde, de Grete het, de tw de hebbet tw mark gheldes inne Thileken unde Hermannes erve, der brodere van Blekenſtede, ane jenegerleye hinderniſſe, dat in der Schuttenſtrate ſteyt. Wanne der junkvrowen en ſterft, ſo valt en mark gheldes uppe de ſulven brodere weder eder uppe ere erven. unde ſo wanne de andere junkvrowe ſterft, ſo wert dat erve ledech unde los van en.

Borchart de ſmeth upme Clinte de heft bekant, dat he ſemme eldeſten ſone Heyſen alſo vele Bl. 37' ghegheven hebbe, dat he eme nicht mer gheven ne wille unde eme ok nicht mer ne bore van ſemme erve. Unde heft beſcheden ſerre husvrowen Gheſen xviij mark lodeghes ſulveres an ſemme redeſten gude, dat he heft, iſt ſe ſinen doth levet. darmede ſcholde ſe afgan. Worden ere aver kindere bi Borcherde, de ſcholden to dele gan mit ſinen anderen kinderen an ſemme erve.

Henric van Woltorpe heft gheorlovet Clawеſe van Levenſtede en ovesblek to buwende in ſemme hove achte vote lang. Were, dat jenech ſchelinge under en worde in deme hove, ſo ſcholde he eme mede weder entrumen.

Hennig Santberch heft ghelaten ver hove, de he heft to Hedelendorpe, Henecken, Ludemanne unde Hermanne Elye unde eren rechten erven. De ſchal he met en in leneſchen weren hebben, unde ſe ſcolen eme alle jar dre mark gheven darvan to ſinte Michaeles daghe, de wile dat he levet. Were aver, dat de ſulve Heneke, Ludeman unde Herman eder ere erven de ſulven ver hove vorkopen welden, ſo ſcolden ſe Santberghe an ere ver hove wiſen, de ſe hebbet to groten Schepenſtede. Wanne aver ſin to kort wert, ſo vallet de ſulven dre mark uppe ſe unde ere rechten erven.

Bl. 38 Ghereke, Olric unde Heneke de brodhere de Reſen hebbet bekant unde wilkoret vor deme Rade: worde Olrikes eres broder to kort ane erven, ſo ſcolde me ſemme wive voren Greten, Henninges dochter van Ilſede, gheven cc mark lodeghes ſulveres van al ereme gude.

Her Johan van Hone heft beſcheden ſere husvrowen Saphien na ſemme dodhe ij punt ghel-des an ſemme erve, dar he inne is, unde ij punt gheldes an twen garden twiſchen ſinte Peteres dore unde deme Hoen dore, de Ludemannes Monetariuſes ghewesen hadden. Darmede is ſe vorſcheden van ſinen kinderen. ſo wanne erer to kort wert, ſo valt eth weder uppe ſine erven.

Conrat unde Herman de brodere, heren Henniges ſone Holtnikkeres, hebbet ſek vorſcheden met erem brodere Boſſen, dat ſe eme ſcolen gheven alle jar to ſemme live teyn ſchepele, vere roken, dre wetes unde dre haveren, unde ver mark gheldes, tw to paſchen unde tw to ſinte Micheles daghe. Darumme ſo heft he afghelaten met willen van al ſines vader erve unde van alleme anghevelle. Deſſe gulde hebbet ſe eme bewiſet in alle ereme gude. Actum anno domini m° ccc° xiiij°.'

Hannus de Saleghe, der wedewen ſone voren Belen bachten den ſchernen, heft bekant vor *Bl. 38'* Eylharde Boneken, Godeken deme cramere, Hennige heren Ludeken, de do ratman weren anno domini m° ccc° xiiij°, dat he alſo vele hebbe upghenomen van ſines vader erve, dat eme nicht mer daraf ne bore, unde wat ſin moder met deme erve do, dat he dat ſtede holde ane je-negherleye anſprake.

In der Handſchr. 1 Jahan 14 nich

1314 Januar 13. Ritter Heinrich v. Wenden verkauft dem Marienſpitale einen Buſch zwiſchen dem Sonderholze und der Rodewieſe bei Eikhorſt. [748

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. de prato Rodwiſche.

EGo Henricus de Wenden miles omnibus preſentem litteram viſuris ſeu audituris cupio fore notum, quod accedente conſenſu heredum meorum vendidi pro octo marcis puri argenti brunswicenſis ponderis et valoris novo hoſpitali ſancte Marie ante Longum pontem in Brunswic unum lignetum ſeu rubetum ſitum inter ſilvam dictam Sundere et quoddam pratum dictum Rodwiſche apud curiam Ekhorſt cum omnibus juribus et utilitatibus ſuis, ſecundum quod ego poſſedi, poſſidendum perpetuo absque ulla eciam inpetitione heredum meorum quorumcunque pacifice et quiete. De quo eciam ligneto ſeu rubeto ego volo et mei heredes ſimiliter debent warandiam debitam facere, coram quibuscunque hoc de jure fuerit faciendum, hoſpitali memo-rato. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum duxi preſentibus apponendum. Teſtes hujus rei ſunt Rodolfus de Garsnebutle famulus et Johannes de Veltſtede, Johannes Felix, Henricus Elye, cives in Brunswic, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° xiiij° in octava epiphanie domini.

1314 Februar 22. Rudolf Kotze von Winnigſtedt verkauft dem Kreuzkloſter zwei Hufen und zwei Wurten zu Bisdorf. [749

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Gertrudenkalands) mit grünem Wachsſiegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. de duobus manſis in Biſcoveſtorp, *des XV* ad altare ſancte Gertrudis — *Bisdorf, wüſt, bei Barnſtorf im Amte Schöppenſtedt: Hiſt. Zeitſchr. für Niederſachſen 1862, S. 127 Nr 21.*

Univerſis Chriſti fidelibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, Rodolfus dictus Koſze de Winniggheſtede, militaris, in omnium ſalvatore ſalutem. Ad noticiam omnium preſencium et futurorum cupio publice pervenire, quod cum expreſſo conſenſu uxoris mee Agnetis et Bertrammi, Bertoldi, Rodolfi, Johannis et Elyzabeth puerorum ſeu heredum meorum necnon Alheydis et Elyzabeth ſororum mearum et omnium meorum propinquorum, quorum intererat et quorum de jure vel de conſuetudine conſenſus fuerat requirendus, vendidi pro viginti duabus marcis puri argenti michi perſolutis domino prepoſito, abbatiſſe et conventui monaſterii ſancte Crucis in Rennelberghe extra muros Bruneswich duos manſos ſitos in campis ville Byſcopestorp et duas areas in eadem villa cum omnibus eciam aliis eorum utilitatibus et juribus ac pertinenciis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure advocacie, comicie et qualibet ſervitute prorſus liberos proprietatis et libertatis tytulo, ſicut eos pacifice et quiete poſſedi, perpetuo libere poſſidendos. Et tradens predicto conventui predictorum bonorum poſſeſſionem renunciavi cum prenominatis meis heredibus et propinquis eisdem bonis et omni juri, quod nobis in eis competebat et competere potuiſſet in futuro. Promiſi inſuper fide data ac promitto per preſentes domino prepoſito et conventui predictis, quod volo ipſos de predictis bonis legitime warandare et ab omni homine disbrigare et indempnes conſervare, ſi, quod abſit, ab aliquo litem, inpeticionem aut controverſiam ipſis moveri contigerit de aliquo premiſſorum. Preterea cum ſcitu et conſenſu heredum et propinquorum meorum dedi proprietatem predictorum manſorum et arearum ac omnium ſuorum pertinencium illuſtri principi domino meo Alberto duci in Bruneswich, ut per ipſum, ſicut actum eſt, in predictum conventum ſollempnius et efficacius donando legaliter transferretur. In quorum omnium evidens teſtimonium pro me et omnibus meis heredibus ac coheredibus et propinquis ſigillum meum duxi preſentibus patenter apponendum. Horum omnium premiſſorum teſtes ſunt Ludolfus de Wattekeſſem, Adrianus de Aderſtedhe, Beteko de Rotdorpe, famuli, Hermannus Holtnicker, Jordanus Stapel, Bertrammus de Dammone, Thidericus Thorigh, burgenſes in Bruneswich, et plures alii ſide digni. Datum anno domini m° ccc° quartodecimo octavo kalendas Marcii.

Im Orig. 15 *fehlt* in

1314 Februar 22. Herzog Albrecht eignet und übergiebt dem Kreuzkloſter die von Rudolf Kotze v. Winnigſtedt gekauften zwei Hufen und zwei Wurten zu Bisdorf. [750

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Gertrudenkalands), das Siegel an rothgrünem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. de duobus manſis in Biſcoveſtorpe, *des XVI* Biſſendorp.

DEi gracia Albertus dux in Bruneswich univerſis Chriſti fidelibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, ſalutem in domino. Quamvis bona immobilia et eorum proprietas in comiciis dari et in alios transferri debeant ſecundum jus terre conſuetudinarium antiquitus obſervatum, ſed cum id propter rafitatem ſeu defectum comiciliorum in diſuetudinem devenerit, neceſſe eſt, ut hujusmodi bonorum reſignatio et eorum proprietatis ac poſſeſſionis adeptio aliis efficacibus aminiculis in preſencium et futurorum publicam noticiam redigatur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis, quod, cum Rodolfus dictus Kozze de Winnigheſtede, militaris, vendidiſſet domino . . prepoſito, abbatiſſe et conventui monaſterii ſancte Crucis in Rennelberghe extra muros civitatis Bruneswich duos manſos ſitos in campis ville Biſcopeſtorp et duas areas in eadem villa cum omnibus eciam aliis eorum juribus, utilitatibus et pertinenciis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure advocacie, comicie et qualibet ſervitute prorſus liberos proprietatis et libertatis tytulo, ſicut eos pacifice et quiete poſſederat, perpetuo libere poſſidendos, idem Rodolfus cum ſuis heredibus et propinquis conſtitutus coram nobis reſignavit et dimiſit prepoſito et conventui predictis bona ſupradicta et renunciavit pro ſe et cum ſuis heredibus et propinquis eisdem bonis et omni juri, quod ſibi et ipſis in eis competebat et competere potuiſſet in futuro, deditque nobis eorundem bonorum proprietatem, ut nos ipſam predicto conventui legaliter donaremus. Quibus omnibus rite peractis nos eandem proprietatem predicto conventui in Dei nomine donavimus ac damus per preſentes. Et ſicut racione comicie et temporalis juridicionis noſtra intereſt, dominum Henricum, tunc prepoſitum, ſuo et predicti conventus ſui nomine nullo penitus contradicente per . . gogravium noſtrum miſimus in eorundem bonorum poſſeſſionem corporalem. Et receptis ab ipſo denariis noſtris wlgariter dictis vredepennighe firmavimus ac ſtabilivimus ſibi et ſuo conventui ejusdem poſſeſſionis firmam pacem atque bannum. Igitur, ut prepoſitus et conventus monaſterii predicti prefatos manſos et areas cum ſuis pertinenciis exnunc pacifice poſſideant, et ne aliquis contra eorum libertatem jus aliquod aut ſervitium de eis ſibi uſurpare preſumat, preſentem litteram eidem conventui pro evidenti teſtimonio premiſſorum dedimus ſigillo noſtro perpetualiter communitam. Teſtes eciam ſunt Bertrammus de Veltem et Olricus de Suntſtedhe, milites, Hermannus Holtnickere, Johannes Felix, Bertrammus de Dammone et Thidericus Thorig, burgenſes

Im Orig. 14 *fehlt* in

in Bruneswich ſideles noſtri, et plures alii ſide digni. Datum anno domini mº cccº quartodecimo octavo kalendas Marcij.

1314 März 17. Herzog Otto beſtätigt die Freiheit aller Jahr und Tag in der Stadt wohnenden Bürger. [751

1, S. 29.

1314 nach März 17. Verzeichniß der Bürger und Bürgerinnen, die der Rath von Herzog Otten von Lüneburg freigewirkt hat. [752

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt, Bl. 58'. Im Auszuge gedruckt 1, S. 29.

ISti infraſcripti et omnes eorum poſteri ab ipſis in perpetuum deſcendentes nominatim ſunt exempti et libertati ſpecialiter a domino Ottone, duce de Brunswic et Luneborch, et pro eo dederunt pecuniam ſuam Conſulibus in Brunswic, qui hoc procuraverunt. Videlicet Heydeko de Woltwiſche, filius Henrici villici de Woltwiſche, et Ghertrudis uxor ſua, filia quondam Bertrammi de Luttenem. item Thidericus de Asle, filius quondam Olrici de Asle. item Ghertrudis filia Bertrammi de Luttenem, uxor Thiderici de Bonſtede. item Henricus de Nienſtede. item Bertrammus, Ghertrudis et Hillegundis, pueri quondam Bertrammi de Nienſtede. item Eler Rinwade de Leſſe. item Bertoldus de Rothne. item Ludemannus, Mechthildis et Alheydis, pueri quondam Henrici de Guſtede ante Altam valvam. item Lutmodis, relicta Thiderici Leonis in Indagine. item Eyce, filius Hermanni Eycen de Nienſtede in Nova civitate.

Item et omnes cives in Brunswic tam maſculos quam feminas, qui per annum et diem in Brunswic morati tunc fuerunt et omnes eorum pueros preſentes et futuros ab ipſis in perpetuum deſcendentes ſimiliter libertavit, prout in littera ſuper hoc data et confecta plenius continetur. Actum anno domini mº cccº xiiijº.

1314 April 14. Die Herzöge Heinrich und Albrecht urkunden über den Ausgleich des Blaſienſtiftes mit dem Rathe im Sacke wegen der Rechte des Stifts an den Erbzinshäuſern in dieſem Weichbilde. [753

Original zu Wolfenbüttel mit zwei Siegeln. Gedruckt bei Rehtmeier, Chron. S. 530 u. 596.

VAn dher ghenadhe Godes we hertoghe Hinrich unde hertoghe Albrecht van Bruneswich bekennet in dheſſeme geghenwardighen breve, dat we dhe ſchellinghe, de was under dheme dekene unde capitele unſer capellane dhes ſtichtes tho ſunte Blaſeghese an ene half unde undher deme Radhe unde unſen borgeren in dheme Sacke an ander half, vorſcheden hebbet al-

ſodane wis: Swelich dher vorghenanden borghere ute deme Sacke wel vorkopen ſin erve, dhat dheme vorghenanden godeshuſe ſunte Blaſeghefes tinshaftech is, dat ſcal he erſt beden deme vorghenanden capitele ſunte Blaſegheſes, dhe moghen dat gheldhen umme dat ſelve ghelt, dat men dar umme budhet, ane boſe liſt, icht ſe dat willen, ſech ſelven inne to wonende edher eren vicarieſen, de dar korplichtich ſin, ane beſwerniſſe unde plicht ſcothes eder wachte. Were och, dhat de herren des nicht ghelden welden, unde vorkoft he dat erve emme anderen manne, he ſcal geven dheme vicedome dhes ſelben godeshuſes enne ſcillink penninghe, de dar het en orloffchath, tho eynem orkundhe des eghendomes. Swanne och dhe tinstit dhes eghendomes des godeshuſes ſunte Blaſegheſes vorekumpt, alſo dhat den herren ere tins nicht ne wert, ſo ſcholet ſe durch vruntſcaph dat kundeghen dheme vorgeſegheden Radhe edher dheme mereren dele dhes Rades ute deme Sacke, dat ſe en helpen bi dren daghen, dhat en ere tins werde. ne deden ſe dhes nicht, ſo ſolden unſe vorghenanden cappellane dher voghede eyneme, de van unſer weghene to Bruneswich ſin, dat kundeghen, dhat ſe eres tinſes nicht ne hedden, de ſcolde en helpen bi twen daghen darna, dhat en ere tins wordhe. ne dedhe he des nicht, ſo mach dher vorgenanten herren bodhe na dhen vif daghen, wannet eme evene kumpt, van dher herren weghene dhe dhore van dheme hus boren, dar de tins af gheyt, vor eyne pandinghe, undhe dhat ſcal alſo bliven unde ſtan, went dhen herren ere tins werdhe. Uppe dhat deſe redhe ſtede blive, ſo hebbe we deſſen bref beſeghelet mit unſen ingheſeghelen. Diſſer vorſchedinghe ſint ouch tughe Ecbrecht van dher Aſſeborch, Olrich van Suntſtede, Syfrit van Eltze undhe Ludolf van Bortfeldhe, unſe riddere, undhe ouch andere unſe man, dhen man wol gelouben mach. Dit is gheſchen, unde dheſſe bref is gegheven na Godes bort duſent drehundert in dheme verthegheden jare an dheme ſondaghe, alſe man ſinkt Quaſimodogeniti.

1314 April 17 Braunſchweig. Otto, Herzog zu Braunſchweig und Herr zu Süpplingenburg, verzichtet auf fünf Hufen zu Rethen und den darum wider das Kreuzkloſter erhobenen Streit, nachdem er belehrt worden iſt, daß ihm und den Templern kein Recht daran zuſteht. Zeugen Bertramus de Veltum, miles, Johannes Felix, Johannes de Velſtede, Bertrammus de Dammone, Tydericus Thuringhi, burgenſes in Bruneswich. Actum ibidem anno domini m° ccc° xiiij° quinto decimo kal. Maji. [754

Original zu Wolfenbüttel.

1314 Juni 1 Braunſchweig. Die Herzöge Albrecht und Heinrich eignen den Predigerbrüdern die von ihnen bewohnte Wurt und beide Ufer des angrenzenden Flußlaufes. [755

Nach einer Abſchrift des XVI Jahrh. in Dietrich Pruſſens Sammelbande Van der brunſw. ſheide *etc. S. auch Städtechron. XVI, S. XV f. und S. LVIII Note 31, wo dieſe Urkunde im Auszuge abgedruckt iſt.*

NOs Dei gracia Henricus et Albertus duces in Brunsw. tenore preſencium publice proteſtamur, quod proprietatem aree, quam inhabitant fratres ordinis predicatorum, et utrumque littus aque absque omni jure advocatie et ſervitutis libere transtulimus in eosdem, adjicientes inſuper, quod littus ipſius alvei impleri valeat et adaptari uſibus fratrum prefatorum usque ad pales ſeu ſigna ab ediſitiis et retroactis temporibus hactenus derelicta. Quodſi vero aque alveus ex hoc forſitan, quod nos non credimus, arctaretur, ad removendum dictum impedimentum ad arbitrium bonorum virorum fratres prelibatos pro parte, que eos contingat, molendinario ſibi vicino volumus obligari. Datum Brunsw. anno domini milleſimo trecenteſimo xiiij° kalendas Junii.

1314 Juni 2. Ritter Johann v. Garßenbüttel eignet der Kapelle St Leonhards anderthalb Huſen und zwei Wurten zu Eveſſen, die Ekbert Scheveling für ſelbige gekauft hat. 1756

Zwei an mehren Stellen von einander abweichende Originale, das eine im Stadtarchive (A), das andere zu Wolfenbüttel (B). An letztem das (paraboliſche) Siegel Ritter Johanns und — im Widerſpruch mit der Angabe — das ſeines Sohnes Ludeger: von B iſt dies zweite Siegel abgeſallen. A gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt., Suppl. S. 57.

JOhannes miles dictus de Garslebutle omnibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in domino. Cum per motum temporum ſoleant deperire actiones hominum, niſi eas roboret vivacitas litterarum, hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis, quod, cum Ecbertus dictus Sceveling unum manſum et dimidium ſitos in campis ville Eveſſum et duas areas in eadem villa ſitas, ad predicta bona pertinentes, cum omnibus eorum utilitatibus quocumque wlgari nomine nominatis in villis, ſilvis, campis, agris, paſcuis, viis et inviis ad capellam ſancti Leonardi extra muros Brunswich a Ludolfo dicto Ludegeri, cive predicte ville, pro viginti marcis puri argenti eidem Ludolfo perſolutis pro ſalute ſue anime conparaſſet, et idem Ludolfus prenominata bona ab omni jure advocacie, comicie et a quolibet ſervicio libera et exempta Borchardo dicto de Ampeleve, a quo ipſa in pheodo tenebat, libere reſignaſſet, et cum jam dictus Borchardus eadem bona in pheodo habita nobis ulterius libere reſignaſſet, nos concordi voluntate et unanimi conſenſu noſtrorum filiorum, ſcilicet Ludegeri, Johannis et Georgii, et ſimul filiarum noſtrarum, ſcilicet Margarete ſenioris et Margarete junioris, necnon omnium heredum et propinquorum noſtrorum et omnium, quorum conſenſus de jure vel de conſuetudine fuerat re-

23 in *fehlt AB* 24 extra — Brunswich *fehlt A* 25 jam dicto Ludolfo *A* 28 in pheodo habita] ſicut a nobis ſimiliter in pheodo habuerat *A* nobis *fehlt A* 29 ſciliced *AB* et ſimul — junioris *fehlt A* 30 necnon] et *A*

quirendus, tradidimus et donavimus ſupradicte capelle proprietatem predictorum bonorum pro ſalute et remedio animarum noſtrarum perpetuo libere poſſidendam et miſimus procuratores jam dicte capelle in predictorum bonorum poſſeſſionem corporalem, renunciantes pro nobis et heredibus noſtris omnibus uſibus et juribus, que nobis in eis conpetebant et quocumque modo conpetere potuiſſent in futuro. Inſuper promiſimus ac promittimus per preſentes procuratoribus ejusdem capelle, quod volumus ipſos in proprietate, poſſeſſione ac libertate eorundem bonorum legitime defendere et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpetitionem ſeu controverſiam ipſis ab aliquo moveri contigerit de aliquo premiſſorum. In quorum omnium evidens teſtimonium preſentem litteram inde conſcriptam dedimus procuratoribus ſupradicte capelle noſtris ſigillis et generorum noſtrorum ex parte dominarum predictarum patenter conmunitam. Teſtes ſunt dominus Engehardus cuſtos, dominus camerarius, dominus Engelardus, monachi ſancti Egidii in Brunswich, Borchardus dictus de Ampleve, Engelingus dictus de Ringelem, Herwicus dictus de Utteſſe, laici, et plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° xiiij° in octava pentecoſtes.

5 in — corporalem] in poſſeſſionem eorundem bonorum *A*   8 ipſis] ſibi *A*   9 prefate *A*   10 et — predictarum *fehlt A*   11 Engehardus *fehlt A*   12 dictus *fehlt A*   13 anno incarnationis domini *A*   in die trinitatis *A*

1314 Juni 17 Erfurt. Abt Johannes zu St Petri in Erfurt urkundet über die Beſtellung eines Schiedsgerichtes in dem Streite des Kloſters Sittichenbach mit Eilhard Boneken und Genoſſen wegen der dieſem Kloſter zu Börneke zugefügten Schäden. [757

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche) mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. **Arbitrium cauſe in Sedekenbeke.**

NOs Dei gracia Johannes, abbas monaſterii ſancti Petri in Erfordia ordinis ſancti Benedicti, Maguntinenſis dyoc., conſervator privilegiorum ordinis Ciſtercienſis perpetuus a ſede apoſtolica deputatus, recognoſcimus in hiis ſcriptis, quod ſuper lite et controverſia, que vertitur aut verti ſperatur inter fratrem Thidericum de Sydekenbeke, dictum de Geysmaria, procuratorem religioſorum virorum domini . . abbatis et conventus jam dicti monaſterii in Sydekenbeke, nomine procuratorio ex una et Thidericum clericum de Ganderſem, procuratorem Eylhardi dicti Boneke, Johannis Ludolfi, Danielis Cronesben, filii Hakelenberghes, Thiderici Durig et Ludemanni, civium in Brunswic, parte ex altera occaſione dampnorum, ut aſſeritur, in curia Borneken prefatis religioſis in annona, edificiis et rebus mobilibus diverſis et generaliter ſuper omnibus, que occaſione hujusmodi ſunt emerſa, illatorum, iidem procuratores nomine procuratorio, quo ſupra, conpromiſerunt et preſentibus conpromittunt ex parte predicti fratris

Thiderici nomine procuratorio ſui abbatis et conventus in fratrem Thomam de Walkenrede et ex parte prenominatorum civium in Brunswic in honorabilem virum dominum Baldewinum, decanum eccleſie ſancti Blaſii in Brunswic, nomine procuratorio ſimiliter et in religioſum virum dominum Johannem, abbatem in Riddagheshuſen ordinis Ciſtertienſis pro tercia perſona ab ambabus partibus antedictis conmuniter et concorditer electum tamquam in arbitros, arbitratores, laudatores ſeu amicabiles conpoſitores, promittentes nobis ambe partes ſub jactura cauſe et ſub pena viginti marcarum puri argenti eorum arbitrio ſeu majoris partis ſtare et non contravenire ſub pena predicta aliqua ratione ſive cauſa, ita ſane, quod hoc arbitrium pars non obſervans in parte vel in toto dabit penam parti hoc arbitrium obſervanti, hoc eciam adjecto, ut, ſi aliquis arbitrorum ſeu arbitratorum predictorum ceſſerit vel deceſſerit, quod alter non ſuſpectus loco ſui a parte, que eum elegit, ſubrogetur, preſertim ſi dominus abbas in Riddagheshuſen predictus pro tercio electus hoc arbitrium in ſe non duxerit acceptandum aut ſimiliter ceſſerit vel deceſſerit, quod honorabilis vir dominus Hillebrandus, decanus montis ſancti Mauricii extra muros Hildenſem, loco ſui conſtituatur, et ſi idem decanus recuſaverit, quod frater Johannes, cellerarius in Walkenrede, loco ſui ſimiliter ſubrogetur. In quos predicte partes voluntarie modo et forma, ut premittitur, conſenſerunt, hoc eciam adjecto, quod dicti arbitri ſeu arbitratores poſſunt procedere in amicicia vel in jure, tempore feriato vel non feriato, in ſcriptis vel ſine ſcriptis, qualibet die vel hora, partibus preſentibus vel abſentibus, ad hoc tamen legitime citatis et vocatis ad locum et ad terminum, quem tercia perſona ipſis partibus duxerit prefigendum, hoc eciam adjecto, quod dicti arbitri ſeu arbitratores dictam cauſam debent finire et terminare modo, quo predicitur, ante diem beati Bartholomei proxime nunc venturam. Alioquin eedem partes feria quarta ante feſtum nativitatis beate Marie virginis ſubſequente, quam eis pro termino peremptorio preſentibus aſſignamus, ad noſtrum redibunt examen facturi et recepturi, quod juſticia ſuadebit, ſecundum formam nobis traditam, in omnibus tamen extunc prout exnunc hinc inde parcium jure ſalvo. Actum et datum Erfordie anno domini m° ccc° xiiij° feria ſecunda poſt diem beati Viti. Teſtes ſunt Bertrammus prior in Sidekenbeke, frater Johannes ibidem dictus de Halberſtat, Friſo et Johannes, converſi, magiſter Hermannus de Wirbach, magiſter Bruno plebanus ſancti Andree in Brunswic et quam plures alii fide digni.

1314 Juni 25 Abt Johannes zu Riddagshauſen und Dekan Balduin zu St Blaſien urkunden über die Beilegung der Klage des Kloſters Sittichenbach gegen Eilhard Boneken und Genoſſen.

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche) mit zwei Siegeln Rückvermerk des xiv Jahrh. Sedekenbeke.

Nos frater Johannes, abbas monasterii in Riddagheshusen ordinis Cisterciensis, et Baldewinus, Dei gracia decanus ecclesie sancti Blasii in Brunswic, arbitri seu arbitratores a religioso viro fratre Thiderico de Sydekenbeke, dicto de Gheysmaria, procuratore religiosorum virorum domini . . abbatis et conventus monasterii in Sydekenbeke, ex una et Thiderico clerico de Gandersem, procuratore Eylhardi Boneken, Johannis, Ludolfi et eorum conplicum, civium in Brunswic, parte ex altera coram honorabili viro domino Johanne, abbate monasterii sancti Petri in Erfordia ordinis sancti Benedicti, Maguntinensis dyoc., conservatore privilegiorum ordinis Cisterciensis perpetuo a sede apostolica deputato, hinc inde concorditer electi super dampnis in curia Borneken ipsis religiosis in annona, edificiis et rebus mobilibus universis per prefatos cives et eorum conplices, ut asserebant, illatis et generaliter super omnibus, que occasione hujusmodi dampnorum forent emersa, tenore presencium recognoscimus et omnibus presentem litteram visuris seu audituris volumus esse notum, quod predictum arbitrium in nos suscepimus tamquam arbitri seu arbitratores, laudatores seu amicabiles conpositores. In quo negocio et causa evocatis partibus ad nostram presenciam Brunswic procedere incepimus et eas pro bono pacis et concordie primo et principaliter ad concordiam fuimus exhortati, ita eciam, quod religiosus vir frater Bertrammus, prior in Sydekenbeke, suo et monasterii seu conventus sui predicti nomine propter nostram missionem et aliorum discretorum informacionem ac ipsorum civium excusacionem ob honorem . . Consulum civitatis Brunswic in nostra et ipsorum Consulum presencia super omnibus dampnis predictis quocunque modo et in quibuscunque rebus suo monasterio seu conventui per predictos cives aut quoscunque eorum in hac parte conplices cives in Brunswic illatis seu non illatis cessit penitus actioni, renuncians pro se et suo conventu omni actioni seu peticioni, que sibi nomine sui conventus ac suo conventui super quibuscunque dampnis eidem conventui in predicta curia Borneken modo quocunque illatis contra prefatos cives et eorum conplices conpeteret aut conpetere potuisset vel posset aliqualiter in futurum, supponendo se et suum conventum gracie Consulum predictorum, obligans se nichilominus nomine sui conventus et pro ipso conventu, quod omnes clerici intra et extra muros civitatis Brunswic cujuscunque dignitatis seu beneficia curata vel non curata habentes non debent artari mandatis summarum aliquarum contra quascunque personas ratione dampnorum monasterio seu conventui in Sidekenbeke in sepedicta curia Borneken illatorum promulgatarum et promulgandarum. Et si mitterentur seu artarentur quocunque modo, efficere debent . . abbas et conventus ibidem, quod talia mandata scienter revocentur, ne clerus in Brunswic propter execucionem faciendam aliquo modo gravetur aut propter hoc offensam aliquam paciatur. Quo facto predicti . . Consules pietate moti predictorum religiosorum dampnis, licet ab eis seu eorum concivibus minime irrogatis, et inopia condolendo ipsis octo marcas puri argenti propter

Deum in ſubſidium reformationis dampnorum predictorum ipſis eciam a quibuscunque illatis pure et ſimpliciter erogarunt. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Actum et datum anno domini m° ccc° quarto decimo in craſtino beati Johannis baptiſte.

3 in craſtino *etc. nachgetragen*

1314 Juli 1. Ein Vehmgericht gehegt. [759

Aus dem Liber judicii vemeding. — *Fortſetzung von Nr 689.*

Bl. 32' ANno domini m° ccc° xiiij° in octava Johannis baptiſte habitum eſt judicium in foſſa ſancti Petri.

¶ Ghereko de Brotzem citatus eſt ibidem ex parte Ghiſekonis ſigellatoris. ¶ Halepaghe citatus eſt ex parte Papeſtorp fabri. ¶ Johannes de Scheninge citatus eſt ex parte molendinarii de Dammone. ¶ Johannes Hantvetere de Goslaria citatus eſt ex parte Alberti Handveteres. ¶ Filius cuſtodis de Bornem citatus eſt ex parte Johannis Holtik. ¶ Conradus Thuringus et Hermannus Heſſe citati ex parte Conradi cum pugno. ¶ Henning Smalt citatus ex parte Kozzeman in Sacco. ¶ Fricko de Lendorpe citatus eſt ex parte Kempen peneſtici. ¶ Henning Kemmere citatus eſt ex parte Bernardi Hillenſalden. ¶ Henning de Gronowe citatus eſt ex parte Gerberti *Bl. 33* fabri. ¶ Ludeko de Dettene citatus eſt ex parte Olfardi. | ¶ Filius Hudemeyeres de Wolttorp citatus ex parte Henningi Calvi. ¶ Hermen de Vallersleve citatus ex parte Helmoldi de Tzampleve. ¶ Conradus de Oldendorp citatus fuit ex parte Gherekonis Stevingi. ¶ Hermannus Rufus et Thidericus filius ſuus citati ex parte Johannis Halhorſt. ¶ Ludemannus de Cramme et Petrus filius Polenen citati ex parte Henningi Windeleri. ¶ Scilling de Waghentzelle citatus eſt ex parte Johannis Hodwelkere. ¶ Tileko de Lubeke eſt citatus ex parte Johannis de Goddenſtede. ¶ Fricko de Lendorpe citatus eſt ex parte Hermanni de Immendorp et Henrici Helye et Hermanni Rufi. ¶ Iſti ſunt weghenere: Brink, Wulveco filius advocati, Beddinge, Machorius Worpelere, Jonas, qui habebant falſos teſſeres.

1314 Juli 13. Burchard v. Cramm, Canonicus zu St Blaſien, verzichtet auf ſein Eigenthums- und Patronatsrecht an Mahlum und auf eine Mühle daſelbſt — Güter, die ſein Vater Ritter Burchard und deſſen Bruder Ritter Ludolf dem Kloſter St Georgenberg zu Goslar verkauft haben. Unter den Zeugen Wedego de Veltſtede, Johannes dictus Holtec, cives in Brunswich. Datum anno domini m° ccc° xiiij° in die beate Margarethe virginis. [760

Original zu Hannover.

1314 Juli 14. Dekan Friderich und Kapitel St Cyriac urkunden wie 1311 November 10 (Nr 680) mit dem Zuſatz, daß ſie für 96 Mark des empfangenen Geldes ſechs Hufen und zehn Wurten zu Bisdorf (Biſcopesdorpe) *erworben, den Reſt mit zum Ankauf von drei Hufen zu Groß-Biewende* (Weſterbiwende) *verwandt haben. Zeugen* dominus Johannes ſacerdos dictus de Luneborch, Hermannus Holtnickeri, Henricus Elye, Conradus et Hermannus filii Hermanni Holtnickeri, cives in Brunswic. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo quarto decimo dominice incarnationis pridie idus Julii. [761

Original zu Wolfenbüttel

1314 November 29 Braunſchweig. Droſt Jordan und ſeine Söhne verkaufen dem Kloſter Wienhauſen eine deſſen Hofe zu Braunſchweig gegenüberliegende Wurt, deren Eigenthum ſie von den Herzögen erworben haben. [762

Original zu Wienhauſen mit drei Siegeln, gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchlechtes v. Blankenburg-Campe II, S. 42.

IN Dei nomine amen. Jordanus miles, dapifer illuſtrium principum dominorum ducum in Bruneswich, ac ipſius filii, videlicet Anno, Jordanus, Bertrammus et Baldewinus, univerſis, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, ſalutem in domino. Memoria hominum conſulte juvatur, dum geſte rei veritas litterarum teſtimonio roboratur. Hinc eſt, quod nos Jordanus miles ac ſui filii preſcripti ad noticiam tam preſencium quam futurorum publice volumus pervenire, quod vendidimus in perpetuum unanimi conſenſu clauſtro dicto Winhuſen unam aream ſitam in Bruneswich et ex oppoſito curie ejusdem clauſtri pro dimidia marca argenti, et ut moniales predicti clauſtri parentum noſtrorum in ſuis orationibus ſint memores apud Deum, et ut eo cicius abſolvantur a ſuorum nexibus peccatorum, ac etiam proprietatem antedicte aree a dominis noſtris reverendis ducibus, ſcilicet Henrico et Alberto, comparavimus clauſtro Winhuſen prelibato. Ut autem hec noſtra vendicio immutabiliter firma et inconvulſa permaneat ac noſtris ſucceſſoribus innoteſcat, preſentem literam inde conſcriptam prenotato clauſtro dedimus ſigillis, noſtro videlicet ac illuſtrium principum dominorum noſtrorum ducum premiſſorum, ſigillatam in perpetuum premiſſorum teſtimonium et munimen. Datum Bruneswich anno domini m° ccc° quartodecimo in vigilia beati Andree apoſtoli.

1315. Allerlei Theidung. [763

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. — Fortſetzung von Nr 747.

Bl. 38' GRete Conrades wif des kokes, de vore wesen hadde Hermannes wif Tundenoyses, de heft ghegheven den barvoten broderen na ereme dodhe ene halve mark gheldes, de se heft in deme hus Coneken des smedes in deme winkele upper Hoghe. de mach de sulve Conrat eder sine erven na ereme dodhe wederkopen van den sulven brodheren vor seven mark. Actum anno domini m° ccc° xv°.

Reyneke de bekkere de heft bekant vorme Rade umme sin hus, dat Henniges Cronesbenes in der Breden strate ghewesen hadde: so wanne he dat vorkopen wel bi semme live, umme dat sulve ghelt, dar he eth umme gheven mach redes gheldes, dar mach eth David unde Danel de brodhere Cronesben unde ere neysten vrunt umme ghelden. Na semme dode so moghen sine erven don met deme sulven hus, wat se willen, ane yenegerleye hindernisse.'

Bl. 39 . . . . . ban twen mark gheldes, de mach he wederkopen to male vor xxx mark eder ene vor xv mark unde de anderen ok alfo to rechten tidhen. Actum anno domini m° ccc° xv°.

Johannes unde Claws unde Wlrat de brodere, heren Henniges sone van Alvelde, hebbet bekant vorme Rade: worde Hannuses eres broder to kort ane erven, so scolde me serre husvrowen Saphien, heren Henen dochter vamme hus, van ereme redesten gude, eth were buten der stat eder binnen der stat, gheven hunderth mark lodeghes sulveres. Actum anno domini ut supra.

De mure, de twischen Gruben hove upper Scherenerestrate unde Reyneken hove van deme Broke lit, de hort to Gruben hove al unde nicht to Reyneken hove.

Heneken van Blekenstede sustere tw, de to Winhusen sin, hebbet twey punt gheldes in Clauses huse van Urde upper Breden strate, de na ereme dode vallet uppe Heneken van Blekenstede eder uppe sine erven. Wanne er en sterft, so mach Claus eder sine erven en punt gheldes, dat met der suster dodhe ledech wert, ledech kopen van Heneken van Blekenstede eder van sinen *Bl. 39'* rechten erven vor teyn mark. unde wanne de andere suster sterft, so mach he dat andere punt ok alfo ledech kopen van Heneken unde van sinen erven ok umme teyn mark.

Ludeman Elias heft bekant vorme Rade, dat he hebbe vorkoft Heneken Stapele, heren Ghereken sone Stapeles, ver punt gheldes an deme dridden dele des tegheden to Timberla, dat sin was, unde in deme vorwerke to Brunswic, dat bi der muren lit, vor xl mark. Desse ver punt de schal me gheven alle jar achte daghe vor sinte Michaeles daghe van deme sulven tegheden unde ut deme vorwerke. worde jenech broke dar an, dene scal Hene unde Herman Elie unde Conrat vamme hus ervullen. Desse ver punt de mach Ludeman unde sine rechten erven wedercopen umme dat sulve ghelt, wanne he wel, alle jar jo vor paschen. wel he er ok jenech

In der Handschr. 8 *fehlt* unde 9 Na — hindernisse *von derselben Hand auf Rasur* 10 ban twen mark gheldes *etc. durchstrichen, aber noch lesbar, Schluß eines Eintrags, dessen Anfang ausradiert ist* 11 wederkopen *vorher durchstrichen, auch* xxx mark xv mark

ſunderliken wederkopen, dat mach he don jo dat punt vor teyn mark. Actum anno domini m° ccc° xv°.

Heneke Bolte unde Berneke ſin brodher hebbet bekant vorme Rade, dat ere ſuſtere vere, Gheſe, Winneke, Aleke unde Greteke, de imme cloſtere ſin to Abbenrode, hebbet to erer aller ver live ene mark gheldes in emme hus Henniges Schevers in der Nyenſtat. Welk erer ſterſt, ſo valt eth uppe de anderen alſo lange, wente ſe alle dot ſin. na erer aller ver dodhe ſo valt de *Bl. 40* mark gheldes weder uppe Heneken unde Berneken unde ere rechten erven.

Heneke unde Wedekint de brodhere van Ganderſem unde Bele ere moder unde Hanne ere dochter de hebbet vorkoft vor lxxx mark lodeghes ſulveres deme godeshuſe ſinte Ciriacuſes uppem berghe to ſinte Mathiaſes altere to bewedemende van Ekbrechtes weghene van Luttere vif hove to Sunnenberghe eghenes gudes unde enne hof unde dre worde met aller nut unde alleme rechte alſo, alſe ſe unde ere vader hebbet beſeten. unde willet des gudes weren weſen vor ſek unde vor ere rechten erven unde vortiget vor ſek unde vor ere rechten erven alle des rechtes, des ſe dar an hadden eder hebben mochten.

Race van Guſtede heft bekant, dat he hebbe vorkoft Heydeken unde Hannuſe unde Bertolde van Woltwiſche xxiiij ſol. tinſes unde ix honre, de he hadde an dren hoven to Woltwiſche, vor neghen mark unde gheleghen to rechteme lene alſo beſcedeleken, dat he eder ſine erven den ſulven tins mach wederkopen umme neghen mark. unde wanne he eder ſine erven dat wederkopen willet, ſo ſcal me dat den ſulven uſen borgheren to wetende don to winachten, unde darna to mitvaſten ere ghelt gheven. Unde ſo heft Race unde ſine erven den tins in deme ſulven richte, dar ſe ene vore inne hadden.

Hannus Stapel heft bekant vorme Rade, dat he hebbe vorkoft Johanne Holteke|ſin erve vor *Bl. 40'* lxvj mark. dat mach he eder ſine erven wederkopen, wanne he wel, umme dat ſulve ghelt. Unde ſo wanne he et wederkoft heft, darna ſcal he darinne weſen en verendel jares. Were ok, dat Holtek des erves nicht hebben ene welde, ſo mochte he eth vorkopen umme dat ſulve ghelt alſo, alſo he et heft.

Herman Wlveram unde Hannus ſin broder hebbet vorkoft deme capetele uppe ſinte Ciriacus berghe ij hove eghenes unde enne hof to Hedebere unde wat dar to hort an velde unde an dorpe, unde hebbet dar af vorticht ghedan vorme Rade vor ſek unde vor alle ere erven unde willet des ere rechte ware weſen, wr ſe eth to rechte don ſcolen.

Herman Elyas heft vorticht ghedan van ſines wives weghene Gheſen, Hannuſes dochter van Lukkenem, van alleme anevelle, dat ere anevallen was unde annevallen mochte van eres vader

27 *urſprünglich* Ciriacuſes: -es *ausradiert*

weghene, ſunderliken van ij hove vor der ſtat to Brunswic unde van twen hokenbodhen. Deſſe afticht es gheſchen Hillebrande van Lukkenem, Diderekes ſone van Lukkenem.

Albrecht van Waken hevet ſes mark in der vrowen hus voren Hilleken, Hermannes Bokkes wedewen, in der Echteren ſtraten. de ſcal he vorſcoten, unde ſo wanne me eme ſes mark weder ghift, ſo is dat erve ledech unde los.|

Bl. 41 Ludolfus Hakelenberch et Henricus frater ſuus obligaverunt ſe in preſencia Conſulum, quod debent redimere ortum quendam ante Altam valvam ante feſtum Michaelis proximum. in quo orto habet ſoror ipſorum xx ſol. et matertera eorum x ſol. redditus, moniales in Stoterlingeborch, ad tempora vite ſue. Quod ſi non faciunt ante Michaelis, tunc poſtea in certis redditibus ſuis ipſis monialibus tantum demonſtrabunt.

Heneke Paul heft bekant, dat he hebbe vorkoft ſiner moder unde Ghereken unde Hannuſe ſinen broderen unde eren rechten erven tw mark gheldes van den twelf mark gheldes, de he met en hadde to ſemme live, der he noch teyne beholt, alſusdane wis, dat ſe ſcolen ghelden vor ene xxx mark ſiner ſcult, de he nu ſculdech is. unde van diſſen teyn mr gheldes ſcolen ſe eme gheven to paſchen, de nu neyſt kumpt, tu mark unde to ſinte Micheles daghe darneyſt tu mark unde vort to paſchen darna tu mark, unde darna ſo blivet eme de x mark gheldes to ſemme live ledich unde los. Actum anno domini m° ccc° xv° feria ſexta poſt omnium ſanctorum.[a]

Conrat van Dornde unde Gheſe ſin husvrowe, Albrechtes dochter Scoleres, de hebbet afghelaten van alleme anghevelle, dat en anghevallen mochte van des ſulven Albrechtes weghene, he ne welde en ſunderliken wat gheven.|

Bl. 41' Hennig unde Hillebrant heren Ludeken de brodere hebbet bekant, dat ſe hebben vorkoft tu hove to Hedebere vor xxxiiij mark met alleme rechte deme godeshuſe uppe ſinte Ciriacuſes berghe. Dar heft Hillebrandes wif vor Cechele af ghelaten, der eth gheleghen was.

Gerebrecht van Ganderſem unde Hannus van Hedelendorpe, ſines wives ſone voren Hannen, de hebbet ver hove, dre to Hedelendorpe unde ene to Bornem. de ſint en to ſamender hant gheleghen. diſſer ver hove der ſint tw liſghedinge der ſulven vrowen Hannen. So wanne ſe ſterft, ſo vallet de ſulven tw hove uppe Hannuſe eren ſone. Vortmer dat hus upper Scernere ſtrate es Gherebrechtes unde ſines wives half unde Hannuſes half to ſcaden unde to vromen.

Betheko van Alvelde unde Ekeling boven deme kerekhove hebbet bekant vorme Rade, dat ſe vruntliken unde leſliken vorſceeden ſin van Hannuſe, Clauſe unde Wlrade van allem anghevelle unde van allen dingen, de ſe to delende hadden van eres vader erve, heren Henninges van Alvelde, dat ſe dar nicht mer up vorderen ene ſcolen.

In der Handſchr. 24 Gerebrech

a *November 7*

Ekehart Greving heft bekant, dat vor Gheſe van Berberghe hebbe in ſemme hus, dat ere ghewefen hadde, dat lit upper Scernere ſtrate bime Clinte, ene mark gheldes. de ſcal me ere *Bl. 42* gheven alle jar to ſinte Michaeles daghe, wile dat ſe levet. So wanne erer to kort wert, ſo ſcal de ſulve mark gheldes vallen up eres broder dochter, ſuſter Gheſen van Berberghe, unde de ſulven mark gheldes ſcal men vorſcoten alſo lef, alſo ſe ſe hebben.

In der Handſchr. 1 Grevig

1315. Erbvergleich zwiſchen Konrad v. Noer und ſeiner Frau. [764

Aus dem älteſten Degedingebuche des Hagens. Vorher Nr 686.

Anno domini m° ccc° xv°.

COram nobis Hermanno Steven, Hermanno Petri, Rodolfo de Wetelemſtidde, Henrico de Schepenſtidde, Engelberto de Ringelum, Henrico Stapel, Alberto Criſpo, Conſulibus in Indagine in Brunswich, comparuerunt Conradus dictus de Nôre et uxor ſua Alheydis et ex utraque parte veri eorum heredes ſtatutum et arbitrium faciendo, tale videlicet, ut, quicunque eorum viam univerſe carnis primo ſine liberis fuerit ingreſſus, tunc veri heredes morientis de rebus mobilibus ſive inmobilibus poſt ſolutionem debitorum et triceſimum bene peractum tollent terciam partem.

1315 Januar 27. Die Brüder v. Gandersheim ſammt ihrer Mutter und Schweſter verkaufen dem Cyriacusſtifte Güter zu Sonnenberg. [765

Original zu Wolfenbüttel mit zwei Siegeln.

IN Dei nomine amen. Nos Hinricus et Wedekindus fratres dicti de Ganderſem, cives in Bruneswic, Johanna ſoror ipſorum et Elizabet mater eorundem, cives ibidem, omnibus hanc litteram viſuris ſeu audituris volumus in perpetuum eſſe notum, quod de maturo conſilio et expreſſo conſenſu omnium heredum noſtrorum, quorum de jure vel de conſuetudine intererat, vendidimus capitulo eccleſie montis ſancti Cyriaci extra muros Brunswic pro octoginta marcis puri argenti brunswicenſis ponderis et valoris nobis ab Ecberto de Luttere dicto Scheveling perſolutis quinque manſos ſitos in campis ville Sunnenberghe nobis pertinentes, unam curiam, tres areas, et unam caſam in cimiterio ibidem cum omnibus juribus et utilitatibus ſuis tam in ſilvis, campis, pratis quam paſcuis et ceteris pertinenciis univerſis ab omni jure comecie, advocacie, ſervitutis penitus liberos et ſolutos proprietatis et libertatis titulo, ſicut parentes no-

In der Handſchr. 25 Scheuelig

ſtri et nos hactenus poſſedimus, pacifice et libere poſſidendos. renunciantes pro nobis et noſtris heredibus a nobis in perpetuum deſcendentibus tam preſentibus quam futuris omni juri et utilitati, quod nobis aut ipſis in eisdem bonis conpetebat aut poſſet conpetere in futurum. Volumus eciam ipſi capitulo predicto de bonis predictis facere warandiam debitam et condignam. In cujus rei evidens teſtimonium ſigilla noſtra, videlicet Heinricus et Wedekindus fratres predicti pro nobis et matre noſtra et ſorore ſupradictis, preſentibus duximus apponenda. Teſtes hujus rei ſunt Hermannus de Ursleve, Henricus Elie, Henricus Egelhardi, Eylhardus Boneke, Johannes Roſeke et alii quam plures fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° quinto decimo ſexto kalendas Februarii.

1315 Februar 2. Dekan und Capitel zu St Cyriaci urkunden über eine Altarſtiftung Ekbert Schevelings. [766

Original zu Wolfenbüttel; von der Beſiegelung iſt nur der rothe Seidenſtrang erhalten.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Fredericus Dei gratia decanus totumque capitulum eccleſie montis beati Cyriaci apud Bruneswich omnibus in perpetuum. Rationabiliter ordinata ſepius oblivioni traduntur, niſi teſtibus et ſcriptis auctenticis memorie conmendentur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod, cum Ecbertus de Luttere dictus Schevelinghes ob ſalutem anime ſue et omnium predeceſſorum ſuorum parentum altare in noſtra eccleſia ab eo in honore beati Mathie apoſtoli noviter conſtructum cum quinque manſis, una curia, tribus areis tam in villa quam in campis Sunnenberghe ſitis, quos a Henrico et Widekindo fratribus de Ganderſem et ab Elizabet, matre eorum, et Johanna, ſorore ipſorum, et ab eorum veris heredibus liberos ab advocatia et a quolibet genere ſervitutis et gravaminis ſolutos, ſicut ipſi et progenitores eorum ipſos tytulo proprietatis poſſederant, pro octoginta marcis puri argenti emerat, dotaſſet et ad idem altare liberaliter erogaſſet, jam dictus Ecbertus cum noſtro conſenſu ſtatuit ac ſalubriter ordinavit, ut ſacerdos eidem altari deſerviens de bonis predictis disponat, fructus integraliter percipiat, in villico eisdem bonis provideat, quando ſibi videbitur expedire. Que tamen bona nos ſicut alia bona ad noſtram prebendam pertinentia pro poſſe noſtro conſiliis et placitis defendere volumus et tueri. Proteſtamur eciam, quod idem Ecbertus poſt obitum ſuum legavit et contulit ad dotem perpetuam ejusdem altaris tres ortos, unum ſitum ante valvam Valerslevenſem, quem colit relicta Hillebrandi de Luttere, ſolventem decem ſolidos, alium ortum, quem colit Tanquardus, ſitum in platea, que directe ducit a clauſtro montis Curſorum ad capellam Sancti ſpiritus, dicta Tronereſtrate, ſolventem duodecim ſo-

Im Orig. 31 dictam

lidos, item tercium ortum in eadem platea, quem colit Olricus, ſolventem duodecim ſolidos, item unum ſolidum de quodam orto in eadem platea, quem idem Olricus poſſidet. De hiis et ſupradictis reditibus ſacerdos ſepedicti altaris tenebitur ſibi ipſi in vino et lumine perſonaliter providere. ſed cuſtos noſtre eccleſie, qui pro tempore fuerit, ipſi ſacerdoti librum, preparamenta et calicem de noſtro armario miniſtrabit. Nos eciam ipſum Ecbertum exnunc in noſtram recipimus fraternitatem facientes ipſum participem omnium bonorum operum, que in noſtra eccleſia nocte dieque perpetuo fieri dederit dominus Jheſus Chriſtus. Obligamus eciam nos et noſtros ſucceſſores per preſentes, quod altare prememoratum debemus et volumus conferre uni clerico ſacerdoti, quocienscunque ipſum vacare contigerit, qui ipſum officiabit ſingulis diebus una miſſa. Celebrabit enim feria ſecunda unam miſſam pro defunctis, feria quarta miſſam de apoſtolis, ſabbato miſſam de domina noſtra. aliis diebus miſſas pro ſua devotione poterit celebrare. Vices eciam ſuas in legendis lectionibus, verſibus cantandis et in ceteris ordinariis obſervabit. Debet eciam idem ſacerdos horis cottidianis cum aliis vicariis intereſſe. Miſſam ſummam ebdomade ſue obſervabit, ſed tunc miſſam ſui altaris non tenebitur obſervare. Inſuper eidem ſacerdoti de omnibus memoriis et conſolationibus, ſi quas exnunc Deus in noſtra eccleſia dederit ordinandas, dabimus ſuam ſicut et ceteris vicariis portionem. Igitur, ut ſingula premiſſa perpetuis temporibus perſeverent, preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo noſtre eccleſie duximus muniendam. Teſtes hujus ſunt Johannes de Oldendorpe, Roleke de Calve, Johannes Roſeke, Johannes Coman et alii plures fide digni. Datum et actum anno domini m° ccc° quintodecimo quarto nonas Februarii.

1315 Februar 22. Herzog Albrecht weiſt das Cyriacusſtift in den Beſitz der von den Brüdern v. Gandersheim gekauften Güter zu Sonnenberg. [767

Zwei Originale zu Wolfenbuttel, das eine mit Siegel an rothem Seidenſtrange, welches an dem andern, ſtark verſtockten, jetzt fehlt.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia Albertus dux de Bruneswich omnibus in perpetuum. Quamvis bona immobilia in comitiis donari, reſignari et in alios transferri debeant ſecundum jus terre conſuetudinarium antiquitus obſervatum, verum cum propter defectum comiciliorum in diſſuetudinem venerit, neceſſe eſt, ut hujusmodi bonorum donatio, reſignatio et poſſeſſionis adeptio aliis amminiculis in preſentium et futurorum noticiam redigatur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis, quod, cum Henricus et Widekindus fratres dicti de Ganderſem vendidiſſent in perpetuum capitulo eccleſie montis beati Cyriaci apud Brunes-

31 eccleſie *fehlt in dem Orig. ohne Siegel*

wich quinque manſos, ſitos in campis ville dicte Sunnenberge et unam curiam, tres areas et unam caſam in cimiterio cum aliis eorum utilitatibus, juribus ac pertinentiis univerſis ibidem, idem Henricus et Widekindus jam predicti ex parte matris ipſorum Elizabet et Johanne ſororis eorum et omnium heredum ac propinquorum conſtituti coram nobis reſignaverunt ac dimiſerunt predicto capitulo beati Cyriaci prefata bona ab omni jure advocatie et qualibet ſervitute libera et ſoluta jure proprii ſeu libertatis et proprietatis tytulo, ſicut ipſi et predeceſſores ipſorum ea pacifice poſſederunt, libere poſſidenda, renunciando pro ſe et ſuis heredibus et propinquis predictis bonis et omni juri, quod ſibi in ipſis conpetebat et conpetere potuiſſet in futuro. Quo facto nos, ſicut ratione comitie et temporalis juridicionis noſtri eſt, prefati capituli canonicos per noſtrum gogravium nullo penitus contradicente miſimus in predictorum bonorum poſſeſſionem corporalem et receptis ab ipſis noſtris denariis wlgariter dictis vredepenighe firmavimus ipſi capitulo ejusdem poſſeſſionis firmam pacem atque bannum. Igitur, ut idem capitulum eadem bona quiete et pacifice poſſideat, et ne aliquis contra ipſorum libertatem jus aliquod aut ſervicium de eis aut cultore ipſorum ſibi uſurpare preſumat, preſentem litteram contra quaslibet inpetitiones et inportunitates ipſi dedimus ſigillo noſtro patenter conmunitam. Teſtes hujus ſunt Ecbertus de Aſſeborch dictus junior, Bertrammus de Veltem, milites, Hermannus de Ursleve, Henricus Eghellardi, Johannes Roſeke et alii plures fide digni. Datum anno domini **m° ccc° quinto decimo octavo kalendas Marcii.**

1 ſitos — et *und* 2 ibidem *fehlt in dem noch beſiegelten Originale*

1315 März 16. Dekan Balduin und Canonicus Engelbert v. Meding zu St Blaſien auf der einen, drei Rathleute der Altſtadt auf der andern Seite ſchlichten allen Streit zwiſchen dem Pfarrer zu St Andreä und dem Rathe in der Neuſtadt. [768

Original im Stadtarchive mit acht wohlerhaltenen Siegeln. Gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchl. von Blankenburg-Campe II, S. 43.

NOs Dei gracia Baldewinus decanus, Egelbertus de Medinge, canonicus eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswic, et Johannes de Luneborch, rector capelle ſancti Jacobi ibidem, a magiſtro Brunone, rectore eccleſie ſancti Andree in Brunswic, parte ex una et nos Hermannus Wlveram, Johannes Felix et Johannes de Veltſtede, burgenſes in Bruneswic, a Conſulibus Nove civitatis ibidem parte ex altera arbitratores et amicabiles compoſitores electi omnes controverſias, que inter jam dictas partes vertebantur, ſopivimus, ſicut in nos conpromiſſum fuerat, et terminando diffinivimus in hunc modum, videlicet quod predicti . . Conſules Nove civitatis dabunt predicto magiſtro Brunoni et ſuis ſucceſſoribus ſingulis annis expedite ſex talenta bono-

rum denariorum brunswicenſium, tria in feſto paſche et tria in feſto beati Michaelis, cum quibus ſacerdotem in victualibus et in precio procurabit, qui celebrare debet unam miſſam infra officium matutinum pro miſſa altaris ſingulis diebus conſuetis temporibus celebranda, principalibus tamen ſollempnitatibus anni dumtaxat exceptis, ſilicet quod ſingulis ſeptimanis dicentur tres miſſe pro defunctis, pro ſalute animarum illorum, qui ſuis elemoſinis predicta ſex talenta conparaverunt ſeu in poſterum ad predicta ſex talenta devocionis cauſa aliquid duxerint ſuperaddendum. Si vero, quod abſit, predictus magiſter Bruno aut ſui ſucceſſores predictam miſſam nollent procurare celebrari modo premiſſo, extunc Conſules predicti eam, ubi voluerint, libere procurabunt celebrari cum denariis antedictis. Verum quia Conſules predicti in predictis ſex talentis habent defectum quatuordecim ſolidorum, . . plebanus predictus ſeu rector eccleſie ſancti Andree predicte cum ſuis capellanis ſacerdotibus per viam confeſſionis aut teſtamentorum juvabit et laborabit una cum adjutorio Conſulum predictorum, quod defectus quatuordecim ſolidorum predictorum integraliter ſuppleatur. Item ſi plebanus prefatus vel ſui ſocii ſacerdotes deinceps invenerint aliquos volentes aucmentare ſeu ampliare redditus dicte miſſe, videlicet ſex talentorum prefatorum, devocionis cauſa, . . Conſules predicti conſilio et auxilio promovebunt, ut talium bonorum hominum voluntas fideliter perducatur ad effectum usque ad ſummam ſeptem librarum. Et hoc idem facient Conſules per ſe, quam primum ſe optulerit facultas elemoſinarum largiendi, quantum potuerint conſilio et auxilio, quod predicta ſumma ſeptem librarum conpleatur. Preterea plebanus de oblationibus oblatis ſancto ſanguini tollet terciam partem uno ſociorum ſuorum ſextis feriis ante meridiem ſedente apud illum. Deſuper pro oblationibus oblatis ad ymaginem ſancti Andree, que in loco ſuo, ubi nunc ſtat, manebit, et pro pullis, ubicunque oblati fuerint, . . procuratores eccleſie predicte ſingulis annis in feſto beati Michaelis dabunt plebano predicto ſex ſolidos novorum denariorum brunswicenſium predictorum. Igitur, ne lis aut controverſia ſemel extincta per oblivionem, ignoranciam aut maliciam hominum amplius reviviſcat, volentes, ut ſingula premiſſa firma maneant atque rata, mandavimus ſeu faciendum pronunciavimus et pronunciamus, quod magiſter Bruno predictus hanc pronunciationem et ordinationem noſtram acceptando ipſam appenſione ſigilli ſui pro ſe et ſuis ſucceſſoribus efficaciter approbet et confirmet, et quod ſimili modo Conſules predicti ſe et ſuos ſucceſſores ad obſervandum premiſſa obligantes preſentibus pro teſtimonio apponi procurent ſigillum civitatis Brunswic, et nos arbitratores ſeu amicabiles compoſitores predicti in premiſſorum evidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus ſimiliter apponenda. Actum et datum anno domini m° ccc° decimo quinto in die palmarum.

1315 April 21. Herzog Heinrich eignet dem Cyriacusſtifte zwei Wurten zu Witmershagen (Witmereshaghen) *mit der Nutzung eines Ackermanns in den Holzungen, Wieſen und Weiden, die Droſt Jordan mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Jordan, Bertram und Balduin dem Stifte verkauft und ihm, dem Herzoge, aufgeſandt hat. Unter den Zeugen* Henricus Elye. Datum et actum anno domini m° ccc° quinto decimo undecimo kal. Maji. [769

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchl. v. Blankenburg Campe 11, S. 46. Die Verkaufsurkunde Droſt Jordans mit denſelben Zeugen d. d. 1315 Mai 3 (in die inventionis ſancte crucis), *Orig. zu Wolfenbüttel, ebd. S. 47.*

1315 April 23. Herzog Albrecht verkauft dem Kloſter Walsrode ſieben Hufen zu Remlingen und befreit deren Anbauer von aller Dienſtpflicht. [770

Zwei gleichlautende Originale im Stadtarchive (unter den Urkunden des Marienſpitales), an jedem das Siegel.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Albertus dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret vivacitas litterarum, hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod nos pro viginti marcis puri argenti ab honorabili viro domino . . Hynrico, prepoſito ſanctimonyalium monaſterii ſancti Johannis baptiſte in Walesrode ordinis ſancti Benedicti Myndenſis dyoc., receptis dimiſimus et cum conſenſu omnium noſtrorum heredum, quorum intereſt, dimittimus et relinquimus per preſentes dicto prepoſito et conventui in Walesrode ſeptem manſos ſitos in campis ville Remnynghe ad idem monaſterium pertinentes cum omnibus ſuis appendiciis in villis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, viis et inviis, attinentibus univerſis ab omni jugo advocatie et ſervitutis angariis et exactionibus, que in ipſis bonis habuimus, liberos quiete et libere perpetuo poſſidendos. Conceſſimus preterea et concedimus in hiis ſcriptis, ut, quicunque prefata bona coluerit, ſimiliter ab omnibus ſervitiis ſit exemptus, niſi alia habeat bona, de quibus nobis ſervitia facere teneatur, renuntiantes pro nobis et noſtris heredibus omnibus uſibus et juribus, que nobis in dictis bonis conpetebant et in futuro conpetere potuiſſent. Sane ut hoc factum noſtrum a nullo ſucceſſorum vel heredum noſtrorum aut ab alio valeat violari, damus preſens ſcriptum noſtri ſigilli munimine in evidens teſtimonium premiſſorum firmiter conmunitum. Hujus rei teſtes ſunt Johannes de Holloghe, Eghebertus de Aſſeborch, milites noſtri, Reymboldus plebanus ſancte Katerine, Johannes notarius noſter, canonicus ſancti Cyriaci, et Johannes rector capelle in Stekelenborch, capellani noſtri, et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno domini m° ccc° quintodecimo in die ſancti Georgii martiris.

Im Orig. 20 fehlt in

1315 April 30. Herzog Albrecht bewidmet die Longinuskapelle auf dem Damme bei Wolfenbüttel mit drei Hufen zü Klein-Denkte (in minori Dengte) *und dem Eigenthum daran, deren zwei, ehemals von dem Meier Heinrich Nordorp bebaute, er Heineken Eliä wieder abgekauft hat, auch mit einer der vier Hufen zu Wendeſſen, die einſt Ritter Ulrich v. Weferlingen hatte, mit dem Pfarrhofe zu Wolfenbüttel, den ihr Rector bewohnt, ſowie mit zwei Wurten daſelbſt, die eine im Weſten der Kapelle, die andere mit dem Stoben* (in qua ſtuba ibidem ſita eſt), *und ſetzt Herrn Burchard den Rector in Beſitz dieſer Güter. Unter den Zeugen an erſter Stelle* Reinboldus rector eccleſie ſancte Katerine in Brunsvig. Datum per manus notarii noſtri Johannis, canonici ſancti Ciriaci prope muros Brunswicenſes anno domini m°ccc°xv° pridie kalendas Maji.

Abſchrift in einem Copialbuche xv u. xvi Jahrh. zu Wolfenbüttel.

1315 Mai 10. Die Brüder Hakelberg verkaufen dem Cyriacusſtifte einen Garten am Riſchkampe. [772

Original zu Wolfenbüttel, das erſte Siegel abgefallen, das zweite ſtark beſchadigt und bis zur Unkenntlichkeit verſchliffen.

NOverint univerſi, quod nos Ludemannus et Hinricus fratres dicti Hackellenberch, cives in Brunswich, providis viris decano et capitulo ſancti Cyriaci et eidem eccleſie extra muros Brunswich vendidimus pro quatuor marcis uno fertone minus puri argenti brunswicenſis ponderis et valoris nobis integraliter perſolutis unum ortum ſitum juxta ſpacium, quod dicitur Riſchcamp, ſolventem ſeptem ſolidos et quatuor denarios brunswicenſium denariorum in feſto ſancti Michaelis et in feſto paſche ſingulis annis expedite. Quem quidem ortum transferimus in predictos dominos et eccleſiam ſancti Cyriaci cum omni jure et utilitate titulo proprietatis perpetuo poſſidendum, ſicut nos et noſtri progenitores hactenus poſſederunt, renunciantes omni juri, quod nobis aut noſtris heredibus conpetit in preſenti aut poſſet conpetere in futuro. Promittimus eciam eisdem dominis preſtare veram warandiam, cum fuerimus requiſiti. Ut igitur hec omnia firma permaneant, preſens ſcriptum noſtris ſigillis roboramus. Hujus rei teſtes ſunt dominus Conradus de Luttere, Albertus de angulo, Hermannus Friſo, ſacerdotes eccleſie ſancti Cyriaci, Johannes Longus, Conradus ſocer ſuus et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m°ccc°xv° in vigilia pentecoſtes.

Im Orig. 20 pache

1315 Juni 17 Wolfenbüttel. Herzog Albrecht eignet dem Kreuzkloſter vier Hufen, zwei Höfe, vier Wieſen, zwei Holznutzungen und einen Grashof (viridarium) *zu Lamme, den die Brüder*

Ritter Johann und Hartneid Schlenkerdaus (Slengherdus) *ihm zu dieſem Behufe aufgeſandt haben, und ſetzt Propſt Heinrich, Pfarrer zu Mittel-Vahlberg, in Beſitz dieſer Güter. Unter den Zeugen* Jordanus Stapel, Bertrammus de Dammone, Conradus Holtnickere, Thidericus Dhorigh, burgenſes in Bruneswich, fideles noſtri. Actum et datum in caſtro Wlfelbutle anno domini m° ccc° quinto decimo ſextodecimo kal. Julii. [773

Original zu Wolfenbuttel.

1315 Juli 4. Ritter Balduin v. Wenden verkauft dem Marienſpitale einen Buſch zwiſchen dem Sonderholze und der Rodewieſe bei Eikhorſt. [774

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. Echorſt. — *Vgl. Nr 748.*

EGo Baldewinus miles, filius quondam Ludolfi militis de Wendhen, tenore preſencium publice recognoſco et proteſtor, quod cum expreſſo conſenſu Ludolfi filii mei et omnium aliorum heredum meorum et omnium, quorum intererat, vendidi pro ſex marcis cum dimidia puri argenti bruneswicenſis ponderis et valoris michi perſolutis novo hoſpitali ſancte Marie apud Longum pontem in Bruneswich unum lignetum ſeu rubetum ſitum inter ſilvam dictam Sundere et quoddam pratum dictum Rodwiſche apud curiam Echorſt cum omnibus ſuis juribus et utilitatibus ac pertinenciis univerſis jure proprii ſeu proprietatis tytulo, ſicut ego et progenitores mei pacifice et quiete ipſum poſſedimus, perpetuo libere poſſidendum. Et mittendo Conradum proviſorem predicti hoſpitalis tam ſuo quam ipſius hoſpitalis nomine in predicti ligneti ſeu rubeti poſſeſſionem corporalem renunciavi pro me et meis heredibus omni juri, quod michi et eis conpetebat in eo et conpetere potuiſſet in futuro. Promiſi inſuper et promitto per preſentes prefato hoſpitali et ſuis proviſoribus, quod volo eos tam in proprietate quam poſſeſſione ſepedicti ligneti vel rubeti legitime defendere et warendare et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpeticionem aut controverſiam ipſis moveri contigerit de aliquo premiſſorum. Ad quod me obligans ſepedicto hoſpitali et ſuis proviſoribus preſentem litteram inde conſcriptam pro evidenti teſtimonio ſigillo meo duxi patenter roborandam. Horum eciam omnium teſtes ſunt discreti viri domini Syfridus de Althen, canonicus eccleſie ſancti Blaſii in Brunesw., Radolfus plebanus in Adhenem, Jordanus de Wenthuſen, Bertoldus de Veltem, Baldewinus de Wenden filius Baldewini, milites, Johannes de Veltſtede, Henricus Elye, burgenſes in Brunesw., et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° quintodecimo in die beati Odelrici confeſſoris.

1315 Auguſt 11. Abt Petrus von St Aegidien beglaubigt die Urkunden von 1303 Mai 7 und 1305 April 14. [775

Original im Stadtarchive mit Siegel.

Noverint univerſi et ſinguli, quorum intereſt, quod nos Petrus Dei gracia abbas monaſterii ſancti Egidii in Brunswic vidimus et diligenter inſpeximus ac examinando tractavimus litteras fratrum Fridrici dicti Silveſtris et Fredrici de Alvensleve, preceptorum quondam domorum militie templi Jheroſolmitani, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua parte ſui viciatas, ſet veris et integris ſigillis ſigillatas, quas ad partes discretorum virorum Hinrici prope cimitorium et Johannis Felicis, burgenſium in Brunswic, transſcribi et exemplari fecimus nil addendo vel minuendo, quod earum intellectum aut tenorem viciet vel inmutet. Harum autem litterarum tenor eſt talis: Nos frater Fredhericus dictus Silveſter . . . . anno domini m° ccc° iij° in craſtino ſancti Johannis ante portam latinam.[a] Nos frater Fredhericus de Alvensleve . . . . anno domini m° ccc° v° in die ſanctorum Tyburcii et Valeriani martirum.[b] In horum igitur omnium premiſſorum evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus transſcriptis patenter duximus apponendum. Actum anno domini m° ccc° xv° in die ſancti Thyburcii martiris.

Im Orig. 5 cimtorium 6 tranſcribi 11 tranſcriptis

a Nr 515 b Nr 555

1315 September 30. Ritter Balduin v. Wenden ſchenkt dem Cyriacusſtifte zwei Hufen und einen Hof zu Hedeper (Hedebere), *die Johann und Hildebrand Mathiä, weiland Ludolfs Söhne, ihm aufgeſandt haben. Zeugen* Johannes Felix, Henricus Elye, Johannes et Roleko fratres dicti de Veltſtede. Datum anno domini m° ccc° quinto decimo pridie kalendas Octobris. [776

Original zu Wolfenbüttel.

1315 October 18. Dekan Friderich und Kapitel St Cyriaci bekunden, daß ſie für 34 Mark von Hildebrand Mathiä, weiland Ludolfs Sohne, zwei Hufen und einen Hof zu Hedeper (Hedebere) *gekauft, Ritter Balduin von Wenden dem Stifte dies Gut vor Herzog Albrecht geeignet, Ekbert Scheveling 17 Mark zu den Kaufgeldern beigeſteuert hat und dafür lebenslänglich den Ertrag einer Hufe und der Hälfte des Hofes genießen, nach ſeinem Tode aber hiervon alljährlich 10 Schilling auf die Lichte des Mathäusaltares gewandt, das übrige unter die Kanoniker und die neun beſtändigen Vikare gleich vertheilt werden ſoll. Zeugen* Arnoldus de Calve, Johannes de ſancto Michahele, Johannes de Sowighe, Conradus de Munſtede, Lippoldus de Godenſtede. Datum et actum anno domini m° ccc° quinto decimo in die beati Luce ewangeliſte. [777

Original zu Wolfenbüttel.

1315 October 28. Abt Petrus und Convent von St Aegidien bekunden, daß Ekbert Scheveling ihrem Spitale ein Pfund Rente gewidmet hat. [778

Original zu Wolfenbüttel, die beiden Siegel ſtark beſchädigt.

MEmoria hominum conſulte juvatur, dum geſte rei veritas litterarum teſtimonio roboratur. Hinc eſt, quod nos Petrus Dei gratia abbas totusque conventus monaſterii ſancti Egidii in Brunswich preſentibus publice recognoſcimus et notum eſſe volumus omnibus has litteras inſpecturis, quod Ecbertus Scheveling ad hoſpitale noſtrum unius talenti redditum ob ſalutem ſue anime comparavit, quod ad hujusmodi uſus conſtituit annis ſingulis erogandum, videlicet quod mandatum in vigilia penthecoſtes cum ſex ſolidis peragetur. Item ad ſtipam in anniverſario ſuo pauperibus dandam de eodem talento ſex ſolidos aſſignavit. Octo vero ſolidos reſiduos ad ampliorem pauperum recreationem in hoſpitali noſtro conſtituit erogari. In cujus rei evidentiam noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini m° ccc° xv° in die beatorum Symonis et Jude apoſtolorum.

1315 October 28. Herzog Johann von Lothringen, Brabant und Limburg ertheilt den Kaufleuten Deutſchlands und anderer Reiche einen Freibrief für den Handel in ſeinen Landen, beſonders zu Antwerpen und Bergen op Zoom. [779

Original zu Köln mit Siegel, gedruckt bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. II, S. 103. Deutſche Ueberſetzung des Notars M. Meerſchaerdt nach einer von Hamburg im Januar 1540 veranlaßten Abſchrift im Stadtarchive.

1315 December 6. Ritter Heinrich v. Wenden verkauft dem Cyriacusſtifte für 9 Mark die Vogtei an drei Hufen zu Broitzen (Brotzede). *Zeugen* Johannes Felix, Johannes et Wedego fratres dicti de Veltſtede, Henricus, Ludolfus et Hermannus dicti Elye. Datum anno domini m° ccc° quinto decimo octavo idus Decembris. [780

Original zu Wolfenbüttel.

1315 December 22. Graf Ulrich von Regenſtein und ſein Bruder Sigfrid, Canonicus zu Hildesheim, eignen der Katharinenkirche drei Hufen ſamt Zubehör zu Bohnſtedt, die Hermann Stephani zu Braunſchweig ihnen aufgeſandt hat. [781

Das Original iſt verloren, eine Abſchrift des XIV Jahrhunderts im Copialbuche der Katharinenkirche.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Olricus Dei gracia comes junior, Syfridus eadem gracia canonicus Hildenſemenſis eccleſie, fratres, filii comitis quondam Hinrici de Reghenſten,

omnibus in perpetuum. Ad noticiam omnium tam preſencium quam futurorum publice ac perpetualiter volumus pervenire, quod nos de meritis et ſuffragiis venerande virginis ac martiris Katerine fiducialiter preſumentes ad honorem ipſius et divini cultus augmentum ac pro ſalubribus remediis animarum, noſtrarum videlicet et parentum noſtrorum, petente et ydonee procurante discreto viro domino Reymboldo, plebano ſancte Katerine virginis in Brunswic, ad dotem unius altaris in eadem eccleſia fundati donavimus et in Dei nomine per preſentes damus proprietatem trium manſorum ſitorum in campis ville Bonſtede Hildenſemenſis dyoc. et unius curie in eadem villa et trium utilitatum echtward dictarum wlgariter in ſilva et totidem utilitatum in graminibus et omnium eorum utilitatum et pertinencium in villis, ſilvis, campis, pratis, viis et inviis, ſicut Hermannus Stephani, burgenſis in Brunsw., eadem bona a Hinrico fratre noſtro pie memorie tenuerat et libere reſignavit, jure ac libertatis titulo perpetue poſſidenda, et tradentes predicte eccleſie et rectoribus et proviſoribus ejus proprietatem et corporalem poſſeſſionem predictorum manſorum et ſuorum pertinentium renunciavimus et per preſentes renunciamus omni utilitati et juri, quod nobis in eis conpetebat et conpetere poſſet in futuro. Inſuper dictos . . rectores et proviſores eccleſie predicte conſervabimus in poſſeſſione ac proprietate bonorum hujusmodi ac ipſis de proprietate juſtam, debitam ac legitimam ſuo loco preſtabimus warandiam. In quorum omnium teſtimonium has litteras ſigillis noſtris fecimus et ſigillo venerabilis in Chriſto patris domini et awnculi noſtri kariſſimi, domini Hinrici Hildenſemenſis eccleſie epiſcopi, optinuimus ſigillari. Et nos Hinricus Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus jam dictus donacionem predictorum bonorum cum ſingulis ſuis conditionibus preſcriptis, quantum noſtra intereſſe poterit, approbantes ſigillum noſtrum ad majorem cautelam duximus rogati una cum ſigillis awnculorum noſtrorum predictorum preſentibus apponendum. Teſtes hujus ſunt discreti Guncelinus de Berwinkele et Volcmarus, notarii awnculi noſtri predicti, Henricus plebanus in Heymborch, noſter notarius, Hinricus rector eccleſie Nove civitatis Hildenſem, Johannes plebanus eccleſie ſancti Michahelis in Brunsw., Johannes de Gerceſem, miles, fidelis noſter, Hinricus Elye, Conradus Holtnickeri, vaſalli noſtri, Johannnes Felix, Hinricus de Eveſſem, cives in Brunsw., et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m° ccc° **xv° xj° kal. Januarii.**

In der Handſchr. 9 fehlt in 21 aprobantes

1316. Allerlei Theidung. [782

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. — Fortſetzung von Nr 763.

ROleko van Calve heft afghelaten van alleme erve, dat eme an mochte vallen van heren *Bl. 42*
Wedekinde van Ganderſem unde van voren Belen ſerre husvrowen, alſo beſcedeliken, dat

me eme eder ſinen rechten erven gheven ſcal alle jar en punt gheldes na voren Belen dodhe uth den huſen uppe deme markete.

Heneke Holtnikkere, heren Konen ſone Holtnikkeres, unde ſine brodere Coneke unde Herman, de brodere Henninges ſone Holtnikkeres, hebbet vorkoft Guncelinuſe deme papen eren hof bi den barvoten broderen to ſemme live. Dar ſcal he en af gheven des jares ene mark gheldes, unde wat he an deme hove vorbuwet, dat blift en unde eren erven mit deme ſulven hove na ſemme dodhe ane yenegherleye anſprake ſiner erven.

Herman van Blekenſtede heft vorkoft Thilen ſemme brodere unde Hinrike Papendorpe ſemme ſwaghere dat verndel des tegheden to Uvinge unde tw hove darſulves mit alleme rechte vor lvj mark. dat ſulve gut mach he wederkopen umme dat ſulve ghelt met ſemme eghenen Bl. 42' ghelde alle jar vor middenſomere, wanne he wel. Welden ſe ok dat ſulve gut vorkopen, ſo ſcolden ſe erſt Hermanne dat beden. ene welde he es nicht, ſo moghen ſe vorkopen eder vorſetten dat ſulve gut, wr ſe willet.

Vor Aleke, Ekelinges ſuſter van Edzenrode, de heft ghekoft dre verdinge gheldes, de ſcal me ere gheven alle jar to ereme live van der taflen ſinte Mertines, ij verding to ſinte Michaelis daghe unde ij verding to paſchen.

Albrechtes moder des Ghires heft ene mark gheldes, de ſcal me ere gheven van der taflen to ſinte Mertine to ereme live. So wanne erer to kort wert, ſo ſcal de mark horen to deme luchte ſinte Mertines.

Johannes Plok, de gherwere upme Damme, unde Alheyt ſin wif de hebbet ere gut toſamene ghegheven an voghedes dinge.

Ludeman unde Heneke de brodere Hakelenberch hebbet vorkoft met alle erer erven wlborde Hermanne Meybome unde ſinen rechten erven xiij morghene landes vor xxvj mark. des lit en kamp van achte morghenen bi deme Altvelde unde vif morghene de ſchetet uppe de garden twiſchen ſinte Peters dore unde deme Hoen dore. Unde dit gut hebbet ſe eme vorkoft vor eghen unde teghetvri ſunder anderhalven morghen, unde ſcon des ſin unde ſiner rechten erven were weſen van rechter anſprake. Unde dar heft Ludeman van Achem ere ſwagher af ghelaten van erer ſuſter weghene Hannen unde erer erven.

Bl. 43 Ghereke, Ghereken ſone heren Stevens, de heft Hermanne heren Stevens ſenne vedderen unde ſine rechten erven losghelaten van allerleye anſprake, de he uppe ene vorderen mochte unde uppe ſine erven. unde dat heft he eme en truwen ghelovet vorme Rade in der Oldenſtat unde imme Haghen.

Her Herman de perrere van Lebechun, Conrat unde Ghereke ſine brodere, heren Hermannes

In der Handſchr. 14. 15. 16 verdige, verdig, verdig

ſone des heren, unde Grete ere ſuſter unde Kibbele ere man, erer drier ſwagher, hebbet bekant vorme Rade, dat ſe ſek hebbet vorliket umme eres vader unde erer moder erve, dat allermalkeme ghenoghet. Unde dat ſulve erve, dat eres vader was, dat hebbet de vorſegheden brodere dre upghelaten Greten erer vorſprokenen ſuſter unde eren kinderen unde Kibbelen. Des ne mach aver Kibbele nicht vorkopen ane Greten ſines wives unde erer kindere willen.

Hennig, Diderik, Ludeman, Johannes unde Nicolaus de brodere, Wasmodes ſone van Urde, hebbet bekant vorme Rade, dat ſe hebbet gheleghen laten voren Hannen, de Wasmodes husvrowe was van Urde, to ereme live dat verndel des tegheden to Urde, dat er gheleghen heft Hannus, heren Hinrikes ſone van Urde des ridderes. In deme ſulven verndel ſcal de ſulve vrowe hebben xvij ſcepele hardes kornes to ereme live, des ſcolet weſen xv ſcepele | wetes unde twene *Bl. 43'* roken. de ſcal me ere antworden in der ſtat to Brunswic alle jar to ſinte Gallen daghe. Na ereme dodhe ſo ſcolen de ſulven vorſegheden brodere gheven Hannen, der ſulven vorſegheden vrowen dochter, de en cloſtervrowe is to Dorſtat, dre ſcepele wetes to ereme live alle jar van deme ſulven verndel uppe ſinte Gallen dach. Were ok, dat jenech broke worde der ſulven voren Hannen jojewelkes jares an diſſen dingen, eder erer dochter na ereme dodhe in den dren ſcepelen, in welken dingen dat were, dat ſcolden de ſulven brodere erwllen en beyden uppe den ſulven dach. So wat ok boven de ſulven xvij ſcepele an deme ſulven verndel des tegheden worde, dat ſcal heren Wasmodes kinderen bliven. Unde we Hannus, Thideric unde Ludeman ſcolen ok Hannuſe unde Clauſe uſen broderen, voren Hannen ſonen, uſe gut lenen laten, dat os uſe vader gheervet heft, liker wiſe alſo os ſulven. Unde we vorſegheden brodere alle ſcolen weder loſen der ſulven vrowen Hannen ene halve mark gheldes an deme neyſten hus, dat Bulſinges was in der Nienſtat, nu vort van ſinte Mertens daghe over en jar ane jeneghcrleye hinderniſſe. Mit diſſen dingen is diſſe ſulve vrowe vor Hanne unde ere dochter vor Hanne to Dorſtat an allen **dingen vorſceden van Wasmodes kinderen.** |

Ludeman van Achem heft bekant, dat he hebbe ghelenet laten Hannuſe unde Ludemanne, ſines *Bl. 44* broder ſonen, den halven tegheden to Broczem alſodane wis: wanne he wel, ſo ſcolen ſe ene eme weder laten up. Worde aver ſin to kort ane erven, ſo ſcolde eth ere rechte len weſen unde ſines wives Hannen lifghedinge. Unde he ne ſcal ok de ſulven ſines broder kindere nicht weder hinderen an ereme gude, dat he met en in ſinen leneſchen weren heft.

Thile van Blekenſtede heft ſemme ſwagher Henrike Papendorpe vorkoft en verndel des tegheden to Uvinge unde ene hove darſulves vor xliij mark. de mach he eder ſine erven wederkopen vor dat ſulve ghelt, wanne he wel, eder en half verndel des tegheden af vor xv mark. Na Henrikes dodhe ſo ſcal Thile eder ſine erven gheven Alheyde, Henrikes ſuſter, unde eren

In der Handſchr. 11 Gallen *urſprünglich* Michaelis 21 dat *fehlt* Bvlſiges 25—29 *ausradiert*

kinderen xv mark van deme ſulven gude. Welde ok Hinric dit gut vorſetten eder vorkopen, dar ne ſcal ene Thile eder ſine erven nicht an hinderen.

Herman van Bonſtede upme Damme heft Ekeharde van Wacken unde ſinen nakomelingen des ghegunt met gudeme willen, dat he unde ſine nakomelinge ſcolen liden dat water, dat van des ſulven Ekehardes hus valt, in ſemme hove, des ſulven Hermannes. Welde ok de ſulve Herman buwen bi ſine want, Ekehardes, na ſemme ghemake, dat ſulve buwe ſcal he alſo buwen, *Bl. 44'* dat he jo dat water|lide in ſemme hove unde ſine want nicht ne wnde. Unde de ſulve Ekehart **ene heft buten ſemme ſulle nicht.**[a]

Her Hene van Alvedeſſen de heft ſinen dochteren veren, de cloſtervrowen ſin to Lammeſpringe, beſceden ene mark gheldes in ſemme erve jeghen ſinte Olrike na ſemme dode, erer juweliker enen verding alle jar to ghevende, dewile dat ſe levet. So wanne erer en ſterft, ſo valt en verding gheldes uppe ſine rechten erven alſo lange, went dat ſe alle dot ſin: ſo blift eth al ſinen erven. Unde na ſemme dode ſo heft he den ſulven ver dochteren Gheſen, Aleken, Winneken unde Immeken ver rede mark beſceden ok in ſemme redeſten gude.

Heneke de Reſe, Gherken, Olrikes unde Koneken broder, heft bekant, dat he hebbe afghelaten van alle ſines vader erve unde van alleme anghevelle, dat eme anghevallen mochte van ſinen broderen unde ſinen ſuſteren. Vor diſſe aftıcht ſcolen eme de ſulven vorſprokenen brodere dre eder ere erven gheven alle jar xiiij mark gheldes, dewile dat he levet, half to middenſomere unde half to winachten. Des hebbet ene de brodere dre wiſet in den gancen tegheden to Cremnige unde an achte hove darſulves alſoghedane wis: ift eme jenech borſt worde van ſinen broderen eder an eren erven an dem benomeden ghelde, dat he dar ſcal ene anwardinge an hebben ſines gheldes. Unde de ſulve Heneke ene ſcal nicht vorgheven, vorſetten eder vorkopen| *Bl. 45* dat ſulve vorſprokene gut. Wanne ſin to kort wert, ſo ſcal dat ſulve gut weder vallen uppe de vorbenomeden brodere dre eder uppe ere rechten erven ledich unde los.

Henig, Thideric, Ludeman, Hannus unde Claus de brodere, Waſmodes ſone van Urde, hebbet Hennige van Urde erem vedderen vorkoft vif mark gheldes in erem erve, dat Waſmodes was, vor lxxx mark. des ſcolen ſe eme gheven eder ſinen rechten erven alle jar to paſchen iij mark unde to ſinte Michels daghe iij mark. Dat ſulve ghelt mogen ſe wederkopen alle jar jo vor paſchen eder vor ſinte Michels daghe umme dat ſulve vorſeghede ghelt, eder de mark ghel-

In der Handſchr. 11. 12 verdig 18 *vor* gheven *wiederholt* eme

a *Am Rande oben folgender Eintrag aus der zweiten Hälfte des Jahrhunderts:* Albert Segherdes heft overeyn ghedraghen mid Heneken van Rotne, dat Albert ſcal de ſcoppen beteren unde bewaren in Heneken hòve lik ſinem dake. Unde Heneke heft de toneghinge to Albertes want. he en ſcal aver dar nicht an hechten. *Muthmaßlich handelte es ſich um Nachbarrechte derſelben Hauſer wie 3 ff*

des ſunderliken af vor xvj mark, van eme eder van ſinen erven. Unde dat ſulve erve moghen de ſulven brodere vorkopen eder vorſetten binnen ſes jaren alſo beſcedeliken, dat jo Hennige **eder ſinen erven ere ghelt werde.**|

De brodere Cone unde Cone van deme hus unde ere vedderen Cone unde David de hebbet *Bl. 45'* ſek alſus vorenet, dat ſe ere lengut willen toſamene hebben unvorſcheden, vij hove to Adenem unde iij hove to Rotne unde vij hove to Veltum unde vif hove to Stidiem unde ver hove to Wirete an velde unde an dorpe, alle diſſe vorſegheden hove, doch met diſſem beſchede: dewile dat et en beyden ſiden beheghelic is. Weret ok alſo, dat erer welk ſin del laten welde, dar ne ſcal erer nen den anderen an hinderen. Weret ok alſo, dat des elderen Conen vamme hus to kort worde unde ſiner ſone, ſo ſcal Cone ſin broder unde ſine kindere unde ſine vedderen twene, Cone unde David, ſiner husvrowen Jutten holden unde gheven den dridden del al des gudes, dat hir vore ſcreven ſteyt, ere levedaghe, dewile dat ſe deſſes vorſegheden gudes unvorſcheden ſin. Weret ok alſo, dat Conen, de heft Henen dochter Elias, binnen diſſen dingen to kort worde, unde dat ſin husvrowe vor Bele dat gut to ſek neme, dat ere gheleghen is to ereme lifghedinge, dat ſin vif hove to Stidien, dre hove to Rothne, alſo vele ſcepele cornes, alſo van deme gude wert, ſo welkerleye korn dat were, ſcal Cone unde David de brodere nemen en dar gheghen van deme anderen dele deſſes vorſcre-|venen gudes. Dat ſelve ſcal de eldere Cone vamme hus *Bl. 46* don ichte ſine ſone unde ſin husvrowe. So wat aver kornes dar denne boven riſt, dat ſcal me delen an dre dele, jojewelkeme ſin del, alſo ſek boret. So wat hir to koſt up gheyt, dat ſcal malk ghelden, alſo et ſek gheboret. Teſtes hujus rei ſunt Henricus Elie, Wedego de Veltſtede, David Cronesben, Henricus Conradi. Actum anno domini m° ccc° xvj°.

Johannes, Ludeman unde Claus de brodere, Wasmodes ſone van Urde, ſcolen gheven erem brodere Thidericuſe deme ſcolere viij mark gheldes to ſemme live jo to paſchen. dat ſcal nu to paſchen anſtan, de nu neyſt kumpt, vort over en jar. Dat ſulve ghelt hebbet ſe eme gheleghen laten in emme verndel des tegheden to Urde van dem biſchope van Halberſtat. Were, dat jenech broke eme dar an worde twiſchen paſchen unde ſinte Michaels daghe darna jojewelkes jares, ſo mochte de ſulve Thidericus dat verndel vorkopen eder vorſetten, weme he welde, darna. dar ſcolen de ſulven ſine brodere umme bidden, dat eth gheleghen worde van dem biſchope, den he eth vorkofte. Unde dit ſulve ghelt ſcolen ſe eme gheven ok na ſemme dodhe en jar. Hir umme vortiget he alles anghevelles van ſines vader erve. Actum anno domini m° ccc° xvj° **feria ſecunda ante Simonis et Jude.**[a]

In der Handſchr. nach 3 zwei Drittel der Spalte unbeſchrieben

a October 25

URKUNDENBUCH

DER

STADT BRAUNSCHWEIG

IM AUFTRAGE DER STADTBEHOERDEN

HERAUSGEGEBEN

VON

LUDWIG HAENSELMANN.



ZWEITEN BANDES DRITTE ABTHEILUNG

MCCCXVI — MCCCXX.

BRAUNSCHWEIG
C. A. SCHWETSCHKE UND SOHN
MCM.



1316. Schwester Gertrud Weihen kauft von St Andreas eine halbe Mark Leibzucht. [783

Aus dem ältesten Degedingebuche der Neustadt. Am Rande van suster Ghesen Wyen. *Vorher Nr 687.*

Bl. 2 QUe geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Sciant igitur presentes et futuri, quod ego soror Gertrudis Milvi morans in antiquo conventu emi ½ marcam pecunie ad sanctum Andream, per quam corpus meum suis temporibus eo melius sustentetur. cujus unum fertonem habebo ad festum pasche unumque ad festum sancti Michaelis. Unde, ne emptionem hujus predicte ½ marce alicujus inpediat calumpnia, presentem paginam cum nominibus eorum, qui huic interfuerunt emptioni, mihi feci sic conscribi. Nomina autem testium hujus rei sunt hec: Egkelingus de Scanleghe, Bertrammus de Borchwede, Albertus de Peyne, Ludolfus de Ringelem, Albertus Blivot, Consules, et Conradus Cuprifaber et Thidericus de Valeberge: hii duo fuerunt tunc procuratores ecclesie sancti Andree. Anno domini m° ccc° xvj°.

1316 Januar 13. Der Rath in der Neustadt bekundet, daß Pfarrer Johannes zu Didderse von der Andreaskirche ein Leibgedinge gekauft hat. [784

Unbesiegeltes Original im Stadtarchive.

NOs Consules Nove civitatis Brunswich pupplice recognoscimus in hiis scriptis, quod dominus Johannes sacerdos, plebanus in Didekessen, emit a procuratoribus ecclesie sancti Andree in Brunswich unam marcam puri argenti ad tempora vite sue legitime possidendam tali condicione, quod jam dicti procuratores plebano prefato in festo sancti Michahelis dimidiam marcam et in festo pasche dimidiam marcam debent errogare. Igitur, si aliquis casus intervenerit, quod jam dicta marca termino suo non daretur, hoc Consules Nove civitatis Brunswich sine dubio subplebunt. Hujus rei testes sunt Rotgerus de Vinsleve, Gerwinus, Albertus de Peyne, Engelingus de Ringelem, Albertus Blivot et Cōnradus. Datum anno domini m° ccc° xvj° in octava epyphanie.

1316 Februar 20. Dekan und Kapitel St Cyriaci bekunden, daß Herr Heinrich, Pfarrer zu Isenbüttel (Ysenebutle), *dem Stifte anderthalb von den Brüdern Hermann und Johann Wolframmi für 26 Mark l. S. gekaufte Hufen und Höfe zu Hedeper* (Hedebere), *die jährlich fünf Scheffel Weizen und Hafer zinsen, unter Vorbehalt des Leibgedinges dem Stifte zu Behuf seiner Jahrzeit und der seiner Eltern Ludolf und Gertrud gewidmet hat, und verpflichten sich auf die deshalb getroffenen Anordnungen. Unter den Zeugen* Henricus Elye, Conradus Holtnickeri et Hermannus frater suus. Actum et datum anno domini m° ccc° decimo sexto undecimo kal. Martii.

Original zu Wolfenbüttel.

1316 Februar 22. Propſt Hermann, Priorin Eliſabeth und Convent zu Steterburg bekunden, daß ſie für 12 Mark, die von der Priorin und ehemaligen Kämmrerin Frau Johanna v. Kalbe (de Calve) *und der Kämmrerin Frau Sophia v. Vallſtedt* (de Velſtede) *waren angeſammelt worden, und für aber 12 Mark, die Johannes v. Meinum ſeiner Schweſter, der Kloſterfrau Johanna, letztwillig vermacht hat und dieſe hat beitragen wollen, von Heinrich Michaelis zwei Huſen und einen Hof zu Denſtorf* (Denſtorpe) *gekauft haben, und daß deren Zinſe zur Hälfte dem Kammeramte* (officio camere), *zur Hälfte einſtweilen der Geberin als Leibzucht gereicht, wenn aber dieſe mit Tode wird abgegangen ſein, zum Seelenheil ihres Vaters Jacob ſowie ihrer Brüder der Kirche ſollen zugewandt werden.* Datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo ſexto in dominica Eſto mihi. [786

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, S. 297.

1316 Februar 24 Braunſchweig. Ritter Ludolf v. Gadenſtedt (de Godenſtede), *genannt* Bolthesberch, *ſein Bruder Johann und die Söhne ihres Bruders Konrad, Dietrich, Ludolf und Johannes, ertauſchen von dem Blaſienſtifte gegen einen Morgen Landes zu Kl.-Berle* (in parvo campo in occidentali parte ville Lutteken Berle), *den Dietrich Richezen zu Nord-Aſſel* (Thidericus Rykecen de Nortasle) *von ihnen hat, einen Morgen zu Nord-Aſſel* (apud cymiterium in occidentali parte eccleſie Northasle). *Zeugen* Hermannus de Ursleve, Johannes de Veltſtede, Henricus Elye, David Kronesben, burgenſes in Bruneswich. Actum ibidem anno domini m° ccc° ſexto decimo ſeptimo kal. Marcii. [787

Original zu Wolfenbüttel.

1316 Februar 25 Halberſtadt. Biſchof Albrecht von Halberſtadt überläßt dem Marienſpitale den Zehnt zu Veltheim bei Honrode. [788

Zwei gleichlautende Originalausfertigungen im Stadtarchive, beide mit dem Rückvermerk XIV Jahrh. de decima in Velthen. *Die Siegel der einen — das des Biſchofs iſt hier abgefallen — an rothen Seidenſträngen, die der andern an Pergamentbändern.*

IN nomine ſancte et individue trinitatis Albertus Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus omnibus in perpetuum. Vere dignum et juſtum eſt omnique conſentaneum rationi, Chriſti fidelium potiſſimum ſub noſtre ditionis baculo degentium votis et geſtis laudabilibus noſtram efficacem adhiberi operam et munimen. Claro igitur preſentium profitentes indicio tam ad futurorum quam modernorum volumus noticiam devenire, quod, cum Hinricus Helye et Ludolfus fratres, cives in Bruneswic, et tam heredes quam coheredes ipſorum procurantibus dilectis

filiis . . proviſoribus hoſpitalis ſancte Marie apud Longum pontem in Bruneſw. noſtre dyoc. decimam in Velthen juxta Hoenrodhe, quam a nobis iidem cives tenebant in pheodo, ad manus noſtras libere reſignaſſent, nos civium et proviſorum grato concurrentes aſſenſu ſupplicationibus predictorum motique precio in noſtre eccleſie uſus verſo, honorabilium virorum Hinrici prepoſiti, Friderici decani ac totius noſtre eccleſie capituli conſenſu habito, dictam decimam donavimus et per preſentes exnunc donamus liberaliter cum omnibus ſuis proventibus, utilitatibus ac pertinenciis hoſpitali predicto ad ſustentationem et refectionem languentium in eodem perpetuo poſſidendam, transferentes in dictum hoſpitale omne jus et proprietatem, que nobis ſeu noſtre eccleſie in dicta conpetebant decima poſſentque modo quocunque conpetere in futurum. In quorum evidenciam atque robur noſtrum ac dicti capituli noſtri ſigilla appendi fecimus huic ſcripto, honorabiles vero viros infraſcriptos pro teſtibus duximus annotandos: Wernerum de Scherembeke, Wernerum de Wanzleve, noſtre curie camerarium, Hermannum de Wåldenberghe, Borchardum de Aſſeborch, Thidericum de Vrekeleve, Sifridum de Querenvorde, Waltherum de Barboy, Heydenricum ſcolaſticum et Albertum de Tundersleve, noſtre eccleſie canonicos ſupradicte. Actum et datum Halb. in noſtro capitulo generali anno domini m° ccc° xvj° in capite jejunii.

B 2 Honrodhe 6 preſentia 13 Querenvordhe

1316 März 27 Braunſchweig. Das Kloſter Ilſenburg verkauft Eilard Boneken und Gerhard Pepperkeller, ihren Angehörigen und Heinrich Stapel eine Rente aus dem Zehnt zu Rohrsheim.

Aus dem Ordinarius St Blaſii zu Wolfenbüttel, Bl. 52'. Gedruckt bei Jacobs, Urk.-B. des Kl. Ilſenburg 1, S 185.

NOs Dei gracia Albertus abbas, Henricus prior, Conradus de Werre junior, Thitmarus de Hardenberghe, frater Thilo dictus Magnus, proviſores una cum abbate, totusque conventus monaſterii in Ilſeneborch Halberſtadenſis dyoc. recognoſcimus, quod conmuni conſenſu et beneplacito vendidimus dilectis nobis Eylardo Boneken, uxori ſue Elyzabet, Denekoni ſervo Eylardi, Alheydi nepti ſue, Gherardo Peperkellere, Elyzabet matri, Ghertrudi ſorori ſue, ac Henrico Stapel, burgenſibus in Bruneſw., et eorum veris heredibus pro centum et quadraginta marcis puri argenti in uſus noſtri clauſtri converſis redditus ſedecim marcarum bruneswicenſis valoris tollendarum in decima noſtra Rorſum, que annis ſingulis ipſis Bruneſw. a nobis in feſto beati Martini omni dilatione poſtpoſita perſolventur. Dicti vero burgenſes ex ſpeciali gracia nobis facta favorabiliter indulſerunt, quod poſſumus antedictos redditus ab ipſis vel ſuis heredibus reemere, quandocunque nobis placuerit, dummodo anno dimidio ipſis predixerimus, pro pecunie ſumma ſupradicta. Si vero qualitercunque et undecunque contingeret, quod predictas ſede-

cim marcas ſic non ſolveremus, tunc inmediate poſt menſem ab ipſo die ſancti Martini conputandum decanus ſeu conſervatores privilegiorum eccleſie ſancti Blaſii in Brunesw., apud quos litteras noſtras ſuper proprietate et poſſeſſione decime noſtre in Rorſum depoſuimus, easdem litteras ſine omni recuſacione ac contradicione preſentabunt Eylardo et Gherardo ac aliis perſonis jam premiſſis, transferendo noſtro nomine per eandem preſentationem litterarum in ipſos jus, auctoritatem et plenam poteſtatem vendendi eandem decimam in Rorſum, cuicunque voluerint, et de eadem venditione recipiendi centum et quadraginta marcas cum defectu, ſi quem demonſtrare poterunt occaſione ſolutionis pecunie ſupradicte. Et nos eandem venditionem ratificabimus et ſuper hoc emptoribus ejusdem decime dabimus patentes litteras ſigillis noſtris ſigillatas. Adicimus eciam, quod, ſi aliquis capitulum vel aliquos de capitulo eccleſie ſancti Blaſii predicte de preſentatione predictarum noſtrarum litterarum poſtmodum incuſaret, de talibus incuſationibus volumus eos eripere et ipſis ſatisfacere ſatisfactione debita et condigna. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigilla noſtra duximus preſentibus patenter apponenda. Teſtes eciam ſunt Hermannus de Ursleve, Henricus Enghelardi, Rodolfus de Calve, Ludolfus Oſſe, Johannes Roſeko, Johannes Oldendorp in Yndagine et plures alii. Datum et actum Brunesw. anno domini m° ccc° xvj° ſabbato ante dominicam Judica.

1316 April 6. Propſt, Aebtiſſin, Priorin und Convent des Kreuzkloſters urkunden über eine Meſſenſtiftung der Teſtamenter Alexanders von den ſieben Thürmen. 790

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Marienſpitals), die vier Siegel abwechſelnd an rothen und grünen Seidenſträngen.

NOs Johannes prepoſitus, Ghertrudis abbatiſſa, Mechtildis prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium in Rennelberghe apud Bruneswich, Cyſterſienſis ordinis, Hildenſemenſis dyoc., preſentibus publice recognoſcimus et notum facimus univerſis has litteras viſuris, quod, cum discreti viri Henricus de cymiterio et Johannes de Veltſtede, burgenſes in Bruneswich, executores teſtamenti Alexandri de ſeptem turribus, burgenſis ibidem, prout Deo placuit, noviter mortui, pro remedio anime ſue et animarum patris ſui et matris, fratrum et ſororum ac aliorum parentum ſuorum, prout idem Alexander in ultima ſua voluntate elegerat, altare beate Marie virginis in noſtro monaſterio pro perpetua miſſa ibidem obſervanda cum redditibus ſeptem talentorum dotare intenderent, nos ad expediendam hujusmodi executorum piam voluntatem et pro obſervatione dicte miſſe pro ſeptuaginta marcis bruneswicenſis argenti et ponderis nobis perſolutis et in utilitatem noſtri conventus converſis, videlicet quia a Koneken de Veltſtede cum quinquaginta marcis iſtius pecunie decimam noſtram in Weverlinghe reemimus, alias vero viginti marcas in alios noſtros uſus neceſſarios convertimus, predictis executoribus vendidimus

in dicta decima noſtra Weverlinghe ſeptem talentorum redditus, quos hiidem executores nobis dederunt et tradiderunt pro remedio dictarum animarum ad hujusmodi perpetuam miſſam in jam dicto altari jugiter celebrandam, videlicet in ſummis feſtivitatibus de feſto, in die dominica de trinitate, in quinta feria de corpore Chriſti, in ſexta feria et in aliis diebus de animabus pro animarum remediis predictarum. Nos autem cum collecta fidelium in ſingulis miſſis jam dictis ... Nos vero prepoſitus, abbatiſſa, prioriſſa ac conventus predicti piam donationem predictorum executorum nobis et dicto altari noſtro gracioſe et favorabiliter factam benigne et devote recipientes preſentibus promittimus, quod fideliter et diligenter procurabimus de hujusmodi ſeptem talentis nobis datis in ſepedicto altari noſtro miſſam vel miſſas, prout premiſſum eſt, pro ſalute animarum hujusmodi perpetuo et jugiter celebrari. Quod ſi hoc non faceremus et defectus noſter in hoc foret notorius, ita quod per bonos et probos viros probari et nulla tergiverſatione celari poſſet, extunc ſepedicti executores vel poſt ipſos quicunque pro tempore ipſorum proximiores de hujusmodi ſeptem talentis in aliis eccleſiis licite poterunt facere celebrari miſſas hujusmodi conſenſu noſtro ad id plenius accedente. In cujus rei evidens teſtimonium noſtra et honorabilium virorum ſancti Egidii in Bruneswich et de Reddagheshuſen abbatum necnon Conſulum in Bruneswich ſigilla ad preces noſtras preſentibus ſunt appenſa. Nos quoque Godefridus Dei gracia ſancti Egidii, Johannes de Reddagheshuſen abbates predicti necnon Conſules in Bruneswich in premiſſorum plenam evidenciam rogati a prepoſito, abbatiſſa, prioriſſa et conventu ſupradictis ſigilla noſtra una cum ſigillis ipſorum preſentibus duximus ſimiliter apponenda. Datum et actum anno domini milleſimo trecenteſimo ſextodecimo feria tercia poſt ramos palmarum.

5 Nos — dictis *im Orig. zwiſchen* feria *und* et, *das Verbum fehlt* 14 *fehlt im Original* evidens teſtimonium

1316 April 9. Der Rath in der Neuſtadt verkauft an Bertram v. Burgwedel, Theodolf v. Grasleben, Adelheid Schilling und Meiſter Johann Pultmacher 7 Pfund Rente zu Behuf einer täglichen Meſſe zu St Andreä. [791]

Original im Stadtarchive. Von der Beſiegelung iſt nur noch der rothe Seidenſtrang des Burgenſenſiegels vorhanden; das Siegel des Pfarrers iſt nie angehängt worden.

NOs Gherwinus, Rotgherus de Vinsleve, Bertrammus de Borchwede, Albertus de Peynis, Ekkelingus de Scallinghe, Ludolfus de Ringhelem, Albertus dictus Blivôt, Nove civitatis in Brunswich Conſules, noſſe cupimus preſentes et futuros, quod jam dictus Bertrammus de Borchwede, Thedolfus de Grasleghe, Alheydis dicta Scilligeſche, noſtri concives, et magiſter Johannes dictus Pultifex, presbiter, futurorum providi diem meſſionis extreme piis elemoſinarum operibus prevenire cupientes in ſalutem et remedium animarum ſuarum conparaverunt a nobis pro octuaginta quatuor marcis puri argenti brunswicenſis ponderis et valoris

ſeptem talentorum redditus brunswicenſium denariorum, pro quibus unam miſſam celebrari procurabimus ſingulis diebus ad novum altare in auſtrali parte eccleſie ſancti Andree conſtructum inmediate poſt primam miſſam, obligantes nos et noſtros ſucceſſores ad predicta ſeptem talenta . . plebano prefate eccleſie danda, tria videlicet cum dimidio in paſchate et tria cum dimidio in feſto beati Michahelis. de quibus uni ſacerdoti prefatam miſſam celebranti providebit in pretio et expenſis De predicta pecunia, videlicet octuaginta quatuor marcis, perſolvit Bertrammus predictus duodecim marcas, Thedolfus quinquaginta octo, Alheydis octo, magiſter Johannes ſex. Si vero, quod abſit, . . plebanus jam dicte eccleſie ſancti Andree miſſam ad predictum altare in proceſſu temporis quocunque caſu ſervare noluerit modo pretaxato, ipſam alibi, ubi nobis conveniens fuerit, ſervari faciemus, donec idem . . plebanus eandem miſſam ad ſepedictum altare decreverit facere celebrari. Ut autem hec omnia et ſingula cum conſenſu omnium, quorum intererat, mature facta noſtris . . ſucceſſoribus innoteſcant et apud ipſos perpetuo rata permaneant, preſentem litteram inde conſcriptam munimine ſigilli civitatis Brunswicenſis fecimus communiri. Et ego Bruno, rector pro tempore eccleſie ſancti Andree predicte, premiſſa omnia ac ſingula pro me et meis . . ſucceſſoribus ratificavi et ratifico in hiis ſcriptis ſigillo meo ſimiliter ſigillatis. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo ſexto quinto ydus Aprilis.

1316 Mai 25. Biſchof Heinrich von Hildesheim beſtätigt die letztwilligen Vermächtniſſe Hildebrands und Ludolfs v. Broitzen (de Brotzem), *ehemaliger Pfründner des Kloſters Steterburg, verheißt auch Allen, die wie dieſe zu Spenden an kranke und andere Kloſterfrauen und zu Behuf des ewigen Lichtes oder aber zur Deckung des Wachsbedarfs beitragen, vierzigtägigen Ablaß.* Actum et datum anno domini m° ccc° xvj° ipſo die Urbani. [792

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 288.

1316 Juli 6. Bruder Ludwig, Biſchof von Maronia, verheißt denen, die die Petrikirche zu gewiſſen Feſtzeiten beſuchen, auf deren Kirchhofe für die Todten beten und den Leib des Herrn zu Kranken geleiten, vierzigtägigen Ablaß. [793

Original im Stadtarchive mit Siegel.

FRater Lodewicus, Dei gracia Marronienſis eccleſie epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſinceram in domino karitatem. Divinum cultum ampliare cupientes omnibus vere contritis et confeſſis, qui ad eccleſiam parrochialem ſancti Petri in Brůneswic cauſa devocionis et oracionis acceſſerint, in principalibus feſtivitatibus, videlicet in na-

Im Orig. 29 porrochialem

tivitatis Chriſti, reſurrexionis, aſcenſionis et pentecoſtes et omnibus ſollempnitatibus glorioſe virginis et in die patroni et in die dedicacionis ejusdem eccleſie, necnon qui pro fidelibus defunctis orando cimiterium circuiverint aut presbitero corpus Chriſti deportanti ad infirmos devotam fecerint comitivam, nos de omnipotentis Dei miſericordia et glorioſe virginis Marie matris ejus beatorumque Petri et Pauli apoſtolorum ipſius confiſi ſuffragiis ipſis quadraginta dies de injuncta penitencia, dummodo dyoceſani conſenſus acceſſerit, in domino miſericorditer relaxamus. Datum anno domini m° ccc° xvj° octava apoſtolorum Petri et Pauli.

Im Orig. 2 et in die — eccleſie *nach* comitivam 4 *eingeſchaltet*

1316 Juli 6. Bruder Ludwig, Biſchof von Maronia, verheiſst denen, die die Katharinenkirche an gewiſſen Tagen in Gebeten zur Ehre des heiligen Kreuzes ſowie für die Seelen der dort ruhenden und anderer gläubiger Todten umwandeln, den Prieſter, wenn er Kranken den Leib des Herrn bringt, begleiten oder auf irgend eine Weiſe milde Handreichung leiſten, vierzigtägigen Ablaſs. [794

Original im Stadtarchive mit Siegel. Gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt. II, *Beil. S. 206.*

FRater Lodewicus, Dei gracia Marronienſis eccleſie epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus preſentem litteram viſuris ſeu audituris ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Profeſſores chriſtiane fidei quoslibet ad zelum devocionis et ad opera cupientes allicere karitatis omnibus igitur vere penitentibus, confeſſis et contritis, qui ad parrochiam ſancte Katerine virginis ac martiris in Bruneswich Halberſtadenſis dyoc. cauſa devocionis et oracionis acceſſerint in principalibus feſtivitatibus, videlicet nativitatis Chriſti, reſurrexionis, aſcenſionis et pentecoſtes et omnibus ſollempnitatibus glorioſe virginis, in die patronorum et ſingulis diebus fuſis oracionibus devotis in honore ſancte crucis circuiverint et pro animabus ibidem quieſcentibus et pro animabus omnium fidelium defunctorum ſuppliciter oraverint, aut qui ſacerdotem corpus dominicum ad infirmum deportantem reverenter ſecuti fuerint, aut quocunque modo manus ſuas porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei clemencia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum, auctoritate venerabilis domini . . Halberſtadenſis eccleſie epiſcopi ac propria confiſi quadraginta dies indulgenciarum de injunctis ſibi penitenciis in domino miſericorditer relaxamus. Datum anno domini m° ccc° xvj° octava apoſtolorum Petri et Pauli

1316 Juli 16. Die Brüder v. Burgdorf verzichten zu Gunſten des Marienſpitales auf eine Hufe zu Salzdahlum. [795

Original im Stadtarchive mit vier Siegeln. Rückvermerk des XIV *Jahrh.* Dalum.

EGo Willekinus et Johannes, Ludolfus et Borchardus fratres dicti de Borchdorpe, famuli, omnibus hanc litteram viſuris et audituris cupimus fore notum et publice proteſtari, quod nos receptis tribus marcis puri argenti cum uno fertone ab hoſpitali eccleſie ſancte Marie juxta Longum pontem in Brunswich renunciamus per preſentes omni juri et actioni, quod nos in quodam manſo ſito in Soldalum jure hereditario a noſtris progenitoribus habuimus ſive habere potuimus, quemadmodum noſtri patrui, videlicet dominus Ludolfus miles et Henricus famulus dicti de Borchtorp, ipſum inclito domino domino Alberto duci in Brunswich reſignarunt, quem eciam manſum dominus Ropertus miles dictus de Dalum a domino Henrico milite de Borchtorp, patre noſtro bone memorie, in pheodo tenuit et ipſum manſum idem dominus Ropertus dicto hoſpitali vendidit necnon eundem prefatus dux inclitus apropriavit eccleſie ſancte Marie hoſpitalis jam predicte, obligantes nos noſtrosque ſucceſſores pro eodem, quod dictum hoſpitale racione dicti manſi in nullo de cetero debebimus inpedire, ſet eidem in omnibus, in quibuscumque poterimus, promocionem et favorem inpendere graciosum. Teſtes hujus rei ſunt honorabiles viri dominus Borchardus, prepoſitus eccleſie montis ſancti Georgii prope Goslariam, et dominus Thidericus, prepoſitus Novi operis in Goslaria, atque discreti viri dominus Ludolfus dictus de Borchtorp, canonicus eccleſie ſancti Mathie ibidem, et dominus Henricus, quondam prepoſitus in Stoterlingeborch, necnon Henricus et Hermannus fratres dicti de Dornten ac Albertus dictus Apetey, burgenſes nominate civitatis, et quam plures alii fide digni. In cujus eciam rei majus teſtimonium et cerciorem fidem omnium noſtrorum fratrum ſigilla preſentibus ſunt annexa. Datum anno domini m° ccc° xvj° in craſtino diviſionis apoſtolorum beatorum.

1316 Auguſt 29. Die Ritter Ludolf v. Burgdorf (de Borchtorpe) *und Johannes Frieſe* (Friſo) *ſowie der Knappe Konrad v. Goslar urkunden über den Austrag des Propſtes und Convents zu Steterburg mit Volkmar dem Zöllner* (tollenario) *über den Hof zu Linde* (Linden). *Unter den Zeugen* Ludolfus Offen, Wedego de Velſtede. Datum anno domini m° ccc° xvj° in die decollationis ſancti Johannis baptiſte. [796

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, S. 491.

1316 September 10. Dekan und Kapitel St Cyriaci urkunden abermals über die Altarſtiftung Ekbert Schevelings. [797

Original zu Wolfenbüttel; von der Beſiegelung iſt nur noch der rothe Seidenſtrang vorhanden. — Vgl. Nr 766.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Fredericus Dei gracia decanus totumque capitulum eccleſie montis beati Cyriaci apud Bruneswich omnibus in perpetuum. Res rationabiliter geſte oblivioni tra-

duntur, niſi teſtibus et ſcriptis auctenticis memorie conmendentur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod Ecbertus dictus Schevelig ob ſalutem anime ſue et omnium predeceſſorum ſuorum parentum ad dotem altaris in honorem beati Michaelis et omnium celeſtium virtutum in noſtra eccleſia noviter conſtructi ſexaginta marcas puri argenti liberaliter erogavit. Quam pecuniam ad uſum ſacerdotis eidem altari deſervientis debemus et volumus, cum ſe primo oportunitas optulerit, in aliqua certa bona et reditus perpetuos convertere, que bona ſicut alia bona ad noſtram prebendam pertinentia conſiliis et placitis, in quantum poſſumus, defendere volumus et tueri. Si vero jam dictus Ecbertus ante conparationem iſtorum certorum bonorum ſeu redituum perpetuorum ex hoc mundo morte preventus emigraret, quod abſit, tunc nichilominus tamen ad inſtinctum et ad monicionem ſuorum manuſidelium, videlicet domini Henrici de Ganderſem, Conradi de Luttere, Thiderici et Johannis Coman, ſacerdotum, et Henrici dicti Bolten, a nobis prefata pecunia in reditus certos et perpetuos convertetur. Idem eciam Ecbertus cum unanimi conſenſu noſtri capituli ſtatuit ac ſalubriter ordinavit, ut dominus Johannes Coman jam predictus ad idem altare jam perpetuo receptus ipſum altare officiet ſingulis ſeptimanis tribus miſſis, ita quod unam miſſam de domina noſtra, ſecundam de angelis, terciam pro defunctis ſingulis ebdomadis celebrabit. Alii vero ſacerdotes, jam dicti domini Johannis Coman ſucceſſores, officiabunt prememoratum altare ſingulis diebus una miſſa, ita quod feria ſecunda miſſam pro defunctis, feria quarta miſſam de angelis, ſabbata miſſam de domina noſtra celebrent. aliis vero diebus miſſas pro eorum devotione, qualescunque voluerint, poterunt celebrare. Debet eciam ſacerdos predicti altaris, qui pro tempore fuerit, vices ſuas in legendis lectionibus, verſibus cantandis et in ceteris ordinariis obſervare, horisque cottidianis debet cum aliis vicariis intereſſe. Miſſam ſummam ſue ebdomade obſervabit, ſed in illa ſeptimana miſſam ſui altaris ex debito non tenebitur obſervare. Inſuper ſacerdoti ſepedicti altaris de omnibus memoriis et conſolationibus, ſi quas ex nunc Deus in noſtra eccleſia dederit ordinandas, dabimus ſuam ſicut et ceteris perpetuis noſtre eccleſie vicariis portionem. Obligamus nos eciam et noſtros ſucceſſores in perpetuum per preſentes, quod ſepedictum altare debemus et volumus conferre uni clerico ſacerdoti, quocienscunque ipſum vacare contigerit, qui ipſum officiet in miſſis, prout ſuperius extitit jam expreſſum. Igitur, ut hec ſingula premiſſa inconwlſa perſeverent, preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo noſtre eccleſie duximus muniendam. Teſtes hujus ſunt honorabiles viri Arnoldus de Calve, Johannes de ſancto Michaele, Johannes de Sowighe, Johannes Scriptor, Conradus de Munſtede et alii plures fide digni. Datum anno domini m° ccc° xvj° quarto ydus Septembris.

Im Orig. 14 altere

1316 September 20. Dekan Friderich und Capitel St Cyriaci kommen mit ihrem Vicare Herrn Albert überein, daß man die vier Hufen zu Beierſtedt (Beygerſtedde). *für die bei dieſen theuern*

Zeiten (propter tempora cara) *nach dem Tode des bisherigen Meiers kein anderer zu finden iſt, für diesmal auf eigene Koſten beſäen will, und zwar das Capitel die zwei zu ſeinen Pfründen gehörigen, Herr Albert die anderen zwei, die ſeinem Altar beigelegt ſind, wogegen die Erträge, falls er noch vor der Ernte mit Tode abgeht, den Teſtamentern gereicht werden ſollen. Unter den Zeugen* Thidericus de Eveſum, Johannes et Henricus fratres de Ursleve. Datum anno domini m° ccc° xvj° in vigilia beati Mathei apoſtoli et ewangeliſte. [798

Original zu Wolfenbüttel.

1316 October 6. Ritter Ludolf und Knappe Dietrich v. Hondelage (de Honlege) *ſammt ihren Brüdern Rötger und Wilhelm eignen dem Kreuzkloſter eine halbe Hufe zu Söllingen* (Solinghe) *mit der Beſtimmung, daß der Zins, zwei Scheffel Roggen und zwei Scheffel Hafer, ihren Schweſtern Armgart und Kunigund* (Ermegardi et Konegundi) *im Kloſterhofe zeit ihres Lebens auf Martini, auch jeder Kloſterfrau jährlich ein Keilbrot und ein halbes Stübchen goslarſches Bier* (cunius unus et dimidia ſtopa ſervicie goslarigenſis) *gereicht, die Jahrzeiten ihrer Eltern in der Octave Martini, nach dem Tode der Schweſtern zu dieſer Zeit die Jahrzeit der Mutter, am Tage der Commemoration St Marcelli und St Petri die des Vaters begangen werden und alsdann ein Scheffel Roggen dem Kelleramt zur Labe der Kranken und Schwachen, die übrigen Hebungen dem Convente zu ſeiner Ergötzung anheimfallen ſollen. Unter den Zeugen* Henricus de cimiterio, Tydericus Turingi, burgenſes in Brunswic. Datum anno domini m° ccc° xvj° feria quarta poſt diem ſancti Michahelis. [799

Original zu Wolfenbüttel.

1316 November 3 Braunſchweig. Die v. Garßenbüttel verkaufen der Martinikirche fünf Hufen, einen Hof, eine Wurt und eine Wieſe zu Köchingen. [800

Original im Stadtarchive, die ſechs grünen Siegel — paraboliſch das zweite, vierte und ſechſte: die Johanns, Wedekinds und Wedekinds — abwechſelnd an grünen und rothen Seidenſträngen.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Ludegherus miles, Johannes et Georgius famuli, fratres dicti de Garsnebutle, omnibus in perpetuum. Memoria hominum conſulte juvatur, dum geſte rei veritas litterarum teſtimonio roboratur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod nos ſufficienti deliberatione prehabita unanimi voluntate cum expreſſo conſenſu kariſſimorum patruelium noſtrorum, videlicet domini Wedekindi et Rodolfi militum ac Widekindi famuli, et omnium, quorum conſenſus de jure vel de conſuetudine fuerat requirendus, vendidimus in perpetuum pro quadraginta tribus marcis exa-

minati argenti nobis perſolutis quinque manſos ſitos in campis ville Cochinghe Hildenſemenſis dyoc. et curiam unam ac aream eidem curie adjacentem et pratum unum dictum Grashof ad eosdem manſos pertinentia cum omnibus eciam aliis eorum utilitatibus et juribus ac pertinentiis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis Wenemaro burgenſi in Bruneswich et proviſoribus ecclefie ſancti Martini ibidem, ſcilicet Henrico Elye et Conrado dicto Holtnicker, nomine predicte ecclefie ab omni jure advocatie, comicie et qualibet ſervitute proprietatis tytulo libera, ſicut nos ea pacifice poſſedimus, libere poſſidenda. Et miſimus eos nomine prefate ecclefie in prenominatorum bonorum poſſeſſionem corporalem ac renunciavimus et renunciamus per preſentes pro nobis et noſtris heredibus una cum prenominatis noſtris patruelibus ſupradictis bonis et omnibus utilitatibus ac juribus, que nobis in eis quocunque modo conpetebant et conpetere potuiſſent in futuro. Promiſimus inſuper ac fide data promittimus per preſentes prenominatis ſupradicte ecclefie proviſoribus, quod volumus ipſos et quoslibet ejusdem ecclefie proviſores de predictis bonis legitime warare et in eorum proprietate ac poſſeſſione de evictione cavendo defendere et ab omni homine ac univerſitate disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpetitionem aut controverſiam ipſis ab aliquo moveri contigerit de aliquo premiſſorum. Ad que omnia et ſingula ſufficienter facienda nos et quemlibet noſtrum in ſolidum obligamus prenominatis et quibuslibet futuris ſepedicte ecclefie proviſoribus et eſſe volumus obligati. Igitur, ut hec omnia et ſingula premiſſa ſine omni exceptione juris canonici et civilis inmutabiliter firma maneant atque rata, preſentem litteram inde conſcriptam pro evidenti eorum teſtimonio ſigillis noſtris duximus patenter roborandam. Teſtes eciam ſunt honeſti viri Ecbertus de Aſſeborch, Ludolfus de Bortfelde, milites, David Kronesben, Johannes de mirica, burgenſes in Bruneswic, ac fideles noſtri ibidem Bertrammus de Dammone, Thidericus et Conradus fratres dicti Thoringii, Thidericus et Thidericus Thoringii et plures alii fide digni. Actum et datum ibidem anno domini milleſimo trecenteſimo ſextodecimo tertio nonas Novembris. Nos eciam Widekindus et Rodolfus milites et Widekindus famulus ſupradicti preſentibus recognoſcimus et teſtamur, quod a domino Ludeghero milite, Johanne et Georgio famulis, fratuelibus noſtris prefatis, requiſiti et ad hoc favorabiliter inducti venditioni prenominatorum bonorum ſuorum et emptioni eorundem expreſſe conſenſimus et conſentimus, unde renunciavimus et per preſentes renunciamus omnibus utilitatibus et juribus, que nobis in eisdem bonis conpetebant et qualitercunque conpetere potuiſſent in futuro. In cujus rei evidens teſtimonium ſigilla noſtra una cum ſigillis ipſorum preſentibus anno et die ſupradictis patenter duximus apponenda.

Im Orig. 4 *fehlt* in

1316 November 3 Braunſchweig. Die v. Garſsenbüttel geloben, zu vorſtehendem Verkaufe von Gütern in Köchingen ſeiner Zeit auch die Zuſtimmung des noch unmündigen Sohnes Ritter Ludegers beizubringen oder Einlager in Braunſchweig zu halten. [801

Original im Stadtarchive, die vier grünen Siegel an rothen Seidenſträngen.

NOs Ludegherus miles, Johannes et Georgius famuli, fratres, et Rodolfus miles dicti de Garsnebutle tenore preſentium publice recognoſcimus et teſtamur, quod fide data promiſimus ac promittimus per preſentes ac nos obligavimus et obligati eſſe volumus Henrico Elye et Conrado Holtnickero, proviſoribus eccleſie ſancti Martini in Brunesw., et quibuslibet ejusdem eccleſie futuris proviſoribus ad efficiendum, cum ab ipſis fuerimus requiſiti, quod Ludegherus filius mei, Ludegheri predicti, cum ad legitimam etatem vel, ut conmuniter dicitur, ad annos ſuos pervenerit, renunciabit quinque manſis ſitis in campis ville Kochinghe et omnibus eorum pertinenciis ac omni utilitati et juri, quod ſibi conpetere poſſet in eisdem, quos manſos ego Ludegherus vendidi Wenemaro, Henrico et Conrado predictis proviſoribus, burgenſibus in Bruneswic, nomine predicte eccleſie perpetuo poſſidendos. Si vero, quod abſit, idem Ludegherus annos ſuos adeptus prefatis manſis et omni juri, quod ſibi conpetere poterit in eisdem, renunciare distulerit aut recuſat, tunc nos intrabimus civitatem Brunesw. eam non exituri, niſi idem Ludegherus ſupradictis quinque manſis renunciaverit et omni juri, quod ſibi in eis conpetere poterit, aut aliter id faciamus et optineamus de predicte eccleſie proviſorum preſencium ac futurorum bona voluntate. Ad quod et quodlibet premiſſorum ſine omni exceptione faciendum obligamus nos predicte eccleſie proviſoribus et quemlibet noſtrum in ſolidum per preſentes litteras ſigillis noſtris patenter conmunitas. Hujus obligacionis et promiſſionis teſtes ſunt fideles noſtri Bertrammus de Dammone, Thidericus et Conradus fratres dicti Thoringi, Thidericus et Thidericus eciam ſic dicti, burgenſes in Brunesw., et plures alii fide digni. Actum ibidem anno domini m° ccc° ſextodecimo tertio nonas Novembris.

1316 November 12. Anno v. Campe verzichtet für ſich und ſeine Frau auf alles Recht an den von deren Brüdern, den v. Garſsenbüttel, der Martinikirche verkauften Gütern zu Köchingen. [802

Original im Stadtarchive, das grüne Siegel an rothem Seidenſtrange. Gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchl. v. Blankenburg-Campe II, S. 49.

AD noticiam omnium tam preſencium quam futurorum ego Anno, filius quondam Jordani dapiferi illuſtrium principum ducum in Brunesw., publice cupio pervenire, quod, cum honeſti viri Ludegherus miles, Johannes et Georgius de Garsnebutle, fratres dilecte legitime mee Margharete, vendidiſſent Henrico Elye, Conrado Holtnickero, proviſoribus eccleſie ſancti

Martini in Bruneſw., ac Wenemaro burgenſi ibidem quinque manſos ſitos in campis ville Kochinghe et curiam unam et aream in eadem villa et pratum unum dictum Grashof ad eosdem manſos pertinencia cum omnibus eciam aliis eorum utilitatibus et juribus ac pertinenciis univerſis, quos proprietatis tytulo poſſidebant, predicta legitima mea a prenominatis fratribus ſuis requiſita predictorum quinque manſorum vendicionem gratam et ratam habens cum expreſſo conſenſu meo renunciavit prefatis quinque manſis et omni juri, quod ſibi in eis et eorum pertinenciis conpetebat et qualitercunque conpetere potuiſſet in futuro. Et ut ipſius renunciatio eo efficacie majoris habeatur, renunciavi una cum ipſa eisdem quinque manſis et omni juri, ſi quod michi in eis conpeteret aut conpetere potuiſſet. Igitur, ne predicta legitima mea aut aliquis ex parte vel nomine mei vel ſui in predictis manſis jus aliquod ſibi vendicare valeat aut de facto uſurpare preſumat, preſentem litteram de renunciacionibus premiſſis tam ſui quam mei conſcriptam ſigillo meo, cum ipſa ſigillum ſpeciale non habeat, duxi patenter roborandam. Hujus rei teſtes ſunt David Kronesben et Johannes frater ſuus, Johannes de mirica, Bertrammus de Dammone, Thidericus et Conradus fratres dicti Thoringi, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Actum anno domino m° ccc° ſextodecimo pridie ydus Novembris.

1316 November 30 Braunſchweig. Bruder Ludwig, Biſchof von Maronia, Vikar Biſchof Albrechts von Halberſtadt, verheißt denen, die die Magnikirche am Tage ihres Haupttheiligen und an den vier Marienfeſten beſuchen, den Prieſter, wenn er Kranken den Leib des Herrn bringt, geleiten und für die Todten auf dem Kirchhofe beten, vierzigtägigen Ablaß. [803

Original im Stadtarchive, das Siegel abgefallen. — Formular wie Nr 698.

FRater Lůdewicus Dei gracia Marronienſis epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in filio virginis glorioſe. Cupientes populum Deo reddere acceptabilem et ad karitatis opera incitare omnibus vere penitentibus, contritis pariter et confeſſis, qui in die beati Magni et in quatuor feſtivitatibus beate et glorioſe Dei genitricis virginis Marie ipſius beati Magni eccleſiam parrochialem in Brunswich devote acceſſerint manumque porrexerint adjutricem, et qui ibidem audierint ſollempnia divinorum, quique ſacerdoti corpus dominicum ad infirmos deferenti devotam fecerint comitivam et cimiterium circuierint oracionesque ſuas dixerint pro defunctis, quandocunque et quocienscunque id devote fecerint, auctoritate omnipotentis Dei et domini noſtri, domini Alberti, venerabilis Halberſtadenſis epiſcopi, cujus vices gerimus, et noſtra confiſi quadraginta dies indulgencie de injuncta ſibi penitencia miſericorditer in domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium evidens atque certum ſigillum noſtrum preſenti-

Im Orig. 21 Lůd.

bus est appensum. Datum Brunswich anno domini m° ccc° xvj° ij° kalendas Decembris, pontificatus nostri anno tercio.

1317. Allerlei Theidung. [804

Aus dem ältesten Degedingebuche der Altstadt. — Fortsetzung von Nr 782

JOhannes Cronesben, heren Henniges sone Cronesbenes, heft bekant, dat he hebbe|sek vor- Bl. 46' sceden aller ding mit sinen broderen unde sinen susteren also, dat se dre gance nye scolen upnemen alle ere gut, dat se tosament hebbet buten der stat unde binnen der stat, unde dar ne scal he se nicht an hinderen. Bleves ok wat achterstellech an scult, dar ne scolde he se ok nicht an hinderen. Disse dre nye de scon anstan nu to sinte Johannes daghe darna dre jar, dre gance nye. Actum anno domini m° ccc° xvij° feria secunda post Misericordia domini.[a]

Albrecht de bekkere heft ene mark gheldes inne Helmoldes huse van Oldendorpe unde serre moder, de eme mede wart met semme wive Alheyde. de mark gheldes de mach Helmolt eder sine erven wederkopen vor xv mark. Were dat serre husvrowen Alheyde, Helmoldes sustere, to kort worde ane erven, so scolde de sulve mark gheldes weder vallen uppe Helmolde unde sine erven. Worden ok der sulven Alheyde kindere, de scolden to dele gan van erer moder wegene Alheyde, wat der moder anvallen mochte wesen. Unde de sulven kindere scolen ok to dele gan mit Albrechtes anderen kinderen ghelik in semme gude. unde Herman sin sone heft tovoren hundert mr an sines vader gude. Worde ok Albrechtes to kort er Alheyde serre husvrowen, so scolde me ere gheven l mr van semme redesten gude. darmede gheyt se af.

Luder unde Reyneke de brodere van dem Broke, de vormundere sin Cyen Thilen dochter van dem Broke, de hebbet bekant: dat|sulve kint Cye hebbe afghelaten van sines vader erve Bl. 47 umme l mr. darmede scal eth vorsceden wesen van siner moder Alheyde. Unde de sulven l mr hebben de twene, Luder unde Reyneke, to des sulven kindes hant.

Erembrecht van Kissenbruke heft ewilkoret vorme Rade, dat sin wif vor Berte scole hebben na semme dodhe lxxx mr an semme redesten gude unde xl marquert inghedomes. Were aver dat inghedome betere· des, dat et beter were, dat scolde me afslan an deme vorseghede ghelde. weret ok erghere, dat inghedome, so scolde me ere mer gheldes gheven, also dat jo de summe bleve c mr unde xx mr. Hirmede is de vrowe vorsceden van eren kinderen. Unde disse rede de ne mach Erembrecht nicht voranderen, et ne si erer beyder vrunde wille. Actum anno domini m° ccc° xvij° in dominica Oculi.[b]

In der Handschr. 1 ij^c 6 dig 11 Albrech

a *April 18* b *März 6*

Hene, Henen ſone bi ſinte Paule, Ghereke unde Johannes, Henniges ſone bi ſinte Paule, unde Heneke, Denen ſone bi ſinte Paule, hebbet ewilkoret vorme Rade: were dat Henen Paules, heren Henen ſones, to kort worde, dewile dat ſe ere gut in ener ſamenden hant hebbet, ſo ſcolden ſe gheven na ſemme dode heren Davite deme goddesriddere, ſemme broder, xx mr. darmede ſint ſe von heren Davite vorſceden. Unde na des ſulven Henen dode ſcon ſe gheven twen ſinen ſuſteren to Winhuſen j mr gheldes, dewile dat ſe levet. Were ok, dat diſſe ſulven vorſegheden vedderen ere gut deleden, ſo ne ſcolde diſſe vorſeghede rede altomale nicht weſen. Dat heft her David ſulve ewilkoret vorme Rade, unde Hene Paul vor ſine ſuſtere.

Bl. 47' Henniges kindere van Oldendorpe, beyde de erſten unde de laſten, hebbet ſek alſus verſceden, dat Brant unde ſine brodere eder ere erven ſcolet gheven alle jar to ſinte Mertines daghe erem eldeſten broder Henrike unde enes na ſemme dodhe xj ſol. iij denarios unde twene ſcepel rogken, unde ſcolet gheven Hermanne erem broder alle jar uppe de ſulven tit unde enes ok na ſemme dode ij ſcepel wetes unde ij ſcepel rogken, ij ſcepel gherſten unde ij ſcepel haveren. Hirup hebbet de ſulven twene, Hinric unde Herman, vorteghen alles anghevelles unde erves, dat en anghevallen was van eres vaders weghene unde anghevallen mochte van eren vedderen beyden. Unde Brant unde ſine brodere de nemet uppe ſek alle eres vader ſcult to gheldene.

Rolf van Veltſtede unde Heneke van Ursleve hebbet bekant: alſodan lengut, alſo Hene boven deme kerekhove unde Hennig de Saleghe to ſamender hant hadden, dat Rolve unde Heneken gheleghen is unde noch ghelenet wert an Henniges des Salghen dele, dar ne ſcolen ſe eder ere erven Henniges kindere eder ere erven eder Henen boven deme kerekhove noch ſine erven nicht an hinderen, wat ſe darmede don welden, allen dat ſe et to ſamender hant hebben. Were aver, dat Henniges des Salghen ſone Ludeman unde Elyas ane erven ſtorven, ſo velle ere del *Bl. 48* uppe ſe. Unde boven de rede, dewile dat vor Bele des Salghen levet, ene ſcolen ſe ſe ok | nichtes hinderen an deme ſulven lengude.

Herman van Bokenum heft ſek alſus berichtet met ſemme ſone Hermanne, dat he ne ſcal up ene, ſenne vader, eder uppe ſine moder Alheyde, dewile dat ſe beyde levet, nicht vorderen van erves weghene. darumme ghift he eme x mr. Wanne ſe aver beyde dot ſin, ſo ſcal he de x mr weder inbringen unde met ſemme broder Heyſen to likeme dele gan in ſines vader unde ſiner moder erve. Were ok, dat he der x mr nicht ne mochte inbringen, ſo ſcolde Heyſe ok x mr tovoren afnemen.

Thile Wadelvort heft beſceden ſerre husvrowen Alheyde xxxij mr na ſemme dode in ſemme redeſten gude, ſe hebbe erven eder nene. dar is ſe mede vorſceden van allen dingen.

Heiſe Scildere heft bekant, dat he hebbe ghegheven Hannen ſemme wive xxx mr an ſemme

7 Dat *etc. Nachtrag derſelben Hand* 32 digen

erve eder an ſemme redeſten gude, iſt ſe ſenne dot levede ane erven. unde dat heft he ghedan met Hermannes unde Hannuſes willen, ſiner brodere, unde Conrades ſines vedderen.

Wedekint van Woltorpe unde Marquert de junge hebbet ghelovet vor Johanne van Gokenholte, dat he recht erve ſi unde de neyſte uptonemende Heneken van Lachendorpes herwede.

Ludeman, Henrikes ſone des bekereres, heft gheredet vorme Rade, dat he ſenne vader unde ſine moder met nenen dingen bewerren ene ſcal mer, dewile dat ſe levet.|

Sophie, Konen wedewe von Helmeſtat, unde Ludeman, Ludemannes ſone Montariuſes, de *Bl. 48'* hebbet an deme gude to Marquerderode ene ſamede hant unde ſamede were, beſcedeliken an ſeven hoven unde an deme halven tegheden unde erre halven viſchweyde unde an holte unde an graſe, wat dar to hort to deme ſulven gude. Wanne ok de ſulve vor Sophie ſterft, ſo valt dat ſulve vorſeghede gut uppe Ludemanne unde ſine rechten erven.

Geſe Weſtvales unde Johannes ere ſone hebbet vorkoft ereme ſwagher Hinrike van Asle ere hus, dar ſe inne wonet, upper Godelingeſtrate, unde hebbet eme des vrede unde ban upghelaten. In deme ſulven hus heft de ſulve Henric en beyden tu mark gheldes ghelaten, malkeme ene, de mach he wederkopen, de mark vor xv mr eder enne verding af alſo, alſe eth ſek gheboret.

Ludolf, Ekehardes broder van Wagken, heft bekant, dat he heft afghelaten van alle ſines vader unde ſerre moder erve unde van alleme anghevelle, dat he unde ſine erven up ene unde ſine erven nicht mer vorderen ene ſcal.

Hannus van Alvelde heft bekant meth wlborde Claus unde Wlrades ſiner brodere Hannen ſemme wive x mr gheldes in ſemme hus to deme guldenen arne unde vif mark gheldes, ene inne Janes hus Papen in der Nyenſtat, tu inne Ludemannes hus van Helmeſtat, dat Hoppen was, ene in Stevens hus upper Haghenbrughe, ene in Luders hus Korsnewerchten bi ſinte| Bartholomeuſe, to ereme live. Unde ſcal ere noch maken vif mark gheldes darto ok to ereme *Bl. 49* live. en dede he des nicht, ſo ſcolde me ere gheven veſtich mark van ſemme redeſten ghelde eder gude, iſt he ſtorve ane erven. Unde met deſſen redhen ſcolde ſe afgan van alleme anghevelle. Worden ere aver erven, unde dat ſin to kort worde, ſo ginget na der ſtat rechte. Were aver, dat ere to kort worde ane erven, ſo velle dit vorſeghede liſghedinge uppe Hannuſe unde ſine brodere unde ere rechten erven.

Alheyt, Voſſes wedewe, de mach bliven, dewile dat es ere gheluſtet, in deme hus uppe der Echteren ſtrate, dat der ſuſtere twier is van Benem, Ghermode unde Gheſen. Dar ſcal ſe en af gheven xxv ſol. to ſinte Michels daghe unde xxv ſol. to paſchen. Were aver, dat es ere nicht ne luſtede umme dene tins, dat ſcolde ſe den ſulven ſuſteren to wetene don en verndel jares vore.

15 verdig

So wat dar ok an deme ſulven hus to botene is beneden emme ſcillinge, dat ſcal de vrowe bekoſtegen. unde wat darboven trede, dat ſcolden de ſuſtere bekoſteghen.

Neyn man eder vrowen ſcolen dragen golt, ſylver eder perlen up eren cleyderen bi v mr, ſunder eyn kint beneden achte jaren. Dhit holdet dhe Rat bi eren eydhen.

3. 4 *von anderer, anſcheinend nicht jüngerer Hand*

1317. Allerlei Theidung. [805

Aus dem älteſten Degedingebuche des Hagens. Vorher Nr 764.

Anno domini m° ccc° xvij°.

Bl. 3' NOs Jordanus Stapel, Conradus de Twelken, Hermannus Stephani, Henricus de Schepenſtidde, Rodolfus de Wetelemſtede, Ludolfus de Twelken, Albertus Criſpus et Gherardus Peperkeller, pro tempore Conſules Indaginis civitatis Brunswich, preſentibus univerſis cupimus eſſe notum, quod Johannes de Solinge, noſter concivis, bona ſua Johanni filio ſuo, Lucie filie ſue et eorum pueris et pueris Benedicte pie memorie, eciam quondam filie ſue, poſt ſuam mortem libere et voluntarie, cum adhuc ſanus mente et compos ſui eſſet, erogavit, ita videlicet, quod omnia ſua poſt mortem ſuam relicta inter ipſos equaliter ſorciuntur et equali ſorte dividentur. Preterea recognoſcimus, quod Margaretha, filia predicte Benedicte, uxor Ludolfi dicti Borghere, de dictis bonis recepit ſex marcas, que ſibi computentur diviſione dictorum bonorum facienda, et ſi ipſi ultra dictas ſex marcas quicquam cedere poterit, hoc ei eciam tunc temporis erogetur.

Des ſilven jares

heft upghelaten Bertold van Ovesvelde enne verdingh gheldes to dren liven an ſineme hus ſiner vrowen Rickelen der linenweverſchen, der id er weſen hadde, vor dem Wendedore, unde twen *Bl. 4* eren dochteren, Gheſen, der cloſtervrowen to Yſenhaghen, unde Alheyde bagginen. De wile erer eyn levet, ſo ſchal me on dene tins gheven. na der drier dode ſo valt he weder an ene unde an ſine kindere.

Des ſilven jares.

Recognoſcimus, quod Daniel, filius Mechtildis uxoris Ludolfi dicti Smalenborch, conſtitutus coram nobis et advocato noſtre civitatis reſignavit et renunciavit omni juri, utilitati et uſufructui, quod ſibi de jure hereditatis Mechtildis matris ſue et Ludolfi vitrici ſui predictorum cedebat ſeu cedere poſſet aliqualiter in futuro.

In der Handſchr. 16 *vor* filia *getilgt* uxor ſua 21 wendededore 23 *nach* valt *getilgt* walt 27 uſufructu

1317 Januar 1. Die Edeln v. Dorſtadt, Ritter Walther und Knappe Burchard, verpfänden dem Kloſter Dorſtadt (monaſterio in Dorſtad et ejus proviſoribus ac dominabus in regulari habitu ibidem ſervientibus domino Jeſu Chriſto) *für 40 Mark l. S. ihre vier Hufen zu Sottrum* (Sothzerum) *auf fünf Jahr mit der Verpflichtung, ſie alsdann nach Erſtattung der Pfandſumme dem Kloſter zu Behuf der Feier ihrer ſowie ihrer Eltern und Vorfahren Jahrzeit auf ewig zu widmen. Unter den Zeugen* Bertrammus de Dampmone, Thidericus dictus Dhoring, Ludolfus Oſſe, burgenſes. Datum anno domini m° ccc° decimo ſeptimo in circumciſione domini. [806

Original zu Dorſtadt mit zwei Siegeln.

1317 Januar 27. Eilhard v. Dahlum (de Dalem) *bekundet, daß ſeine Frau Ida nach Begehr ihrer Brüder Ludwig und Konrad v. Linden* (de Lindedhe) *auf alle Güter zu Salzdahlum* (Soltdalem) *verzichtet, die die Brüder Herr Florin und Albert v. Dahlum dem Aegidienkloſter verkauft haben. Zeugen* discreti viri Henricus Elye, Bertrammus de Dammone, Thidericus Thoringi, burgenſes in Brunswich. Datum anno domini m° ccc° xvij° vj° kal. Februarii. [807

Original zu Wolſenbüttel.

1317 Januar 30. Jordan v. Campe belehnt die Erben Eggelings v. Ströbeck mit dem halben Zehnt zu Liedingen. [808

Original in dem v. Campeſchen Hausarchive zu Iſenbüttel; das Siegel abgefallen. Gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchlechtes v. Blankenburg-Campe II, S. 51.

PReſencium audientes ſeriem litterarum intelligant, quod ego Jordanus de Campe famulus dictus dimidiam partem decime in Lidinghe, quam Eggelingus de Strobeke pie memorie a me habebat in pheodo, veris dicti Eggelingi heredibus, Heyſoni et Hinrico, Eggelingo et Sabello, jure pheodali in hiis ſcriptis confero poſſidendam, ita tamen, quod, cum ipſi ad meam perſonalem preſenciam pervenerint, eisdem bona pretacta manuali compoſicione et juſto titulo conferam pheodali. In cujus rei cerciorem evidenciam preſens cartula eſt mei ſigilli munimine roborata. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo die dominico ante feſtum purificacionis ſancte Marie virginis glorioſe.

1317 März 8. Biſchof Heinrich von Hildesheim beſtätigt eine Meſſenſtiftung zu St Andreä. [809

Original im Stadtarchive, das Siegel an rothem Seidenſtrange.

IN nomine domini amen. Ne facta hominum quecumque ſalutifera, maxime tamen ad divini cultus augmentum ordinata, ulla dubietatis vel oblivionis negligentia poſſint infirmari, ex-

pedit ea litterarum ſerie auctoritate ſuperioris ſtabiliri. Hinc eſt, quod nos Henricus Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus redditus xiiij librarum brunswicenſis monete, quasquidem fideles ob ſalutis ſue remedium ſua pecunia, prout per magiſtrum Brunonem, eccleſie ſancti Andree in Brunsw. rectorem, ſumus ſufficienter inſtructi, comparaverunt propter divinum officium augendum a Conſulibus Nove civitatis Brunsw. ſingulis annis, ſeptem in feſto paſche et ſeptem in feſto beati Michahelis plebano prefate eccleſie ſancti Andree perſolvendos, ita quod idem plebanus de reditibus a prefatis Conſulibus ſingulis annis receptis ſatisfaciat duobus ſacerdotibus de precio et expenſis, qui ſingulis diebus jam dictas miſſas celebrabunt in ſepedicta eccleſia hoc modo, quod primus ſuam miſſam incipiat in ſecundo pulſu matutinarum ejusdem eccleſie, ſecundus vero ſuam poſt finem prime miſſe, feſtivitatibus dumtaxat excluſis, in quibus predicti ſacerdotes has miſſas celebrabunt hora, qua plebano pretaxato magis videbitur expedire, hoc tamen adjecto: ſi plebanus predictus, quod abſit, prefatas miſſas nollet procurare celebrari, Conſules memorati ipſas, ubi eis placuerit, poterunt procurare celebrari, donec ſepedictus plebanus in memorata eccleſia ſancti Andree duxerit procurandas modo prenotato et pro reditibus antedictis. Auctoritate Dei omnipotentis et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli has miſſas taliter obſervandas ſtabilimus et eas auctoritate noſtra in predicta eccleſia perpetuo obſervandas in hiis ſcriptis confirmamus. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo viij° idus Marcii.

1317 April 6. Dekan Engelbert zu St Blaſien und Ritter Jordan v. Wendhauſen vidimieren eine eingerückte Urkunde des Pfarrers Johann von Lechede, des Canonicus Ermbert v. Cramm, des Ritters Jordan, Sohnes des Droſten, der Knappen Johann v. Guſtedt und Hartneid v. Mahrenholz ſowie der Bürger Hermann Holtnicker und Albert v. Heiligendorf über die Beilegung des Streites zwiſchen den Knappen Gotfrid v. Vorsfelde und Gotfrid v. Ochſendorf ſuper decima in Lochſtede majori et decima in Reyndorpe et decima in Langenſtede et decima in Schoniz et duobus manſis in Gevensleve et duobus manſis et una curia in minori Heylegendorpe et ſuperiori molendino in majori Heylegendorpe et una curia ibidem et uno manſo in Beierſtede et quinque manſis cum dimidio in Wobeke et ſitu piſcine et uno molendino in Offendorpe et quinque manſis cum dimidio et duabus curiis et uno molendino in Offendorpe et quinque manſis cum dimidio et duabus curiis et uno molendino et una area in Moſethe ſitis. Datum anno domini m° ccc° xvij° in die beati Sixti. [810

Aus dem im K. Provinzialarchive zu Magdeburg verwahrten Copialbuche des Kloſters Riddagshauſen, Bl. 91, gedruckt in den Regeſten und Urk. des Geſchl. v. Blankenburg-Campe II, S. 51.

1317 April 13 Braunſchweig. Die Brüder v. Burgdorf verzichten zu Gunſten des Marienſpitales auf Güter zu Salzdahlum. [811

Original im Stadtarchive mit vier Siegeln.

NOs Willekinus, Johannes, Ludolfus et Borchardus fratres de Borchtorpe, famuli, omnibus preſentem litteram viſuris ſeu audituris volumus eſſe notum, quod pro nobis et noſtris heredibus ſuper bonis ſitis in Soltdalem pertinentibus novo hoſpitali infirmorum eccleſie ſancte Marie ante Longum pontem in civitate Brunswic, que bona inpetivimus, renunciationem fecimus et renunciamus preſentibus omni juri, quod nobis in jam dictis bonis conpetebat de jure vel de facto aut conpetere poſſet aliqualiter in futurum. In cujus renunciationis evidenciam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Brunswic anno domini m° ccc° xvij° feria quarta poſt dominicam Quaſimodogeniti.

1317 April 28. Die Brüder v. Guſtedt ertheilen der Witwe Heidekens v. Woltwieſche zu Braunſchweig und ihren Erben einen Meierbrief über die ihr von der Witwe Berthold Wivelgings zu Woltwieſche verkaufte Hufe ſammt Hof daſelbſt. [812

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Marienſpitales) mit zwei Siegeln.

NOs Gherardus miles et Race famulus fratres dicti de Guſtede tenore preſencium publice recognoſcimus et teſtamur, quod Alheidis relicta Bertoldi dicti Wivelghinghe, civis quondam in Woldwiſghe, cum conſenſu noſtro et heredum noſtrorum ac eciam conſenſu heredum ſuorum et omnium, quorum intererat, vendidit pro ſedecim marcis puri argenti uno fertone minus domine Ghertrudi relicte Heydekonis de Woldwiſghe, civis quondam in Bruneswich, et ſuis veris heredibus unum manſum cenſualem ſitum in campis ville Woldwiſghe et unam curiam in eadem villa cum omnibus eciam aliis ejusdem manſi utilitatibus et pertinenciis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis et viis, de quibus videlicet manſo et curia predicta domina Ghertrudis et heredes ſui dabunt michi Racen famulo predicto et meis veris heredibus tantummodo octo ſolidos annui cenſus bruneswicenſium denariorum et tres pullos ſingulis annis in die beati Michahelis. Et ſic eadem domina Ghertrudis et ſui heredes predictum manſum et curiam cum eorum utilitatibus et pertinenciis absque omni inpeticione et quolibet inpedimento ex parte noſtrorum amborum et eciam heredum noſtrorum perpetuo poſſidebunt pacifice et quiete, itaque nos et heredes noſtri in ipſa et ſuis heredibus tam in perſonis quam rebus ipſorum nullum jus aliud aut ſervicium nobis poſſumus vendicare nec debemus uſurpare. In quorum omnium evidens teſtimonium preſentem litteram predicte domine Ghertrudi et ſuis heredibus

Im Orig. 22 *fehlt* in

pro nobis et noſtris heredibus dedimus ſigillis noſtris patenter conmunitam. Teſtes eciam ſunt Syfridus Ghertrudis, civis in Woldwiſghe, frater predicte Alheydis, Johannes de Stidium, Henricus Howere, burgenſes in Bruneswic, et plures alii fide digni. Actum anno domini m° ccc° decimo ſeptimo quarto kalendas May.

1317 Mai 28 Avignon. Papſt Johann XXII ertheilt dem Theſaurarius und dem Scholaſticus zu St Blaſien ſowie dem Gardian der Barfüßer (guardiano fratrum ordinis minorum) *zu Braunſchweig Auftrag, den Streit des Biſchofs von Halberſtadt mit dem Erzbiſchof von Magdeburg um Wegeleben zu entſcheiden.* Datum Avenione v° kal. Junii pontificatus noſtri anno primo.

Original zu Magdeburg, gedruckt bei G. Schmidt, Päpſtl. Urk. etc. S. 94.

1317 Juni 9. Die Prieſterbrüderſchaft tauſcht mit dem Domkapitel zu Halberſtadt die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo, quinto ydus Junii. [814

Original zu Magdeburg, gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. Halberſt. III, S. 151.

1317 Juni 30. Sigfrid Schadewolt (dictus Scadewolde) *belehnt Ludolf Monetarius, Bürger* (civis) *zu Braunſchweig, mit einer Hufe zu Stiddien* (Stidiem), *die zuvor Johannes v. Helmſtedt* (de Helmſtede) *von ihm zu Lehen trug.* Datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo in craſtino beatorum apoſtolorum Petri et Pauli. [815

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, S. 671.

1317 Juli 25. Herzog Albrecht eignet dem Aegidienkloſter die Vogtei über drei Hufen zu Hachum (Hachem), *die jährlich anderthalb Scheffel Roggen und 12 braunſchw. Pfennige einträgt, wie ſie die Brüder Heinrich und Ludolf Eliä von ihm zu Lehn gehabt haben.* Datum anno domini m° ccc° xvij° in die beati Jacobi apoſtoli. [816

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt. Supplem. S. 15.

1317 Auguſt 1. Herzog Albrecht beſtätigt Ekbert Schevelings Altarſtiftung zu St Cyriaci und verzichtet für ſich und ſeine Erben auf jedes Collationsrecht. [817

Original zu Wolfenbüttel mit beſchädigtem Siegel.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Albertus dux in Brunswic omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, neceſſe eſt, ut roborentur teſtimoniis litterarum. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod Eckebertus de Luttere dictus Scheveling pie memorie ad divinum cultum ampliandum ob honorem Dei omnipotentis et virginis Marie et beati Cyriaci martiris unum altare in eccleſia montis beati Cyriaci predicti extra muros Brunswicenſes noviter conſtruxit et ob ſalutem anime ſue dotavit pro ſacerdote, qui ipſum altare officiabit diebus ſingulis una miſſa. Et prefatus Eckebertus in teſtamento ſuo et rerum ſuarum ultima diſpoſicione voluit, ſtatuit et mandavit, quod capitulum predicte eccleſie illud altare conferat uni ſacerdoti, quocienscunque ipſum vacare contigerit, et quod ita in poſterum inviolabiliter obſervetur. Unde, ne Eckebertus predictus in pia ejus intentione defraudetur, ordinacionem et factum ipſius ratum et gratum habentes, ut plures voces in eadem eccleſia ad Dei laudes habeantur, hiis noſtram adhibemus promptiſſimam voluntatem nec nobis nec noſtris heredibus aliquid juris aſcribemus in collacione altaris ſupradicti, ſet volumus, ut a prefato capitulo, quocienscunque ipſum vacare contigerit, uni ſacerdoti libere conferatur. Teſtes hujus rei ſunt Eckbertus de Aſſeborch, Olricus de Sunzſtede, milites, cum aliis fide dignis. In cujus teſtimonium fecimus noſtro ſigillo preſencia communiri. Datum anno domini m° ccc° xvij° kal. Auguſti.

Im Orig. 10 poſtrū

1317 Auguſt 11 (Steterburg). Propſt Heinrich, Priorin Eliſabeth und Convent zu Steterburg bekunden, daß Johannes v. Achim (de Achem) *dem Kloſter eine freie Hufe bei Braunſchweig* (quendam manſum aput Brunswich, quem libere poſſederat) *zu ſeinem und ſeiner Frauen Alheid Seelenheil übertragen hat, wogegen beider Jahrzeiten auf Bonifacii (Juni 5) und tags nach Severi (October 23) mit Vigilien und Meſſen begangen werden ſollen.* Datum in preſentia totius conventus anno domini milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo ſequenti die ſancti Laurentii martyris. [818

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, S. 207.

1317 Auguſt 13. Die Brüder Hakelberg verkaufen dem Pfarrer zu St Michaelis und dem Prieſter Ludolf v. Wittmarshagen zwei Gärten vor dem Hohenthore. [819

Original zu Wolfenbüttel mit zwei beſchädigten Siegeln.

NOverint univerſi, quod nos Ludemannus et Henricus fratres dicti Hakelenberch, cives Brunesvicenſes, vendidimus dominis Johanni, rectori eccleſie ſancti Michaelis, et Ludolfo dic-

to de Witmershaghen, beneficiato in ecclefia fancti Cyriaci apud muros Bruneswich, duos hortos noftros extra Altam valvam fitos fingulis annis triginta folidos folventes brunswicenfium denariorum, videlicet quindecim folidos in fefto beati Michaelis et quindecim folidos in fefto pafce, pro quatuordecim marcis puri argenti bruneswicenfis ponderis et valoris nobis plenarie perfolutis, et mifimus eos in corporalem poffeffionem eorundem hortorum atque cenfus. Nichilominus predicti domini dederunt nobis facultatem reemendi, ut exnunc a fefto affumptionis beate Marie virginis proximo poft duos annos continuos dictos hortos ad ufus proprios et noftra pecunia nulla fraude interpofita reemere valeamus. Si autem non reemerimus hujusmodi hortos, extunc dicti emptores duas marcas fuperaddent et ipfi dictos hortos cum omni jure et utilitate ac utili dominio libere et quiete jure perpetuo poffidebunt, ficut nos et noftri progenitores hactenus poffederunt. In quorum omnium teftimonium figilla noftra prefentibus duximus apponenda. Et ego Ludemannus dictus monetarii, me obligo ad omnia premiffa firmiter obfervanda, fi aliquis defectus fuerit in premiffis prefentibus meo figillo roboratis. Hujus rei teftes funt Conradus de Munftede, canonicus fancti Cyriaci, Conradus de Luttere, Albertus ex angulo et quam plures alii fide digni. Actum anno domini m° ccc° xvij° in die beati Ipoliti martiris.

Im Orig. 6 facultatem *wiederholt*

1317 Auguft 15. Herzog Albrecht und fein Sohn Otto überlaffen dem Rathe die Kapelle zum H. Geifte und ertheilen den Bürgern in der Altftadt, dem Hagen, der Neuftadt und der Altenwik mehre andere Gnaden. [820

Original im Stadtarchive, Zierfchrift, die beiden Siegel an rothgrünen Seidenfträngen. Rückvermerk des XIV Jahrh. Littera ducum Alberti et Ottonis de capella fancti Spiritus et fuper aliis libertatibus. — *S. 464 8-14 wird die Zufage von 1314 (Nr 751) wiederholt; die Zufagen S. 464 18. kehren in dem Huldebriefe von 1318 (1, S. 30) und in allen folgenden wieder.*

VAn Ghodes ghenaden we hertoghe Albrecht tho Bruneswich unde Otto ufe fone unde ufe rechten erven bekennet des openbarliken in diffeme jeghenwordighen breve, dat we hebbet ufen leven borgheren ghegheven, dheme Rade unde dher ftad tho Bruneswich, lutterliken dhorch Goth dhe cappellen, dhe het tho dheme Heylighen gheyfte unde lit vor dher ftat tho Bruneswich buthen dheme Hondore, mit dher lenwere undhe mit allem rechte unde aller nuth alfo, alfe we fe ghehat hebbet unde an os ghekomen is. Doch fchal fe dhe herre her Werner von Bredenowe, dhe en monik is dhes orden von fente Benedictus, dhe fe nu heft unde we gheleghen hebbet, befitten. Wanne he afgheit bi lyve odher bi dodhe, fo es fe, dhe felve cappelle tho dheme Heylighen gheifte, mit lene unde alleme rechte dhes Rades unde dher ftad tho

Bruneswich ledich unde los. We bekennet ok dhes, dat we odher uſe rechten erven ene ſcolen nene cloſtere odher convente mit gheiſtliken luden, mannen edher vrowen, ſetten, orloven odher volborden tho wonende binnen dher ſtad unde dher muren tho Bruneswich unde ok buten dher ſtat alſo vernne, alſo ere vedrift is. We bekennet ok dhes, dhat we unde uſe rechten erben hebbet dher ſelven uſer ſtad tho Bruneswich undhe uſen leven borgheren dar inne, bi namen in dher Oldenſtad, in dheme Haghen, in dher Nigenſtad unde in dher Oldenwik, dhe ghenade unde dat recht ghegheven, de dar nu inne ſin unde borghere oder borgherſchen ſin, dhat dhe ſcolen vri weſen van allerleye anſprake. Swe ok na diſſeme daghe, alſo diſſe bref ghegheven is, in de ſelven voregheſegheden ver ſtede uſer ſtad tho Bruneswich vore undhe borghere worde undhe openbare dar were jar unde dach ane anſprake, dhe ſcholde dhes ſelven rechtes bruken unde vri borghere weſen, alſo hir vore gheſchreven is. Worde ok jeman anſpraket, dhe na diſſeme daghe in dhe ſelven voregheſegheden ver ſtede vore undhe borghere dhar worde binnen jar unde daghe, dhene ene ſcholde de Rat tho nemme borghere hebben, he ne hedde ſich vorliket mith der herſcap. We ok undhe unſe rechten erven willen undhe ſcholen ok dhe ſelven ver ſtede uſer ſtad tho Bruneswich beſchermen undhe vordeghedinghen al eres rechtes unde erer vriheyt, alſo ſe oldinghes von uſen eldheren unde os ghehat hebbet unde hebbet, undhe ere recht tho betherende unde nicht tho ergherende. Were ok dhat alſo, dhat jeman dher ſelven uſer borghere jeneghen vordheren wolde vor lat odher vor eyghen, oder jhenigherleyghe anſprake don welde, odher jhenighe ſchult gheven welde, dhe ſcholde antworden vor uſeme richte in dher ſtat tho Bruneswich. Welde ſe alle dheſſer voregheſegheden ghenade unde rechtes jeman vorunrechten, dhes wille we ere beſchermere weſen nu undhe tho allen tiden unde tho al eren noden. An ein orkunde unde ſtedicheyt deſſer vorebeſchrebenen ding hebbe we hertoghe Albrecht undhe Otto uſe ſone vor os unde uſe rechten erven uſe ingheſeghele ghehenghеth tho diſſem breve. Diſſer dhinghe dher ſint tughe her Hinrich von Wendhen, her Ecbrecht von dher Aſſeborch, her Bertram von Velthem, her Ghunther von Bertensleve, her Johan von Ampeleve undhe her Ludolf von Honlaghe, dhe riddere, unde andere vrome ludhe. Diſſe bref is ghegheven na Goddes bort duſent jar drehundert jar in dheme ſeventhegheden jare unde in dheme daghe dher himelvart unſer vrowen ſente Marien.

Im Orig. 11 dher dhe 22 dig

1317 Auguſt 24. Herzog Albrecht verkauft mit Zuſtimmung ſeines Sohnes Otto ſeinen Kaplanen, dem Dekan und dem Stifte St Cyriaci für 320 Mark ſeine ganze Vogtei zu Vallſtedt (Veltſtede). *Unter den Zeugen* Hermannus Wlverammi, Henricus Elye, Ludemann Oſſe, David

Kronesben. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo ix° kal. Septembris. [821

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt. II, Beil S. 9

1317 Auguſt 24. Herzog Albrecht verkauft im Einvernehmen mit ſeinem Sohne Otto und mit ſeinen Räthen dem Dekan und Capitel zu St Cyriaci die ganze Vogtei und alles Gericht über die Leute und Güter des Stifts und des Propſtes zu Vallſtedt (Veltſtede), *ausgenommen das Gericht über tödtliche und verfeſtungswürdige Wunden, und daß die Bauern des Capitels und der Kirche ſich zum Echtgoding einſtellen ſollen* (decernentes tamen, quod cives ejusdem ville eidem capitulo et eccleſie pertinentes judicium, quod wlgariter echgodinghe dicitur, adire debent certis temporibus ad hoc deputatis, alia autem godinghe, ſi que plures obſervari contigerit, adire non tenentur. Item ſi in eadem villa vel in agris et campis ibidem extra gladium evaginari vel ad effuſionem ſanguinis aliquem ledi vel alium inſultum injurioſum ſeu violentum fieri contigerit, omne tale judicium et emenda, que inde poterit provenire, eſt capituli ſupradicti, judicio tamen ſanguinis in mortem et leſionis proſcriptionis digne nobis tantummodo reſervato, unde homines ejusdem ville capitulo, prepoſito et eccleſie pertinentes ab omnibus aliis actibus judicialibus et cohercionibus ac petitionibus quibuscunque quorumlibet advocatorum noſtrorum ſeu officialium eximimus et exemptos pronunciamus per preſentes). *Er geſtattet dem Dekan und Capitel, zur Wahrnehmung ihrer Gerichtsbarkeit im Dorfe einen Richter zu ſetzen, und verheißt, nach aller Möglichkeit zu hindern, daß dort Jemand einen Bergfrid, einen Thurm oder irgend ein Erdwerk* (propugnaculum ſive turrim aut territorium qualecunque) *anlege. Unter den Zeugen* Hermannus Wulverammi, Henricus Elye, Ludemannus Oſſe et David Kronesben, burgenſes in Bruneswich. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo et ſeptimo ix° kalendas Septembris. [822

Zwei Originale zu Wolfenbüttel mit den Siegeln der Herzöge Albrecht und Otto an rothen Seidenſträngen.

1317 October 11. Ritter Johann v. Winnigſtedt übergiebt dem Marienſpitale drittehalb Hufen, einen Hof, eine Wurt und eine Hütte auf dem Kirchhofe zu Klein-Winnigſtedt, was ſeine Söhne anerkennen. [823

Original im Stadtarchive; von den drei Siegeln iſt nur das mittlere erhalten. Rückvermerk des XIV Jahrh. Winningſtede.

EGo Johannes de Winnigeſtede miles recognoſco preſenti littera meo ſigillo ſigillata, quod accedente conſenſu Willekini et Johannis filiorum meorum et omnium heredum meorum,

quorum intererat, vendidi et in poſſeſſionem tradidi hoſpitali infirmorum eccleſie ſancte Marie ante Longum pontem in Brunswic duos manſos cum dimidio ſitos in campis ville Winnigeſtede orientalis, unam curiam et unam aream ibidem cum una caſa in cimiterio ad eosdem manſos pertinentes poſſidendos cum omnibus juribus tam in ſilvis, campis, pratis, quam paſcuis et ceteris utilitatibus ſuis univerſis perpetuo proprietatis ac libertatis titulo, ſicut ego poſſedi pacifice et quiete, renuncians pro me et filiis meis ac heredibus ſupradictis omni juri, quod mihi et eis in predictis bonis omnibus conpetebat aut conpetere poſſet aliqualiter in futuro. Nos Willekinus et Johannes fratres ſupradicti predicta omnia recognoſcimus eſſe vera et ea, ſicut a patre noſtro facta ſunt, grata et rata pro nobis et noſtris heredibus habemus et in eorum evidenciam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini m° ccc° xvij° in die Juſti et Arthemii martirum beatorum. Teſtes hujus rei ſunt dominus Florinus de Dalem miles, Gotfridus de Varsvelde famulus necnon dominus Henricus de ſancto Stephano ſacerdos, Henricus Elye, Wedego de Velſtide, procuratores ipſius hoſpitalis, Johannes de Lammeſpringe, Bernardus de Hedebere et quam plures alii fide digni.

1317 November 16 Braunſchweig. Herzog Albrecht beſtätigt die Martinikirche im Beſitz der von denen v. Garßenbüttel erkauften Güter zu Köchingen. 824

Original im Stadtarchive, das Siegel an rothem Seidenſtrange.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Albertus dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret vivacitas litterarum, hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod Ludegherus miles, Johannes et Georgius famuli, fratres dicti de Gharsnebutle, conſtituti coram nobis recognoverunt, quod cum conſenſu patruelium ſuorum, videlicet Widekindi et Rodolfi militum ac Widekindi famuli et omnium, quorum intererat, vendidiſſent pro xliij marcis examinati argenti Wenemaro burgenſi in Bruneswich et proviſoribus eccleſie ſancti Martini ibidem, ſcilicet Henrico Elye et Conrado Holtnicker, ad unum altare in eadem eccleſia quinque manſos ſitos in campis ville Kochinghe Hildenſemenſis dyoc. et unam curiam ac aream eidem curie adjacentem in eadem villa et pratum unum dictum Grashof ad eosdem manſos pertinencia cum omnibus eciam aliis eorum utilitatibus et juribus ac pertinenciis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis, ab omni jure advocacie, comicie et qualibet ſervitute libera et ſoluta jure proprii ſeu libertatis et proprietatis tytulo, ſicut ipſi eadem bona pacifice poſſederant, libere poſſidenda et renunciaverunt pro ſe et ſuis heredibus et propinquis

Im Orig. 28 *fehlt* in

omni utilitati et juri, quod ipſis in eisdem bonis conpetebat et conpetere poſſet in futuro. Quo facto nos legaliter requiſiti, ſicut ratione comicie ac temporalis juridicionis noſtra intereſt, Wenemarum et proviſores prefate eccleſie tam ſuo quam ejusdem eccleſie altaris nomine per gogravium noſtrum miſimus in predictorum bonorum poſſeſſionem corporalem, et receptis ab eisdem denariis noſtris wlgariter dictis vredepenninghe firmavimus ac ſtabilivimus ipſis ejusdem poſſeſſionis legalem pacem atque bannum. Igitur, ne aliquis contra legalem adepcionem et poſſeſſionem predictorum bonorum quicquam attemptare valeat aut jus aliquod vel ſervicium de eisdem bonis ſibi uſurpare preſumat, preſentem litteram pro evidenti teſtimonio premiſſorum dedimus ſigillo noſtro perpetualiter conmunitam. Teſtes eciam, qui recognicioni et renunciacioni predictorum fratrum preſentes aderant, ſunt nobilis vir Johannes comes de Woldenberghe, Ecbertus de Aſſeborch, Henricus de Wenden, Ludolfus de Bortvelde, milites, fideles noſtri, et plures alii fide digni. Actum Bruneswich anno domini milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo ſextodecimo kalendas Decembris.

Im Orig. 6 fehlt et

1318. 1319. Allerlei Theidung. [825

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. — Fortſetzung von Nr 804.

Anno domini m° ccc° xviij°.

Bl. 49' Hene Elyas unde Ludeman ſin broder de hebbet overen ghedraghen umme ere lengut. So wat erer jenech heft, dat is deme anderen gheleghen alſusdane wis: ſo welk erer ſtorve unde nenne ſone hedde, des lengut ſcolde vallen uppe den anderen broder eder uppe ſine ſone mit deſer vorwort: ſo weme dit vorſeghede gut anvelle van des anderen dode, de ſcolde des anderen wive eder ſinen dochteren eder vort eren kinderen gheven alſo vele, alſo dat gut half werdich is, dat eme anvalt. de anderen helfte ſcal he eder ſine ſone hebben unbeworren. Welde aver Hene eder Ludeman eres gudes malk icht laten, dat mach erer jowelk don, ſo wanne he wel, ane des anderen wederſprake.

. . . . . . vamme hus heft ghegheven ſemme ſone Hannuſe alle ſin gut, dat unvorgheven blift na ſemme dodhe. unde wat he vorgheven welde, dar ne ſcal he ene nicht an hinderen.

Johannes unde Henric de brodere, Conrades ſone des oltmekeres, hebbet bekant, dat ſe ſcolen gheven alle jar to ſinte Michaeles daghe Alheyde Papen unde Saphien erer ſuſter twene ſcepele rogen, dewile dat ſe levet, van ver hoven to Kiſſenbruge. Unde ſo wanne erer en ſterft der ſuſtere, ſo wert en ſcepel los. unde ſo wanne de andere ſterft, ſo wert de andere ok los.

Im Orig. 26 der Taufname ausradiert 27 nich 28 *fehlt* unde

De ſulven ver hove | de ne moghen ſe nerghen vorkopen eder laten, de ſulven ſuſtere ene ſin wis ghemaket der twier ſcepele gheldes. Bl. 50

Heneke unde Berneke, Henniges Bolten ſone, de hebbet ſek vorſceden an alle erer varenden have, ſunder ere hus, dar ſe inne ſin, dat is des ſulven Heneken half unde Berneken half. Unde wat ſe hebbet to ſamender hant an lengude, dat is erer beyder, ſunder ver hove to Vimmelſen unde en hof, dat hort Heneken allene.

Ek Heneke, Coneken ſone Boneken, bekenne des, dat ek eder mine rechten erven ſcolen gheven heren Hermanne Boneken deme preſtere, memme vedderen, alle jar to ſinte Mertines daghe xxx ſcepele rogen unde en jar na ſemme dode. Were aver, dat min to kort worde ane erven, ſo ſcolen mine ome Coneke unde Herman Holtnikkere de brodere unde ere rechten erven vif hove to Cramme heren Hermanne holden to rechteme lifghedinge met aller nut, de ſe met mek in leneſchen weren hebbet. Met diſſen dingen is her Herman unde Heneke vruntliken vorſceden.

Luder, heren Johannes ſone van Swlbere, heft bekant, dat he afghelaten heft Ludolve ſemme broder van alle ſines vader erve unde van alleme anghevelle.

Alle de ſek latet an den ſpetal to Unſer vrowen, ſeken eder ſunden, eder dar provende hebbet, ere gut ſcal tomale des ſpetales ſin na ereme dode. Unde alſo ſulves ſcal eth ſin umme de ſeken to ſinte Lenerde. |

So wanne Heneke van Veltſtede nimpt Erembrechtes dochter van Kiſſembruge, de eme ghe- Bl. 50'
lovet is, ſo ſcal Hannus ſin ſone eder ſine erven gheven der ſulven junkvrowen xl mr to ereme inghedome.

Johannes unde Hinric, Beteken ſone van Alvelde, de hebbet ere gut toſamene ghegheven an voghedesdinge.

Hillebrant heren Eleres heft beſcheden ſerre husvrowen Mechthilde cxx mr an ſemme redeſten gude.

Her Ghevert van Bortvelde de komendurere van ſinte Johanneſe unde her Conrat van Dorſtat de hebbet bekant vorme Rade, dat ſe hebben vorkoft met wlborde eres overſten meſteres unde erer anderen brodere to ſinte Johanneſe Coneken unde Hermanne Holtnikkere, Thilen unde Conrade den broderen Doringen unde eren rechten erven ſes hove to Timberla unde ſes hove to Vechelde met aller nut unde met alleme rechte vor c mr. De moghen ſe wederkopen binnen vif jaren umme dat ſulve ghelt, ene deden ſe des nicht, ſo ſcoldet ere rechte len weſen, alſo de breve ſpreken, de darup egheven ſin. Actum anno domini m°ccc°xviij° in invencione

16 *am Rande* Nota pro hoſpitali ſancte Marie ante Longum pontem

ſinte crucis.[a] Ok bekennet ſe, dat ſe Eylharde Boneken unde ſerre husvrowen Belen hebbet Bl. 51 vorkoft xij ſcepele rogken des jares to erer beyder live vor xxx mr. de moghet ſe | ok wederkopen vor dat ſulve ghelt alle jar, iſt es en gheluſtet.

Heneke Bolte heft vorkoft Johanne unde Conrade ſinem brodere, Johannes dochter kinderen van Ilſede, j punt gheldes in der viſcherie upper Oveker vor viij mr. Were aver, dat den ſulven kinderen jenech hinderniſſe eder broke dar an worde, ſo ſcolde Heneke eder ſine erven den kinderen de viij mark wedergheven eder ſcon ſe weder wiſen in en ander punt gheldes, dat alſo gut ſi. Dat mach he wederkopen vor dat ſulve ghelt, ichte Berneke ſin broder, wanne ſe willet.

Henric unde Johan de brodere, Heydeken kindere van Woltwiſche, hebbet bekant dat Ludeman Montarius ſcal ere vormundere weſen to dren jaren an twen hoven to Woltwiſche, dar he ſulve xvj ſol. gheldes an heft, den kinderen to gude. Actum anno domini m°ccc°xviij° in die beati Jacobi apoſtoli.[b]

Johannes, Ludeken broder van Swlbere, heft bekant, dat he afghelaten hebbe van al ſines vader erve unde van alleme anghevelle.

Ghereke unde Sopheke, Heneken kindere Stapels, hebbet ere gut toſamene gheven an voghedesdinge.

Bl. 51' Dideric unde Johan de brodere, Johannes ſone van Valberghe, hebbet bekant, dat ſe van erer moder Belen unde Hinrike van Valberghe, de ſe na eres vader dodhe ghenomen heft, ſint vorſceden umme eres vader erve, dat ſe uppe de ſulven ere moder Belen noch uppe den ſulven Hinrike eren ſteffader noch uppe ere kindere nicht mer vorderen ene ſcolen, unde hebbet afticht ghedan van alle eres vader erve unde van alleme anghevelle.

Gherbrecht van Ganderſem de heft de helfte des huſes, dar he inne is, uppe der Scernere ſtrate, unde de andere helfte de hort Johanneſe van Hedelendorpe, ſerre husvrowen ſone, unde an Johanneſes dele des huſes heft Gherbrecht nu ghekoft tu mark gheldes vor xxxij mr. Unde Gherbrecht ſcal vor ene mark darinne weſen, unde de anderen mark ſcal me Gherbrechte gheven half to paſchen unde half to ſinte Micheles daghe. De ſulven tu mark in deme halven erve mach de ſulve Johannes wederkopen van Gherbrechte vor de ſulven xxxij mr, ſo wanne he wel. Is ok in diſſeme hus wat to beterende, wat boven enne halven verding is, dat ſcal me Gherbrechte half weder kerren.

Hennig heren Georgiuſes heft bekant, dat he hebbe Henninge heren Georgiuſes, ſines broder ſone, unde ſinen kinderen ſin erve, dar he inne wonet, upme Damme upghelaten an voghedesdinge na ſemme dode. |

In der Handſchr. 28 verdig 30 *an zweiter Stelle* Georgiuſe

a *Mai 3* b *Juli 25*

Ludolf Oſſe heft bekant, dat Henricus Barth ſcal hebben den halven thegheden to Stydiem, *Bl. 52* wat dar af valt, to ſemme live. unde worde ſin to kort er Ludolves, ſo ſcal ene Ludolf beholden, de wile he levet, unde na ſemme dode ſo ſcal ene beholden Johannes Oſſe unde ſine brodere, Ludolves erſte kindere.

Conrat van deme hus, heren Henen Elyas ſwagher, heft bekant, dat he hebbe ghelaten al ſin lengut unde Belen ſiner husvrowen lifghedinge Eylharde Boneken, Henen Stapele, Danele Cronesbene, Hannuſe Cronesbene, Henric Stapel ſchelen, Lud. Elyas, Lud. de Achem, Gherken Reſen to vif jaren eder to ſeſſen vor xlvj mr, wente ſe dat ſulve ghelt dar uth nemen. Deſſer ſulven xlvj mr trit an Eylharde v mr, Henric Stapel iij mr, Danele vij mr iij lot minus, Hannuſe iij mr j lot minus, Henen ſcelen iiij mr j lot, Lud. Elyas xiiij mr, Lud. van Achem ij mr, Gher. Reſen viij mr iij lot.

Grete, de Henrikes wedewe was van Scikkelſem, unde Frikke ere ſone ſint vorſceden eres gudes. des hebbet bekant erer beyder vrunt vor deme Rade.

Vor Saphie unde Helmolt ere ſone van Oldendorpe hebbet ghegheven Helmoldes ſuſteren twen, Gheſen unde Saphien to Dorſtat, j tal. gheldes in ereme erve bi deme markete. So wanner en ſterſt, ſo werdet x ſol. los, unde ſo wanne de andere ſterſt, ſo valt dat ſulve punt gheldes weder up de rechten erven.

In der Handſchr. 8 vor — mr *ausradiert* 9 vij mr *ausradiert* 12 de *fehlt* 16 *an erſter Stelle* ſterf

1318 Februar 14. Die Brüder Hakelberg verkaufen dem Cyriacusſtifte zwei Gärten bei der Hohen Weide vor dem Hohen Thore. [826

Original zu Wolfenbüttel, beide Siegel abgefallen.

Noverint univerſi, quod nos Ludemannus et Henricus fratres dicti Hakelenberch, cives in Bruneswich, vendidimus dominis Johanni rectori eccleſie ſancti Michaelis et Ludolfo dicto de Witmershaghen, beneficiato in eccleſia beati Cyriaci, duos hortos noſtros ſitos juxta altam ſalicem extra Altam valvam, ſolventes ſingulis annis decem ſolidos et ſex denarios bruneswicenſium denariorum, videlicet quinque ſolidos et tres denarios in feſto paſche et totidem in feſto beati Michaelis, pro quinque marcis puri argenti bruneswicenſis ponderis et valoris nobis plenarie perſolutis, et miſimus eos in corporalem poſſeſſionem eorundem bonorum atque cenſus. Nichilominus predicti domini dederunt nobis facultatem reemendi, ut exnunc a feſto beati Valentini martiris infra duos annos continuos dictos hortos in uſus proprios et propria pecunia nulla fraude interpoſita reemere poſſemus pro eadem pecunie quantitate. Si vero non reemimus hujusmodi hortos in feſto beati Valentini, extunc dicti emptores predictos hortos cum omni jure

et utilitate ac utili dominio libere et quiete jure perpetuo obtinebunt, ſicut nos et noſtri progenitores hactenus poſſederunt. In hujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Hujus rei teſtes ſunt Conradus de Luttere, Albertus dictus ex angulo, ſacerdotes, Johannes dictus Waſtmodi et Conradus filius ſuus et plures alii fide digni. Actum anno domini m° ccc° xviij° in die beati Valentini.

1318 März 5 Oſterwik. Propſt Dietrich zu Stötterlingenburg und die Ritter Friderich v. Bühne (de Bunede) *und Gunzelin v. Berwinkel bekunden mit Dank, daß Sigfrid Revel auf ihre Vorſtellung, wie bedenklich es ſei, Kloſterleute zu belangen* (quam grave ſit, monaſticas perſonas impugnare), *von der Schuldklage abgelaſſen hat, die er namens einer Witwe zu Braunſchweig gegen das Kloſter zu Dorſtadt erhoben.* Datum anno domini m° ccc° xviij° in dominica, qua cantatur Eſtomihi, in civitate Oſterwich. [827

Original zu Dorſtadt.

1318 März 12. Die Brüder v. Uehrsleben verkaufen dem Kreuzkloſter den halben Zehnt zu Weddelnſtedt. [828

Original zu Wolfenbüttel mit drei Siegeln.

NOs Johannes, Henricus et Conradus fratres dicti de Ursleve, burgenſes in Bruneswich, ad noticiam omnium tam preſentium quam futurorum publice volumus pervenire, quod ſufficienti deliberatione prehabita concordi voluntate vendidimus pro quadraginta octo marcis puri argenti nobis perſolutis conventui monaſterii ſancte Crucis in Rennelberghe apud muros Bruneswich dimidietatem totalis decime in Wethelemeſtede cum omnibus ſuis utilitatibus, juribus ac pertinenciis univerſis tam in villa quam in campis ibidem, ſicut ipſam poſſedimus, perpetuo poſſidendam, et renunciavimus ac per preſentes renunciamus pro nobis et noſtris heredibus omni utilitati et juri, quod nobis in ea conpetebat et conpetere poſſet in futuro. Igitur, ut hec noſtra vendicio firma et inconvulſa permaneat, preſentem litteram inde conſcriptam pro evidenti teſtimonio ſigillis noſtris patenter duximus roborandam. Teſtes eciam ſunt discreti viri Conradus, plebanus eccleſie in Wethelemſtede, Jordanus Stapel, Bertrammus de Dammone, Thidericus Thoringii, Bernardus Calvus, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° decimo octavo in die beati Gregorii pape.

1318 April 3. Hartneid Schlenkerdaus (Harnid Slengherdus) *verkauft Herrn Werner, dem Pfarrer zu Waggum* (Wagghen), *und ſeinen Nachfolgern für 5 Mark l. S. eine Wurt beim Pfarr-*

hofe (apud dotalem curiam) *und eine Wieſe daneben unter der Bedingung, daß dort hinfürder jeden Sonntag Vigilien, jeden Montag Todtenmeſſen zu Troſt ſeiner Seele und der ſeiner Hausfrau Mechtildis, ſeines Vaters Ritter Ludolfs, ſeiner Mutter Germodis, ſeiner Brüder Ludolf und Heinrich und ſeines Oheims, des Ritters Johannes, auch der Herrn Werners gehalten werden ſollen. Zeugen* Johannes de Rotne et Henricus de Scheppenſtidde fratres, Bertoldus de Cletlinge, burgenſes in Brunswick. Datum anno domini m°ccc° decimo octavo feria ſecunda poſt dominicam Letare. [829

Aus dem Copialbuche des Kreuzkloſters (xv Jahrh.) zu Wolfenbüttel, Bl. 74.

1318 April 30 Braunſchweig. Ritter Ludolf v. Weferlingen (de Weverlinghe) *verkauft den Bauern Dietrich, Johann und Friderich Roden* (Ruſi), *weiland Dietrichs Söhnen, zu Mittel-Vahlberg* (Middelſten Valeberghe), *für 40 Mark die Vogtei über drei Hufen daſelbſt, die ſie vom Aegidienkloſter haben. Zeugen* Ghevehardus miles, fratruelis meus, Bertrammus de Dammone, Thidericus Thoringi, Hermannus Stephani, Henricus Stapel, Albertus Crispi inſtitoris, Bertoldus Grube, burgenſes in Bruneswich. Actum et datum Bruneswich anno domini m°ccc° xviij° pridie kal. Maji. [830

Original zu Wolfenbüttel.

1318 Mai 13. Heinrich von St Michaelis (de ſancto Michahele) *verkauft den Heiligen Jacobus und Chriſtophorus zu Steterburg zwei Hufen und eine Wurt zu Denſtorf* (Denſtorpe). *Zeugen* dominus Ludolfus ſacerdos, Wedego de Velſtede, Johannes Matthie. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo octavo in die ſancti Servatii epiſcopi. [831

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, S. 299.

1318 Mai 26 Braunſchweig. Herzog Heinrich ertheilt dem Dekane zu St Blaſien Collationsrecht an der Gertrudenkapelle. [832

Original zu Wolfenbüttel, das beſchädigte Siegel an rothem Seidenſtrange. Gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt. II, Beil. S. 124.

NOs Dei gracia Henricus dux in Bruneswich, ad noticiam omnium tam preſencium quam futurorum publice volumus pervenire, quod, ut capella ſancte Ghertrudis virginis ſub capella ſancti Georgii martyris in Bruneswich exiſtens ad divini cultus augmentum a confratribus et conſororibus ſacerdotalis confraternitatis et congregationis ibidem et aliorum bonorum ho-

minum piis elemoſinis dotaretur, et ut in eadem confraternitate ſimus, et divina nobis largiente gracia reddamur participes tam in vita quam poſt mortem omnium oracionum et elemoſinarum cunctorumque bonorum operum, que per eandem confraternitatem fiunt fientque perpetuo, nos matura deliberatione prehabita pro nobis et ſucceſſoribus noſtris annuendo indulſimus et pie propter Deum per preſentes in hoc in ſuo nomine conſentimus, quod decanus eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich perpetuo conferat capellam ſancte Ghertrudis jam dictam, quando dotata fuerit, uni ſacerdoti, quem de predicta ſacerdotali confraternitate provide duxerit eligendum, qui ſit et per annum fuerit in confraternitate memorata, et de eadem capella inveſtiet eundem ſacerdotem, et eodem modo idem decanus conferat altare ſancti Thome epiſcopi et martyris ejusdem capelle, ſi ipſum dotari contigerit in futuro. Conſencientes inſuper, ut confratres et conſorores ſepe dicte confraternitatis et congregationis eadem capella ſancte Ghertrudis utantur ad divinum officium in ea peragendum et memorias ſuorum confratum et conſororum et ad alias laudabiles ab ipſis conſuetas obſervantias in ipſa devocius exercendas. Igitur, ut hujusmodi noſter conſenſus omnibus premiſſis mature ac liberaliter adhibitus perpetuo maneat inconvulſus, preſentem literam inde conſcriptam ſigilli noſtri appenſione duximus patenter roborandam. Teſtes etiam ſunt discreti viri magiſter Bruno plebanus eccleſie ſancti Andree in Bruneswich, Thidericus de Weverlinghe ſcolaſticus et Ludolfus de Tzicte cuſtos, canonici Eymbicenſis eccleſie, et plures alii clerici et layci fide digni. Actum et datum Bruneswich anno domini m° ccc° decimo octavo ſeptimo kalendas Junii.

1318 Juli 8 Braunſchweig. Herzog Otto bekundet, daß in ſeiner Gegenwart Ritter Balduin von Wenden, Balduins Sohn, dem Kloſter Riddagshauſen für das dieſem früher von ihm verkaufte Dorf Lawerdesbuthle *das Eigenthum am halben Dorfe* Dorpquernem *geſchenkt hat. Unter den Zeugen* Conradus Criſtiani, burgenſis in Brunswich. Datum et actum Brunswich anno domini milleſimo ccc° xviij° ſexto ydus Julii. [833

Original zu Wolfenbüttel.

1318 Juli 18 Braunſchweig. Bruder Ditmar, Biſchof von Gabula, Vikar Biſchof Albrechts von Halberſtadt, ertheilt für St Magni einen Ablaß wie Bruder Ludwig, Biſchof von Maronia, am 30. November 1316 (Nr 803). [834

Original im Stadtarchive, das Siegel abgefallen.

FRater Dithmarus Dei gracia Gabulenſis eccleſie epiſcopus gerens vices venerabilis patris noſtri Alberti Halberſtadenſis epiſcopi univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſa-

lutem in filio virginis glorioſe. Cupientes populum Deo reddere acceptabilem et ad karitatis opera incitare omnibus vere penitentibus, contritis pariter et confeſſis, qui in die beati Magni et in quatuor feſtivitatibus beate et glorioſe Dei genitricis virginis Marie ipſius beati Magni eccleſiam parrochialem in Brunsw. devote acceſſerint manumque porrexerint adjutricem et ibidem audierint ſolempnia divinorum, quique ſacerdoti corpus dominicum ad infirmos deferenti devotam fecerint comitivam et cimiterium circuierint orationesque ſuas dixerint pro defunctis, quandocunque et quociescunque id devote fecerint, auctoritate omnipotentis Dei[a] quadraginta dies indulgentie cum una karena de injuncta ſibi penitentia miſericorditer in domino relaxamus In cujus rei teſtimonium evidens atque certum ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Brunsw. anno domini m° ccc° xviij° xv° kalendas Auguſti.

Im Orig. 5 circuerint

a Nr 803 Dei et domini noſtri, domini Alberti, venerabilis Halberſtadenſis epiſcopi, cujus vices gerimus, et noſtra confiſi.

1318 Juli 24. Die Edeln v. Meinerſen (de Meynerſem), *Ritter Luthard und Ritter Konrad, Söhne weiland Ritter Luthards, und der Knappe Burchard, weiland Ritter Burchards Sohn, eignen dem Kloſter Steterburg mit Zuſtimmung ihrer aufgeführten Söhne, Töchter und Erben die vier Hufen zu Klein-Mahner* (Lutteken Mandere), *die ihnen die Brüder v. Dörnten* (de Dornten) *in Goslar zu dieſem Behuf aufgeſandt haben. Zeugen* dominus Enghelbertus, decanus ſancti Blaſii in Bruneswic, dominus Siffridus de Alten, rector eccleſie ſancti Martini ibidem, et fideles noſtri dominus Jordanus de Wenthuſen et dominus Baldewinus de Wenden, filius quondam domini Ludolfi de Wenden, domini Ludolfi militis, morans in caſtro Dalem, milites, et fideles noſtri burgenſes de Brunswic Johannes Ludolfi et frater ſuus Hillebrandus Ludolfi, Conradus et Hermannus fratres dicti Holtnickeri. Datum anno domini m° ccc° xviij° in vigilia beati Jacobi apoſtoli. [835

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 295.

1318 Auguſt 1 Braunſchweig. Die Brüder Ritter Heinrich und Bruno v. Harlingberg (de Harlingheberghe) *verkaufen dem Kloſter Steterburg für 10 Mark vier Hufen zu Klein-Mahner* (Parvo Mandere), *die die Brüder Heinrich, Hermann und Bernhard v. Dörnten* (de Dornten), *Bürger* (cives) *zu Goslar, von ihnen zu Lehn trugen, geloben, binnen drei Jahren auszuwirken, daß der Oberherr dies Gut dem Kloſter eigne, worauf ſelbiges noch 11 Mark zulegen ſoll, ihm andernfalls aber die empfangenen 10 Mark zu erſtatten* — fide data una cum discreto viro domino Siffrido de Alten, plebano eccleſie ſancti Martini in Brunswic. *Zeugen* Johannes Lu-

dolfi, Thidericus Doring, Johannes et Henricus ſratres de Ursleve, cives in Brunswich, vaſalli noſtri. Datum Brunswic anno domini m° ccc° xviij° in die beati Petri ad vincula. [836

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 294.

1318 Auguſt 1. Herzog Albrecht verzichtet zu Gunſten der Prieſterbrüderſchaft auf die Gertrudenkapelle und ertheilt dem Dekan zu St Blaſien Collationsrecht daran. [837

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel an rothem Seidenſtrange (A). Eine andere Originalausfertigung mit gleicher Beſiegelung und bis auf geringe Abweichungen gleichlautend (B), datiert vom 3. Juli. Von eben dieſem Datum iſt eine mit A bis auf die Zeugen völlig gleichlautende Urkunde Herzog Ottens von Lüneburg (C). Eine hochdeutſche Ueberſetzung im Vaterl. Archiv für Niederſachſen 1836, S. 367. — Vgl. Nr 832.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Albertus dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Cum ſemel Deo dicatum non ſit ulterius ad humanos uſus transferendum, et domos domini ſpecialiter deceat ſanctitudo, hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod, ne augmentum divini cultus et officii videamur impedire, cum ipſum pro memoria beneficiorum a Deo nobis principaliter preſtitorum teneamur devocius expedire, ob hoc, ut capella ſancte Ghertrudis virginis ſub capella ſancti Georgii martyris in Bruneswich exiſtens a confratribus et conſororibus ſacerdotalis confraternitatis et congregationis ibidem ac aliorum bonorum hominum piis largitionibus dotari valeat taliter, ut fiat perpetuum ac ſpeciale beneficium, nos matura deliberatione prehabita pro nobis et noſtris liberis renunciavimus ac in Dei nomine renunciamus per preſentes capelle ſancte Ghertrudis predicte et omni juri, ſi quod nobis in ipſa competit et competere poſſet in futuro, annuentes pie propter Deum, ut confratres et conſorores ſupradicte confraternitatis et congregationis dotare poſſint capellam memoratam et, cum eadem capella fuerit dotata et beneficium effecta, quod decanus eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich in perpetuum ſine omni exceptione et impedimento ex parte predictorum confratrum et conſororum perfectum et inmutabile jus habeat conferendi eandem capellam ſancte Ghertrudis uni ydoneo presbitero, quem duxerint eligendum et preſentandum, qui ſit in confraternitate et congregatione predicta et per annum ante fuerit in eadem confraternitate et congregatione. Simili modo decanus antedictus idem jus habeat conferendi altare ſancti Thome martyris et epiſcopi ejusdem capelle, ſi ipſum dotatum fuerit in futuro. Conſencientes inſuper irrevocabiliter, ut confratres et conſorores ſepedicte confraternitatis et congregationis habere debeant eandem capellam ad divinum officium et memorias ſuorum confratrum ac conſororum et ad alias laudabiles ab ipſis con-

10 Bruneswich et Luneborch *B* 25 elige|ndum — ſit *in C von andrer (?) Hand auf Raſur* etpreſentandum *fehlt B* qui — congre[gatione] *in A von derſelben Hand, die C 25 interpoliert hat, auf Raſur* 30 et conſororum *in C von erſter Hand über der Zeile eingeſchaltet*

ſuetas obſervancias in ea peragendas. Igitur, ut hujusmodi noſter conſenſus omnibus premiſſis mature et liberaliter adhibitus perpetuo maneat inconvulſus, renunciamus preſentibus pro nobis et noſtris ſucceſſoribus in perpetuum omnibus exceptionibus et quibuslibet juris beneficiis tam canonici quam civilis, quibus idem noſter conſenſus poſſet retractari, calumpniari vel mutari. Et in omnium horum evidens teſtimonium ſigillum noſtrum duximus perpetualiter preſentibus apponendum. Teſtes eciam ſunt Ecbertus de Aſſeborch, Johannes de Ampeleve, Bertoldus de Veltem, milites, fideles noſtri, et plures alii fide digni. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo **decimo octavo quinto nonas Auguſti.**

6 *Zeugen in C* Wedekindus notarius noſter *(von erſter Hand auf Raſur)*, Otto Magnus, Seghebandus de Witdorp 8 quinto nonas Julii *in B und C von erſter Hand mit anderer Dinte eingetragen*

1318 Auguſt 14. Der Rath zu Braunſchweig an den zu Bremen: daß ſeine Bürger auf fernern Anſpruch gegen den König von Schottland verzichten, wenn ihnen wegen ihrer Antheile an einem von ſchottiſchen Seeräubern aufgebrachten Schiffe Erſatz geleiſtet werde. [838

Original zu Bremen, das Siegel fehlt. Rückvermerk von zwei Händen des XIV Jahrh. Non regiſtretur. Civitatis. *Gedruckt im Bremiſchen Urk.-B. II, S. 188 und bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. III, S. 136.*

Viris providis et honeſtis Conſulibus in Brema Conſules in Brunswic quicquid poſſunt ſervicii et honoris. Recognoſcimus preſentibus pro noſtris concivibus et eorum veris heredibus, quod de bonis eorum una cum bonis Ottonis de Revele, veſtri concivis, in nave ſua verſus Flandriam velificante ablatis nulla debet fieri peticio ſeu queſtio ab ipſis vel eorum heredibus aliqualiter in futuro, ſicuti pro ipſis inclito domino Roberto regi terre Schocie ſcripſiſtis et veſtris patentibus literis ſigillaſtis, et quod talia omnia pro ipſis ſcripta grata et rata habere debent et eorum heredes ſimiliter, ſi tamen noſtrorum concivium procuratores et predictus Otto, veſter concivis, nuncii ſpeciales ad hoc miſſi, ab ipſo domino rege Roberto vel ab illis, quorum intereſt, de bonis hujusmodi reſtitutionem, compoſitionem, gratiam vel juſticiam fuerint conſecuti. In premiſſorum teſtimonium ſigillum noſtre civitatis preſentibus eſt appenſum anno domini m° ccc° xviij° in vigilia aſſumptionis beate Marie virginis.

1318 Auguſt 15—22 Hildesheim. Bruder Gerold, Generalpropſt der Marien-Magdalenenklöſter Auguſtiner Ordens, und das Marien-Magdalenenkloſter bei Hildesheim verzichten auf all ihr Recht an zwei Buden vor dem Petrithore, die ſie Daniel v. Blekenſtedt verkauft haben. [839

Original im Stadtarchive, von den drei Siegeln iſt nur das dritte erhalten: ein paraboliſches, die h. Marie Magdalene mit der Umſchr. S·SORO . . . ·PENITENT . ·IN·HILDENSEM.

DEi miſeracione frater Geroldus, generalis prepoſitus monaſteriorum beate Marie Magdalene ordinis ſancti Auguſtini, necnon Hynricus prepoſitus, Margareta prioriſſa totumque collegium monaſterii beate Marie Magdalene apud muros Hildenſem omnibus hoc ſcriptum cernentibus ſive audientibus ſalutem in domino ſempiternam. Litteris preſentibus pupplice proteſtamur, quod nos unanimi conſenſu conſenſimus et conſentimus, quod duas caſas ſitas ante portam beati Petri in Bruneswich, ad nos ſpectantes, poſt mortem fratris noſtri Johannis, quas Danieli burgenſi dicto de Blekenſtede et ſuis veris heredibus pro tredecim marcis puri argenti vendidimus, fixum et ratum habentes, quicquid juris in predictis caſis habuimus vel habemus, plane reſignamus in hiis ſcriptis. Super qua reſignacione litteram preſentem inde confectam ſigillorum noſtrorum, videlicet generalis prepoſiti ac Hynrici prepoſiti et conventus noſtri, munimine fecimus roborari. Actum et datum Hildenſem anno domini m° ccc° xviij° infra octavas aſſumpcionis beate Marie virginis.

Im Orig. 5 ſtitas 8 caſibus

1318 Auguſt 29 Bremen. Der Rath zu Bremen an den zu Braunſchweig: daß ſein Bürger Otto v. Reval auf fernern Anſpruch gegen den König von Schottland verzichtet, wenn ihm wegen ſeines Antheils an einem von ſchottiſchen Seeräubern aufgebrachten Schiffe Erſatz geleiſtet werde.

Original im Stadtarchive, das Siegel vom Bande getrennt. Rückvermerk des XIV Jahrh. Littera bremenſis de rege Scocie. *Gedr. im Bremiſchen Urk.-B. II, S. 189. — Vgl. Nr 838.*

HOnorabilibus viris ac honeſtis . . dominis . . Conſulibus in Brunswich . . Conſules civitatis Bremenſis quicquid poſſunt obſequii et honoris. Tenore preſencium duximus firmiter proteſtandum, quod Otto de Revele, noſter concivis, ac heredes ſui ſuper nave ac bonis ſibi per quosdam malivolos de regno Scocie ablatis, ſicut domino Rodberto, regi ibidem, pro ipſis et veſtris concivibus ſcripſiſtis, non inſtituent nec movebunt in perpetuum actionem, dummodo tamen ab eodem rege vel eis, quorum intereſt, bonorum ſuorum reſtitutionem aut compoſitionem amicabilem fuerint conſecuti. In cujus rei teſtimonium ſigillum civitatis noſtre preſentibus eſt appenſum. Datum Breme anno domini milleſimo ccc° xviij° in die decollacionis beati Johannis baptiſte.

Im Orig. 26 babtiſte

1318 September 21. Dekan und Capitel zu St Blaſien überlaſſen der Prieſterbrüderſchaft die Gertrudenkapelle daſelbſt und ordnen den Gottesdienſt darin. [841

Das Original iſt verloren, ebenſo das Original des Notariatsinſtrumentes vom Jahre 1450, worin dieſe Urkunde transſumiert war. Eine Abſchrift in einem Copialbuche der Ulricikirche (XVIII Jahrh.), S. 140. Nach dem Originale gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt. II, Beil. S. 125. — Vgl. Nr 837.

IN nomine ſancte et individue trinitatis amen. Engelbertus Dei gracia decanus totumque capitulum eccleſie ſancti Blaſii in Brunswich omnibus in perpetuum. Memoria hominum conſulte juvatur, dum geſte rei veritas litterarum teſtimonio roboratur. Hinc eſt, quod notum fieri volumus tam preſentibus quam futuris, quod capella ſancte Gertrudis virginis exiſtens in Brunswich ſub capella ſancti Georgii martiris ad decaniam eccleſie noſtre pertinentis a confratribus et conſororibus ſacerdotalis confraternitatis ibidem ac aliorum bonorum hominum piis largicionibus ad divini cultus augmentum dotari valeat taliter, ut fiat perpetuum ac ſpeciale beneficium. Ad hoc matura deliberatione prehabita unanimiter conſenſimus et in Dei nomine preſentibus conſentimus, decernentes una cum dominis noſtris illuſtribus principibus Hinrico et Alberto, ducibus in Brunswich, ac Ottone duce ibidem et in Luneborgh, ymmo eciam cum confratribus et conſororibus predicte confraternitatis, quod, cum eadem capella ſancte Gertrudis fuerit dotata et beneficium effecta, decanus eccleſie noſtre in perpetuum perfectum jus habeat conferendi eandem capellam uni presbitero, quem duxerit eligendum, qui ſit in confraternitate predicta et per annum ante fraternitate fuerit in eadem. Simili modo ipſe decanus idem jus habeat conferendi altare ſancte Thome epiſcopi et martiris ejusdem capelle, ſi ipſum dotatum fuerit in futuro. Adicimus eciam cum predictis confratribus ſtatuendo, quod, ſi decanus predictus antedictam capellam ſancte Gertrudis aut altare ſancti Thome infra quindenam a die, quo vacare contigerit, conputandam non confert alicui ſacerdoti in predicta confraternitate exiſtenti et qui per annum ante fuerit in eadem, tunc ipſo facto talis ſua collacio debet eſſe inefficax atque nulla, debetque privatus eſſe poteſtate et jure conferendi illa vice, et prepoſitus antedicte confraternitatis debet ipſam capellam aut ipſum altare conferre uni ſacerdoti, qui ſit et ante fuerit per annum in confraternitate memorata, ſalvo tamen ipſi decano in poſterum jure conferendi ipſam capellam et altare, premiſſis condicionibus in conferendo per ipſum obſervatis. Conſentimus inſuper et irrevocabiliter indulgemus, ut confratres et conſorores ſepedicte confraternitatis habere debeant eandem capellam ad divinum officium ſuorumque confratrum et conſororum memoriam et ad alias laudabiles ab ipſis conſuetas obſervancias in ea perpetuo peragendas. Et quicquid in feria ſexta penthecoſtes et memoriis vel triceſimis eorundem confratrum et conſororum oblatum fuerit, ipſa confraternitas obtinebit. Inſuper cum eisdem confratribus canonice ſtatuentes, quod rectores ejusdem capelle et altaris predicti domino noſtro decano facient obedienciam, et ipſe eorum negligencias in divino officio ac alios exceſſus eorum, ſi quos commiſerint, corriget diligenter, et ſi aliquis eorum incorrigibilis extiterit aut exceſſus ſui tam graves et enormes fuerint, quod ſuo beneficio ſit privandus, talis privacio aut ipſius beneficii abjudicacio fiet a domino decano cum approbacione confratrum confraternitatis memorate. Sacerdotes quoque, quibus eadem capella aut ipſum altare collata fuerit, officiabunt

In der Copie 1 *fehlt* decanus   13 ſit] ſic   30 commiſerunt

ipſam capellam perſonaliter et per ſe ipſos et legent in ea ſingulis diebus horas canonicas et vigilias ac veſperas animarum. ſed miſſas primus cantabit, et alter leget, niſi neceſſitas aut irrevocabilis cauſa ipſos excuſet. Incipiet autem quilibet ipſorum miſſas ſuas tempore conpetenti, et ſingulis dominicis diebus quilibet celebrabit officium diei, prout occurrit, et in qualibet ſeptimana quivis ipſorum celebrabit unam miſſam pro ſalute confratrum et conſororum predicte confraternitatis vivencium et unam pro memoria eorundem defunctorum, et reliquas miſſas complebunt, prout ad devocionem ipſorum dominus ipſis inſpirabit. Sacerdotes vero antedicti in feſtis dedicacionis et patronorum ejusdem capelle pulſari facient campanas ad capellam ſancti Georgii principaliter pertinentes, et horas ac miſſas feſtive ſimul cantabunt. Confratres eciam in ſuorum confratrum et conſororum memoriis vel triceſimis eciam pulſari facient, et ſi tunc dampnum aliquod in ipſis campanis vel earum pertinenciis acciderit, tale dampnum, per quos acciderit, ab illis debet emendari. Preterea rectores ſepedicte capelle et altaris antedicti in feſtis dedicacionis eccleſie noſtre et ſancti Blaſii ad primas veſperas et ad miſſas noſtrum chorum frequentabunt et in aſcenſione domini et in nativitate ſancti Johannis baptiſte ſolum ad miſſas chorum noſtrum eciam frequentabunt, propter quod, cum ipſos obire contigerit, ſuas exequias ſicut unius eccleſie noſtre vicarii peragemus. Verum, quia dominus noſter decanus ſupradictus cum approbacione noſtra pro ſe et ſuis ſucceſſoribus reliquit et relinquit eisdem ſacerdotibus predictam capellam et altare, habentibus ad vinum, ad luminaria, ad libros, ad preparamenta et ad alia neceſſaria comparanda et emenda omnes oblaciones et obvenciones et univerſaliter quicquid ſibi et ſuis ſucceſſoribus de eadem capella et altari undecunque poſſet provenire, ob hoc confratres ſepedicte confraternitatis dederunt ſibi quatuor marchas puri argenti ad comparandum perpetuos redditus pro recompenſa omni obvencionum predictarum ſibi et ſuis ſucceſſoribus perpetuo permanſuros. Igitur ut hec omnia premiſſa aput nos et ſucceſſores noſtros ſine omni excepcione et calumpnia immutabiliter perpetuo firma maneant atque rata, preſentem litteram inde conſcriptam ſigillis noſtris patenter duximus roborandam. Actum et datum in capitulo noſtro preſentibus dominis Sifrido de Althen, Borchardo de Cramme, magiſtro Brunone, Hinrico de Luneborgh, Nicolao de Werle, Thiderico de Godenſtede, Ludolpho de Honlage, Hartberto de Cramme, eccleſie noſtre canonicis, anno domini milleſimo trecenteſimo decimo octavo undecimo kalendas Octobris.

In der Copie 2 revocabilis 15 cum|ad

1318 (nach September 22). Braunſchweigiſche Burgenſen unter den Lehnsleuten Herzog Ottens. [842

Aus Herzog Ottens Lehnsbuche zu Hannover gedruckt bei Sudendorf Urk.-B. 1, S. 164 f., 174 ff.

ANno domini m°ccc°xviij° mortuo inclito principe domino Alberto, duce in Brunsw., pie memorie nobiles, barones, milites, famuli, burgenſes et cives infra ſcripti receperunt in pheodo ab illuſtre principe domino Ottone, duce in Brunsw., bona infra ſcripta.

. . . .

Iſta ſunt bona, que receperunt burgenſes in pheodo a domino Ottone, duce in Brunsw.

Conradus Holtnicker ſenior et Conradus et Hermannus fratres j manſum in Machterſem, ij manſos in Berclighe, j advocacie, alium ſolutum, ij manſos in Gilſem litonicos cum hominibus. de molendino, quod dicitur Vere, de duabus partibus terciam partem. ¶ Gotfridus et Jordanus inſtitores viij talenta denariorum in moneta, j talentum in allodio in Denchte abbatiſſe in Ganderſem pertinente, ɉ decimam in Vlechtorp, ɉ pratum ante civitatem Brunsw., xiiɉ modium brazii in molendino ſancti Andree. ¶ Conradus et Conradus de domo vij manſos in Adenum et ij areas cum omni jure et allodio iiij^or^ manſorum et curiam in Wirete. ¶ Hinricus et Wedekindus de Ganderſem advocaciam ſuper vij manſos in Brutzem cum omni jure et piſcaturam ſuper palludem. iij talenta poteſt dominus dux redimere pro l marcis. ¶ Johannes Roſeke j manſum in Watenſtede, j talentum in moneta. ¶ Helmoldus de Oldendorp ij manſos in Dhettene. ¶ Hinricus de Guſtede j talentum in moneta. ¶ Thidericus et Conradus, fratres Thiderici et Thiderici Toringhi, iiij talenta in moneta, ij areas in Kiſſenbrucke, j manſum in Sowingh. ¶ Gerhardus et Olricus et Conradus Reſen ij talenta in moneta. ¶ Bertoldus et Ludolfus de Senſtede iij manſos in Soltdalum, iij in Wendeſſem. ¶ Hinricus, Gerhardus, Dene, Heneke, Johannes de ſancto Paulo v̸ manſum in Remlinghe, iiij^or^ manſos in Denckthe, iiij talenta in moneta, dimidiam advocatiam in Elbere. ¶ Hermannus et Johannes de Lendhe j manſum et j curiam[a] in Dhettene. ¶ Hermannus Meybom ij manſos et j curiam in Tymberla. ¶ Bernardus et Lampo de Peyne iiij manſos in Lindhem. ¶ Conradus de Velſtede curiam villici in Syerdeſſen. ¶ Wedego, Rodolfus, Bertrammus de Velſtede v̸ manſum in Remlinghe, j curiam in Dalum, x̸ fertonem in advocatia Goslar. ¶ Jordanus Stapel vj manſos in Dhettene. ¶ Jordanus et Hinricus ſimul x ſol. in moneta. ¶ Hinricus Stapel curiam cum advocatia in Honrodhe. ¶ Eylardus Boneke iiij talenta in moneta, j marcam in Honrebroke. ¶ Hermannus Davidis iiiɉ manſum in Brûtzem, iiij talenta in moneta. dotalicium matris eſt. ¶ Hinricus et Hermannus Holtnicker xxx ſol. in moneta. ¶ Fredericus de Tzicte j manſum in Tzicte et in Hotzelum. ¶ Johannes de Bortvelde iij manſos in Bortvelt et iij curias ibidem. ¶ Hermannus et Nycolaus fratres de Urde j talentum in moneta. ¶ Conradus Rammesberch et Margareta uxor ſua domum et curiam ſuam in civitate Brunsw. et bona ſua in minori Svelbere. item dicta Margareta et ſui heredes j man-

In der Handſchr. 19 Heneken

a *Spätere Correctur* ij curias

ſum in Gevensleve et ſilvam, que dicitur Kolinghe. ¶ Thidericus de Hemſtede junior et Johannes Frederici iiɉ manſum in Dettene et j curiam. ¶ Georrio Ceco et ſuis patruelibus j talentum in allodio in Denchte. ¶ Tilo de gradibus et Hinricus Elye v manſos in Dalum. ¶ Hinricus Elye et Conradus frater ſuus j talentum in teolonio in Brunsw., iij ſol. in Kremlingh. ¶ Ludolfus monetarius ſenior, Ludolfus et Hinricus Hakelenberch ij talenta in moneta Brunsw. ¶ Ludolfus et Hinricus Hakelenberch advocaciam vj manſorum in Brûtzem, j ſartaginem in Dalem. ¶ Johannes de merica v manſos in Sunnenberch. ¶ Helmoldus de Peyne v manſos in Eghelmeſtede. ¶ Hildebrandus et Hen. de Luckenum j manſum in Berclingh, advocaciam ɉ manſi in Bornum.

. . . .

Hinricus apud cymiterium, Ludolfus et Helyas Felices xxvij modios brazei triticei in molendino retro urbem et dimidiam partem teolonii de ſervifia in Sacco et per totam civitatem. item iiij manſorum advocatiam in Bercligh. item advocaciam xj manſorum in Lamme. item xij talenta denariorum in moneta Brunesw. item idem Hinricus ſolus xxx ſol. in moneta Brunsw. Preterea ſciendum, quod xxvij modii brazii predicti et teolonium ſervifie poſſunt redimi pro cc marcis. ¶ Item Ludolfus et Helyas Felices et Rodolfus de Velſtede eorum ſocer v manſos in Odenum. item Rodolfus de Velſtede omnia bona eorum, ſcilicet ſuorum ſocerorum, recepit cum eis in pheodo manu conjuncta. ¶ Bernardus Wedekindi iɉ manſum in Watteceſem. ¶ Hermannus filius ſuus ij talenta in moneta Brunesw.

. . . .

Ludolfus Oſſe et Johannes filius ſuus viij talenta in moneta Brunesw.

. . . .

Hermannus de Guſtede et Hermannus de Urde cives Brunesw. iiij manſos et iij curias unamque curiam, que dicitur ſedelhof, in campis et villa Wendeſſem. ¶ Fredericus Rotcheri ɉ manſum in ſuperiori Tzikte et ɉ manſum in Hotzelum. ¶ Hennigus et Felix fratres et filii quondam Ludolfi Felicis advocatiam x manſorum in Tzicte cum ſpacio Wulwesbam. item v manſos in Odenum. item cum Hinrico de cimiterio xxvij choros braſii cum tollen. item in Berclinghe advocatiam iiij manſorum.

In der Handſchr. 2 Federici *22 ff. ſpätere Zuſätze* 26 Berlinghe

Nach 1318 September 22. Der Rath ertheilt dem von Duderſtadt Rechtsbelehrungen. [843

Original zu Duderſtadt, der grüne Siegelverſchluß abgefallen; Aufſchrift Honorabilibus viris dominis . . Conſulibus in Duderſtat preſentetur. *Gedruckt bei Jäger, Urk.-B. der St. Duderſtadt S. 143, wo die früheren Drucke angemerkt ſind. — Der hier erwähnte Junker Ernſt war der Sohn Herz. Albrechts des Fetten, der 1318 September 22 ſtarb.*

DHen wiſen erhaftighen mannen, dhen herren dhem .. Rade to Duderſtad umbudet dhe Rad to Bruneswich ſtede gunſte unde iren willeghen dieneſt berede in allen dingen. Alſo gi uns hebben ghebeden in juwen breven, en recht to ſprekene umme de ſake, dhe darinne waren beſcreven, des antworde we alſo. Uppe dat erſte ſtucke, van juwem borghere, dhe dar was ghevangen: moghen dhe lude dhes vullenkomen, dat he ſin lif hebbe gheloſt mit eren ſcapen, ſo ſcole he ſe en to rechte ghelden were dhes nicht, ſo ſcolen ſe ſe to rechte vordheren up jene, dhe ſe nomen hebben. Uppe dat andere ſtucke, umme dhene man, dhene uſe juncherre hertoghe Erneſt to eghene vorderet, ſcole gi weten, dat uſe recht is van uſen herren den vorſten: ſwelk uſe borghere mit uns ſit jar unde dach ane anſprake, dhene hebbe we vor enen vryen borghere. na dem male aver, dat he ſik fry kofte, ſo is ſin recht diſte betere. Vortmer umme dhene man, dhen dat richte ſculdeget umme dat water: were dhat mit uns gheſchen, dat it deme Rade duchte en broke weſen, ſo velle dhem richte dat hogeſte wedde, dat weren ſeſtich ſcillinge. duchte it aver dem Rade nen broke weſen, ſo ne hedde dat richte dar nicht an. Umme dhe möntere, alſo gi hebben gheſcreven: weret, dat alſodan ding mit us ghevallen were, dar ne were nen broke an tyghen dhe herſcap. Vorbat umme dhen man, dhe de vrowen nam, dar uſe juncherre hertoghe Erneſt up ſprickt: were en ſodan ding bi us gheſchen, dat moſte dat geyſtlike richte untwerren. aver uppe dhe ſake en hedde de herſcap unde dat werlike richte nicht to vorderne. Ghebedet uns to allen tiden.

1318 October 6 Braunſchweig. Die Brüder v. Wenden eignen dem Marienſpitale drei Hufen zu Wendebüttel, was Balduins Söhne anerkennen. [844

Original im Stadtarchive; von den drei Siegeln iſt nur das erſte erhalten. Rückvermerk des XIV Jahrh. translatio proprietatis trium manſorum in Wendebutle facta in hoſpitale.

NOs Henricus et Baldewinus milites fratres, filii quondam Ludolfi militis de Wenden, tenore preſencium publice recognoſcimus et teſtamur, quod discreti viri Henricus ſacerdos dictus de ſancto Sthephano, Henricus Elye et Wedegho de Veltſtede, burgenſes in Bruneswich, proviſores hoſpitalis ſancte Marie apud Longum pontem ibidem, cum approbacione noſtra emerunt hoſpitali jam dicto a Bertoldo de Gotlande, burgenſe in Bruneswich, et Jordano filio fratris ſui et ipſorum heredibus tres manſos ſitos in campis ville Wendebutle cum omnibus eorum juribus et pertinenciis univerſis, quos, ſicut iidem Bertoldus et Jordanus a nobis in pheodo tenuerunt, libere nobis reſignabant. Qua reſignacione rite facta nos predictis proviſoribus id a nobis optinentibus et ordinantibus cum conſenſu omnium heredum et propinquorum noſtrorum et omnium eorum, quorum conſenſus de jure vel de conſuetudine ad hoc fuerat requirendus,

et principaliter cum conſenſu Ludolfi, Luthardi et Baldewini filiorum mei, videlicet Baldewini militis ſupradicti, prefatos tres manſos pro ſalubribus remediis noſtrarum ac parentum noſtrorum animarum ab omni jure advocacie, comicie et qualibet ſervitute prorſus liberos cum omnibus eciam eorum proventibus, juribus ac pertinenciis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis cum proprietate eorundem matura deliberatione prehabita donavimus et in Dei nomine per preſentes damus hoſpitali ſancte Marie predicto ad ſuſtentacionem et refectionem languencium in eodem proprietatis et libertatis tytulo, ſicut eos pacifice poſſedimus, perpetuo poſſidendos. Et miſimus predictos proviſores tam ſuo quam predicti hoſpitalis nomine in predictorum manſorum poſſeſſionem corporalem renunciando pro nobis et noſtris heredibus omnibus utilitatibus et juribus, que nobis in eisdem manſis conpetebant et conpetere poſſent in futuro. Promiſimus inſuper et promittimus per preſentes, quod volumus ipſum hoſpitale ſepedictum et quoslibet ſuos proviſores de ſupradictis manſis et eorum proprietate legitime warandare et de evictione cavere et indempnes conſervare et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, impetitionem aut controverſiam ipſis moveri contigerit de aliquo premiſſorum. In quorum omnium teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus patenter apponenda. Nos eciam Ludolfus, Luthardus et Baldewinus predicti recognoſcimus, donacionem et translacionem predictorum trium manſorum et proprietatis eorum in predictum hoſpitale cum expreſſo conſenſu noſtro legaliter eſſe factam. In cujus rei teſtimonium ego Ludolfus eciam ſigillum meum duxi preſentibus apponendum. nos vero Luthardus et Baldewinus, quia propriis ſigillis caremus, ſigillis videlicet patris noſtri ſupradicti et fratris noſtri Ludolfi jam premiſſi pro nobis ſumus uſi. Teſtes eciam omnium premiſſorum ſunt Jordanus et Henricus dicti Stapel, Gherardus et Olricus fratres dicti Reſen, Ludolfus Elye, burgenſes in Bruneswich, fideles noſtri, et plures alii fide digni. Actum et datum ibidem anno domini milleſimo trecenteſimo decimo octavo pridie nonas Octobris.

Im Orig. 4 *fehlt* in

1318 October 28. Herzog Otto ertheilt der Stadt ſeinen Huldebrief. [845

I, S. 30.

1318 October 28. Herzog Otto überträgt dem Blaſienſtifte die Zehnten zu Atzum (Atleveſſe) *und* Weſtrum, *die ſelbigem ſein Vater ſeit dem Ankauf vorenthalten hat. Unter den Zeugen* David Kronesben, Wedego de Veltſtede, Hillebrandus Eleri, burgenſes in Bruneswich. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo octavo in die ſanctorum Symonis et Jude apoſtolorum.

Original zu Wolfenbüttel.

1318 November 12. Herzog Otto entſcheidet die von den Bauern zu Harveſſe (Herwardiſſen) *und den benachbarten Müllern erhobene Klage der Mühle halber, die dort mit Erlaubniß ſeines Vaters, Herzog Ottens, das Kloſter Riddagshauſen gebaut hat, dahin, daß ſelbige von dieſem auch ferner betrieben werden ſoll, da ſie laut eines Gutachtens ſeiner Getreuen — der Ritter Heinrich und Ludolf v. Wenden, Jordan v. Wendhauſen* (de Wenthuſen), *Ludolf v. Weferlingen* (de Weverlinge) *und Rudolf v. Garßenbüttel* (de Garsnebutle), *des Gogreven Johann zu Salzdahlum* (Soltdalem), *des Vogtes Molenverken zu Wolfenbüttel, der Müller Hildebrand in der Aegidien-, Hermann in der Damm- und Hermann in der Südmühle zu Braunſchweig, ſowie endlich des Zimmermanns Hildebrand zu Veltheim* (Veltem) — *ohne Schaden der oberen und der unteren Mühle, der anliegenden Wieſen und aller benachbarten Dörfer beſtehen kann.* Datum anno domini milleſimo ccc° xviij° in craſtino Martini epiſcopi. [847

Original zu Wolfenbüttel.

1318 December 6 Braunſchweig. Edler Walther v. Dorſtadt eignet Johann v. Volzum eine halbe Hufe zu Volzum. [848

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel.

NOs Woltherus de Dorſtat nobilis omnia preſencia viſuris ſeu audituris volumus eſſe notum, quod accedente conſenſu Borchardi filii noſtri et omnium heredum noſtrorum, quorum conſenſus merito fuerat requirendus, donavimus et preſentibus exnunc donamus Johanni de Volkſem, civi in Brunswic, et ſuis veris heredibus proprietatem unius dimidii manſi ſiti in campis ville Volkſem, quam medietatem jam dicti manſi a nobis poſſedit et tenuit titulo pheodali, renunciantes pro nobis et noſtris heredibus omni juri, quod nobis aut ipſis in medietate ſupradicti manſi proprietate aut pheodo conpetebat aut conpetere poſſet aliqualiter in futuro. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes hujus rei ſunt Godefridus et Jordanus fratres Inſtitores, Thidericus Turingus ſenior et Bernardus Kale, fideles noſtri, cives in Brunswic, et quam plures alii fide digni. Datum Bruneswic anno domini m° ccc° xviij° in die beati Nicolai.

1318 December 13. Sigfrid v. Alten, Pfarrer zu St Martini, urkundet über eine Memorienſtiftung der Witwe Johann Salgens. [849

Original im Stadtarchive, das Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. littera plebani ſancti Martini ſuper altare v feria Johannis Felicis et uxoris ejus; *ſeitwärts* ſancti Mathie et . . . .

IN nomine domini amen. Syfridus de Alten, canonicus eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich et rector eccleſie ſancti Martini ibidem, omnibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, ſalutem in domino. Notum eſſe volumus univerſis, quod domina Elizabeth, relicta Johannis Felicis pie memorie, cum conſenſu filiorum ac omnium heredum ſuorum ad exequendum fideliter teſtamentum ab ipſo Johanne marito ſuo ſalubriter ordinatum ad honorem domini noſtri Jheſu Criſti et beatiſſime matris ejus Marie et pro ſalutari remedio dilecti mariti ſui et ſue ipſius et omnium parentum ſuorum matura deliberacione prehabita, inſpirante ſibi divina gracia ad divini cultus aucmentum, liberaliter in nomine domini donavit ac contulit integrum chorum ſalis ſitum in tota domo Deynghe in ſalina Luneborch ad altare dedicatum in honore apoſtolorum, videlicet Andree et Mathye, ſanctique Auctoris confeſſoris et pontificis necnon et beate Elizabeth vidue, ſitum in parte aquilonari verſus orientem, ad unam miſſam perpetuo in eodem altari ſingulis diebus celebrandam condicionibus infraſcriptis obſervatis. Conſules Antique civitatis Brunesw., qui pro tempore fuerint, recipient perpetuo proventus dicti integri chori et miniſtrabunt eos integraliter nobis aut gerenti vices noſtras et noſtris ſucceſſoribus ſingulis annis in feſto nativitatis domini, ut de eisdem redditibus demus octo ſolidos bruneswicenſium denariorum ad duas memorias, ſcilicet mariti ſui predicti et ſue ipſius ac parentum eorum, in eccleſia noſtra ſancti Martini annis ſingulis peragendas, et ut eciam conducamus et teneamus in expenſis ſpecialem et ydoneum ſacerdotem, qui in faciendis ac dimittendis voluntati noſtre ſe conformet ſicut alii noſtri capellani ac celebret ſingulis diebus unam miſſam ad altare ſupra dictum. Si vero nos vel gerens vices noſtras et noſtri ſucceſſores predictos octo ſolidos non daremus aut unam miſſam ad dictum altare non faceremus ſingulis diebus diligenter et conſueto tempore celebrari aut nos vel quicunque alius vellemus de predicto choro facere beneficium ſpeciale, tunc predicti Conſules, quia condiciones in donationibus appoſite ſicut in aliis contractibus exacta diligencia ſunt ſervande, de predictis proventibus libere, ubicunque voluerint, dictas memorias ordinabunt peragi et ſingulis diebus unam miſſam procurabunt celebrari, donec nos vel gerens vices noſtras et noſtri ſucceſſores procuremus, quod dicti denarii dentur et eadem miſſa celebretur in altari ſepedicto ſecundum formam jam premiſſam. Nos igitur piam et devotam donacionem predicti chori racionabilem et laudabilem judicantes ipſam omnesque ac ſingulas condiciones preſcriptas pro nobis ac noſtris ſucceſſoribus acceptamus et easdem, prout noſtra intereſt, in Dei nomine ratificamus et confirmamus volentes, ut tam a nobis quam a noſtris ſucceſſoribus perpetuis temporibus maneant penitus inconvulſe. Preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo noſtro duximus patenter roborandam. Teſtes ſunt honorabilis vir dominus Enghelbertus, noſtre eccleſie decanus, Reymboldus ſcholaſticus et plebanus eccleſie ſancte Katherine, magiſter Bruno, plebanus eccleſie ſancti Andree, Johannes canonicus montis ſancti Cyriaci et

rector eccleſie ſancti Mychahelis, Johannes rector capellarum apoſtolorum, ſcilicet Pauli et Jacobi, Conradus plebanus in Runinghe et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini m° ccc° xviij° in die beate Lucie virginis.

1318 December 17. Die Brüder Doring verkaufen der Prieſterbrüderſchaft zwei Hufen und zwei Wurten zu Bisdorf. [850

Das Original iſt verloren: Abſchrift in einem Copialbuche der Ulricikirche (xviii Jahrh.), S. 4.

NOs Thidericus et Conradus fratres, filii quondam Thiderici Dhoring, burgenſes in Bruneswich, tenore preſentium publice recognoſcimus et teſtamur, quod vendidimus pro viginti quatuor marcis puri argenti nobis perſolutis . . prepoſito et confratribus ac conſororibus ſacerdotalis confraternitatis ibidem duos manſos ſitos in campis ville quondam Byſcopeſtorp et duas areas ibidem ad eosdem manſos pertinentes cum omnibus etiam aliis eorum utilitatibus et pertinentiis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure advocacie, comicie et qualibet ſervitute liberos, ſicut eos poſſedimus, libere poſſidendos, et promiſimus ipſis et promittimus per preſentes, quod volumus ipſos de predictis manſis et eorum pertinentiis legittime warandare et indempnes conſervare et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpetitionem, aut controverſiam ipſis moveri contigerit de aliquo premiſſorum. Ad quod faciendum obligando nos ipſis et quemlibet noſtrum in ſolidum, ego Thidericus ſigillum meum pro me et fratre meo predicto ſigillum ſpeciale non habente duxi preſentibus patenter apponendum. Ego vero Conradus etiam predictus, quia ſigillo proprio careo, ſigillo Thiderici fratris mei predicti ſecum coutor ad premiſſa. Teſtes eciam ſunt Conradus Holtnicker junior, Bertrammus de Dammone, conburgenſes noſtri, et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini milleſimo ccc° decimo octavo ſexto decimo kalendas Januarii.

In der Handſchr. 12 fehlt in

1318 December 20. Das Kreuzkloſter ſchenkt der Prieſterbrüderſchaft ſeine von Rudolf Kotze v. Winnigſtedt gekauften zwei Hufen und zwei Wurten zu Bisdorf. [851

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Gertrudenkalands), die Siegel an grünen Seidenſträngen, das des Propſtes in rothem, das der Aebtiſſin in ungefärbtem Wachs.

IN nomine ſancte et individue trinitatis. Johannes Dei gracia prepoſitus, Ghertrudis abbatiſſa totusque conventus ſanctimonialium monaſterii ſancte Crucis in Rennelberghe omnibus in perpetuum. Memoria hominum conſulte juvatur, dum geſte rei veritas litterarum teſtimonio ro-

boratur. Hinc eſt, quod notum fieri volumus tam preſentibus quam futuris, quod bona deliberatione prehabita et concordi voluntate dimiſimus, ſicut nobis conſtabant, et in Dei nomine dimittimus per preſentes . . prepoſito ac confratribus et conſororibus ſacerdotalis confraternitatis in Bruneswich duos manſos ſitos in campis ville quondam Byſcopestorp et duas areas ibidem ad eosdem manſos pertinentes cum omnibus eciam aliis eorum utilitatibus et juribus ac pertinenciis univerſis in villis, ſilvis, agris, pratis, campis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure advocacie, comicie et qualibet ſervitute prorſus liberos, a Rodolfo dicto Kozcen de Winniggeſtede nobis empcionis tytulo conparatos. Sed quia hiidem manſi propter diſtanciam loci, ut experimento didicimus, minus nobis conpetere videbantur, proprietatem ipſorum donavimus et per preſentes donamus prepoſito et confratribus ac conſororibus predicte confraternitatis cum proprietate eciam predictarum arearum et omnium eorum pertinencium cum litteris quoque illuſtris principis pie recordacionis Alberti ducis quondam in Bruneswich, quibus ipſe eandem nobis proprietatem legaliter donaverat et firmaverat nobis poſſeſſionis et proprietatis eorundem manſorum et ſuorum pertinencium firmam pacem atque bannum. Renunciamus igitur predictis manſis et areis ac proprietati eorum omnique utilitati et juri, quod nobis in eis conpetebat et conpetere potuiſſet in futuro, ac beneficio reſtitutionis in integrum et omnibus juris beneficiis, quibus eorundem manſorum alienatio et proprietatis eorum per nos prefato modo in confratres et conſorores predicte confraternitatis facta donatio et translatio poſſet retractari, calumpniari vel reſcindi, ſine omni exceptione ratum habituri, quicquid hiidem confratres et conſorores cum eisdem manſis duxerint faciendum. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus patenter apponenda. Teſtes eciam ſunt domini Thidericus, Johannes de Valeberghe et Henricus, ſacerdotes noſtri capellani, frater Henricus, magiſter curie noſtre, Bertrammus de Dammone et Thidericus filius quondam Thiderici Doring, burgenſes in Bruneswich, et plures alii ſide digni. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo octavo tertiodecimo kalendas Januarii.

Im Orig. 6 *fehlt* in   19 recindi

1319. Erbverfügung Johanns v. Schöppenſtedt. [852

Aus dem älteſten Degedingebuche des Hagens Bl. 4. Vorher Nr 805.

NOverint univerſi preſentium inſpectores, quod ego Johannes de Schepenſtidde, civis in Brunswich, uxori mee Gertrudi decem talenta brunswicenſis ponderis et valoris de ſucceſſione hereditatis mee poſt debitam carnis mee reſolutionem dedi et finaliter aſſignavi. Quicquid vero de dicta hereditate mea reſiduum fuerit, inter Gertrudim uxorem meam prefatam et

Johannam filiam meam equaliter dividetur. Super hec predicta nos Conradus de Twelken, Jordanus Stapel, Hermannus Stephani, Albertus Cruſen, Gherardus Peperkellere et Johannes Frederici, tunc temporis Indaginis Brunswich Conſules, teſtes exiſtimus, quando ſuper ea fuerimus requiſiti.

1319 März Avignon. Zwei Patriarchen, drei Erzbiſchöfe und fünf Biſchöfe verheißen denen, die die Michaeliskirche zu gewiſſen Feſtzeiten beſuchen, auf deren Kirchhofe beten, den Leib des Herrn zu Kranken geleiten, den heiligen Aemtern, Begäng- und Begräbniſſen dort beiwohnen und der Kirche milde Handreichung leiſten, vierzigtägigen Ablaß, was Biſchof Otto von Hildesheim am 24. September beſtätigt. [853

Original im Stadtarchive; von den rothen, abwechſelnd an rothen und grünen geflochtenen Seidenſchnüren hangenden Siegeln der zehn Ausſteller iſt das dritte abgefallen; mit den rothgelben Seidenſchnüren des Siegels Biſchof Ottens von Hildesheim iſt inmitten auf der Falte deſſen Beſtätigungsurkunde befeſtigt. Gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hiſt. II, Beil. S. 206. — Formular wie Nr 459.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis nos miſeracione divina Yſnardus Anthiocenus, Dominicus Gradenſis patriarche, Petrus Raguſinus, Reymundus Adrianopolitanus, Roſtanus Neopatenſis archiepiſcopi, Orlandus Domocenus, Johannes Recrehenſis, Nycolaus Argolicenus, Petrus Narnienus, Egidius Andrinopolenſis, epiſcopi, ſalutem in domino. Splendor paterne glorie, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipſius clementiſſima majeſtate ſperantium tunc precipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum meritis et precibus adjuvatur. Cupientes, ut eccleſia ſancti Michaelis Brunswicenſis, Hildenſemenſis dioc., congruis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad dictam eccleſiam in ipſius feſtis necnon in feſtivitatibus nativitatis domini noſtri Jheſu Chriſti, circumciſionis, epyphanie, palmarum, paraſceves, reſurrectionis, aſcenſionis, penthecoſtes, trinitatis, corporis Chriſti, ſancte crucis, quatuor feſtivitatibus beate virginis Marie omniumque ac ſingulorum apoſtolorum et ewangeliſtarum, ſanctorum Michaelis archangeli, Johannis baptiſte, Laurentii, Martini, Nicolai, Godehardi ac ſanctarum Marie Magdalene, Katerine, Margarete, Barbare, Agate, undecim milium virginum necnon in commemoratione omnium ſanctorum, inſuper et illorum ſanctorum, quorum reliquie in dicta eccleſia contente in ſpeciali habentur reverentia, in dedicatione ipſius eccleſie aut per octavas dictarum feſtivitatum octavas habentium cauſa devotionis, peregrinationis vel orationis acceſſerint ſeu cimiterium circuierint aut corpus Chriſti devote ſecuti fuerint, cum portatur infirmis, aut qui

Im Orig. 19 *fehlt* proſequitur 26 Johannes 31 circuerint

miſſis, predicationibus et aliis divinis officiis, exequiis et ſepulturis mortuorum in dicta eccleſia aut ejus cimiterio devote interfuerint, vel qui in extremis laborantes eidem eccleſie quicquam ſuarum legaverint facultatum, ſeu qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dicte eccleſie neceſſaria manus porrexerint adjutrices, quociens predicta aut predictorum aliquid fecerint, nos de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi ſinguli noſtrum ſingulis quadraginta dies de injunctis eis penitentiis in domino miſericorditer relaxamus, dummodo dioceſani voluntas ad id acceſſerit et conſenſus. In quorum omnium teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Avinion[s] apud apoſtolicam ſedem anno domini m° ccc° xviiij° menſe Martii, pontificatus domini Johannis pape xxij anno tertio.

Nos Otto Dei et apoſtolice ſedis gracia Hildenſemenſis eccleſie electus preſentis tenoris gratiam gratam et ratam habentes eam auctoritate ordinaria cum ſimili quadraginta dierum indulgentia preſentibus in nomine domini confirmamus. In cujus rei teſtimonium preſentem cartam hiis litteris annecti et ſigillo noſtro fecimus ſigillari. Datum Hildenſem anno domini milleſimo ccc° decimo nono, quinto kalendas Octobris.

Im Orig. 5 ſingulis] ſingulas 7 preſentebus

1319 April 1. Herzog Otto ſchenkt dem Marienſpitale ſeine 15 Schilling Rente von den drei Hufen des Spitales zu Denſtorf. [854

Original im Stadtarchive, das Siegel an grünem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. de tribus manſis in Denſtorp.

DEi gracia nos Otto dux in Brunswic recognoſcimus preſentibus noſtro ſigillo munitis, quod propter Deum pure dedimus et preſentibus donamus redditus quindecim ſolidorum brunswicenſium denariorum, quos habuimus in tribus manſis in Denſtorpe pertinentibus hoſpitali ſancte Marie apud Longum pontem in Brunswic ipſi hoſpitali cum proprietate eorundem reddituum perpetuo poſſidendos, renunciantes pro nobis et noſtris heredibus omni juri, quod nobis aut ipſis in predictis redditibus et proprietate eorundem conpetere videbatur. Teſtes hujus rei ſunt Henricus de Wenden, Ekbertus de Aſſeborch, Guntherus de Bertensleve, Ludolfus de Honleghe, milites, Hermannus Wlverammi, Conradus Holtnikkere, Eylhardus Boneke, Henricus Elye, Wedego de Veltſtede et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° decimo nono in die palmarum.

1319 April 4. Propſt Heinrich, Priorin Mechtild, Küſterin Richeid, Cantorin Margareta und Convent zu Heiningen (Heninghe) *bekunden, daß Schweſter Luckard v. d. Aſſeburg dem Kloſter für 22 Mark zwei Hufen zu Gr.-Flöthe* (in campis ville majoris Vlotede) *wiedergekauft hat, von*

deren Aufkünften den Schweſtern zu Advent und am Aſchermittwoch jedesmal eine Tonne Häringe, auf Marien Verkündigung und Gründonnerstag Ergötzlichkeiten (duas conſolationes caritativas, que duo ſervitia dicuntur) *beſchafft, die Ueberſchüſſe unter ſie vertheilt, nach dem Tode der Spenderin auch auf deren Jahrzeit Todtenmeſſen gehalten werden ſollen. Unter den Zeugen* Johannes Holtec et filius ejus Bertoldus et Bertoldus Calvus, cives in Brunswic. Datum et actum anno incarnationis dominice m°ccc°xix° in die Ambroſii epiſcopi. [855

Nach zwei Originalen zu Hannover gedruckt im Aſſeburger Urk.-B. II, S. 108.

1319 April 5. Die Brüder v. Ströbeck tauſchen mit dem Aegidienkloſter ein Grundſtück in Kapellſtöckheim aus. [856

Original zu Wolfenbüttel, das Siegel fehlt.

CUm per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret vivacitas litterarum, hinc eſt, quod nos Heyſo, Albertus et Eckelingus fratres dicti de Strobeke recognoſcimus publice per preſentes, quod cum honorabili viro domino . . abbate et conventu ſancti Egidii in Brunswic quandam permutationem fecimus per hunc modum, videlicet quod quoddam ſpacium de curia noſtra ſita in villa Kapelſtockem dedimus et aſſignavimus jam dicto conventui pro quodam alio ſpacio curie ejusdem conventus ſite in villa jam predicta. Et promiſimus et nichilominus per preſentes promittimus domino . . abbati et conventui ſepedictis, quod volumus ipſos in hujusmodi permutatione legitime warandare et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem aut inpetitionem ipſis ab aliquo moveri contigerit de permutatione ſupradicta. In cujus rei teſtimonium ſigillum mei, Heyſonis, pro me et fratribus meis ſupradictis preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini m°ccc°xviiij° in cena domini.

Im Orig. 13 abbati 14 videliced

1319 April 25. Ludolf Monetarius, Bürger (civis) *zu Braunſchweig, an den Knappen Sigfrid Schadewald* (Scadewalt): *reſigniert eine Wurt zu Stiddien* (aream in villa Stidiem). Datum anno domini milleſimo trecenteſimo decimo nono in die Marci ewangeliſte. [857

Aus dem Steterburger Copialbuche zu Wolfenbüttel, S. 671. — An demſelben Tage übertrug Sigfrid mit Zuſtimmung ſeines gleichnamigen Sohnes dieſe Wurt dem Kloſter Steterburg: ebd. S. 672.

1319 Mai 17 Braunſchweig. Herzog Otto verkauft mit Zuſtimmung ſeiner Brüder, als Alberts, Propſtes zu St Alexandri in Einbeck, Heinrichs, Kanonikus' zu Hildesheim, Luders, Johanns,

Magnus' und Ernſts, dem Kloſter Steterburg für 160 Mark das Haus Thiede (caſtrum in Thide) *und ſechs Hufen daſelbſt. Unter den Zeugen* Hermannus Wolverammi, Conradus Holtnickerus ſenior, Eylardus Boneke, Bernardus Druſebant, Henricus Elye, Rodolphus de Calve, Wedegho de Veltſtede, Hinricus Egelhardi, David Cronsben, Bertrammus de Dammone, Hillebrandus Eleri, cives in Brunswic, fideles noſtri. Actum et datum Brunswich anno domini m° ccc° xix° in die aſcenſionis domini. [858

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbüttel, S. 289. Gedruckt bei Rehtmeier, Chronica 1, S. 624.

1319 Mai 18. Der Rath erneuert das alte Gelöbniß, den Bürgern von Münden gleiche Ehre und Treue wie ſeinen eigenen zu erweiſen, und das Zeugniß, daß Herzog Otto das Kind jene Stadt mit aller und namentlich mit Steuer- und Zollfreiheit begabt hat. [859

Aus dem 1623 angefertigten Copialbuche des Syndicus Hüpeden zu Münden gedruckt (1713) bei Meiern, Orig. et antiquitates Pleſſenſes *S. 236 (M) und bei Doebner, Die Städteprivilegien Herzog Otto des Kindes, S. 41 (D): zuerſt und wohl nach dem Originale, aber incorrect, in den Ausführl. wahrh. hiſt. Braunſchweigſchen Handeln 1, S. 107 (H), woher die Abdrücke bei Rehtmeier, Chronica 1, S. 625 (R), in den Orig. Guelf. IV, S. 203 (O) und in der Götting. Zeit- u. Geſchichts-Beſchreibung III, S. 38 (G) entlehnt ſind. — Die Frage der Echtheit der inſerierten alten Urkunde, die in das Jahr 1256 geſetzt werden müßte, erörtert Doebner a. a. O. S. 10.*

NOs Conſules et univerſitas civium in Bruneswich recognoſcimus publice in hiis ſcriptis, quod ad petitionem illuſtris principis domini noſtri cariſſimi domini Ottonis ducis in Bruneswich appenſione ſigilli noſtri innovavimus literam infra ſcriptam. Conſules cum univerſitate burgenſium de Brunswich omnibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in domino. Quoniam intereuntibus hominibus ipſorum facta pariter intereunt, neceſſe eſt, ut, que a memoria hominum poterunt evagari, literarum ſubſcriptionibus fulciantur. Innoteſcat igitur univerſis tam preſentibus quam futuris hanc paginam inſpecturis, quod ob reverenciam, quam fecerunt cives de Gemunden domino noſtro duci de Brunswich in preſentatione civitatis memorate, quam ſe aſſerit ab imperio in pheodo recepiſſe, nos eis fide data ac juramento preſtito omnem honorem ac fidem, qua civibus noſtris modo debito tenemur, promiſimus perſolvendam. Conteſtamur eciam, quod dominus noſter Otto dux de Bruneswich exactione dempta omnem libertatem predicte contulit civitati. Preterea ſine theloneo omnes ſuos terminos liberi pertransibunt. Igitur, ne alicui hoc dubium videatur, preſens ſcriptum cum appenſione ſigilli noſtre civitatis fecimus roborari. Dominus quoque Baldewinus de Blankenborch, Dhetmarus et Bodo

17 in *fehlt HRGO* 18 illuſtriſſimi *HRGO* clementiſſimi *HRGO* 21 Quoniam *HRGO* | Quemadmodum *DM* 22 ſuperſcriptionibus *HRGO* 25 ei *M* 26 qua *HRGO* | quam *DM* concivibus *HRGO* 27 Conteſtamur *HRGO* | Proteſtamur *DM* 28 ſine *DM* | cum *HRGO* 30 dominusque *HRGO*

milites de Adelevessen et Herwicus miles de Czellis hec, que conscripta sunt, fide data eis firmiter promiserunt. In hujus innovationis testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Hujus rei testes sunt nobilis vir dominus Hermannus dominus de Plesse, dominus Ecbertus de Asseborch, dominus Dhethardus et dominus Conradus fratres de Rostorp, dominus Heidenricus dictus Struz et dominus Henricus de Boventen, milites, et alii fide digni. Innovata et data est hec littera anno domini m° ccc° decimo nono in crastino ascensionis domini.

1 milites *fehlt HRGO*, Henricus *M*, Heluicus miles de Ctellig *HGO*, Helvicus miles de Gellig *R* 3 nobilis et dominus *HRG*, nobilis dominus *O*, Hermannus *fehlt R*, dominus *fehlt O* 4 de] in *MHRGO* Dethmarus *HRGO* fratres *fehlt HRG* Heydenricus N. *HR*, Heydenricus . . . *GO* 5 Striz *M* Henricus *DM* Gunt. *HRG*, Gunt. *O*

1319 Juli 6. Das Vehmgericht gehegt. [860

Aus dem Liber judicii vemeding. — *Fortsetzung von Nr 759.*

ANno domini m° ccc° xix° octava apostolorum Petri et Pauli factum est vemeding in fossa *Bl. 33* Nove civitatis.

¶ Bard sartor citavit Johannem Thuringum, servum suum, pro furto. ¶ Hermannus Borndreghere citavit Ludolfum Lekebent pro furto. ¶ Papestorp faber citavit Henneken de Luneborch pro traditione. ¶ Luderus de Broke citavit Johannem, filium Braderes. ¶ Hermannus Bernardi citavit quendam dictum Wenke. ¶ Heyseko de Strobeke citavit Bremere. ¶ Deneko Faber citavit Thidericum Westfal et Tilonem Scapeshovet pro furto. ¶ Muscate institor citavit Johannem Gruceman. ¶ Bertram de Borchwede citavit Hilbrandum. ¶ Henning Frederici citavit Thilen Hessen. ¶ Slachman citavit Nicolaum de Rozstok. ¶ Arnoldus Kannenghetere citavit Ghesen, Ludolfum et Henningum, fratres ejus. ¶ Helmoldus de Zampleve citavit Ditmarum de Halverstat. ¶ Johannes de Calve citavit Henningum Rudorm, servum suum. ¶ Everhardus Fullo citavit Hermannum Bosedowen. ¶ Luderus de stupa citavit Henningum molenknechte. ¶ Ludolfus de Tweleken citavit Henningum de Heyde. ¶ Ludolfus de Dalem citavit Henricum de Dettene, sororium Ludolfi Scerf. ¶ Henricus de Wendeborch citavit Thileconem de Veltstede de Cochinge. ¶ Hilbrand mit den waren worden citavit Ludekonem de Gerdowe. ¶ Ludolfus Mule citavit Henningum, filium Robben. ¶ Ludolfus Clot citavit Arnoldum de Alvelde. ¶ Luderus Kozzeman citavit Johannem Smalt. ¶ Tilo aurifaber citavit Johannem Bonsak. ¶ Consules de Veteri vico citaverunt Bartoldum Dūnz. ¶ Fricko Tzeghemeghe citavit Johannem, servum Tacken. ¶ Johannes Lakenscerere citavit Arnoldum Krevet. ¶ Bertram de Borchwede junior citavit Johannem de Hamelen wulleslegere. | ¶ Conradus de Meydeborch citavit Thilekonem Scapes- *Bl. 33'*

12 *Vorher vermerkt*: iiij^or anni, ut videtur, erant sine judicio

hovet. ¶ Magiſter Henricus de Colne citavit Bruchen pro falſis teſſeribus. ¶ Ludolfus de Avacra citavit Henricum de Haſe pro furto. ¶ Boſevelt juravit ſeptimus. ¶ Wegheneres et teſſeratores ſunt iſti: Machorius, juravit ſeptimus, Jonas, juravit ſeptimus, Krevet, juravit ſolus, Vo°s, juravit ſolus, Antlat, juravit ſolus, Bruche et Sak, non juraverunt, Conradus Bradere, juravit ſolus, Brink, non juravit.

1319 Juli 27. Ritter Jordan v. Wendhauſen verkauft der Prieſterbrüderſchaft zwei Hufen und einen Hof zu Uehrde, reſigniert ſie Herzog Otten, damit dieſer dem Kloſter ſie eigne, und trägt dem Herzog zum Entgelt zwei eigene Hufen in Stiddien auf. [861

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Gertrudenkalands), das Siegel in grünem Wachs an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. Littera domini Jordani militis de Wenthuſen ſuper vendicione duorum manſorum ſitorum in campis ville Urede.

UNiverſis Chriſti fidelibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, Jordanus de Wenthuſen miles ſalutem in domino ſempiternam. Ad noticiam omnium tam preſencium quam futurorum cupio publice pervenire, quod cum ſcitu et expreſſo conſenſu filiorum meorum Ludolfi et Lyppoldi et omnium eorum, quorum intererat et quorum de jure vel de conſuetudine conſenſus fuerat requirendus, vendidi pro triginta octo marcis puri argenti michi perſolutis confratribus et conſororibus ſacerdotalis confraternitatis in Bruneswich duos manſos ſitos in campis ville Urdhe et unam curiam in eadem villa ad eosdem manſos pertinentem cum omnibus eciam aliis eorum utilitatibus et pertinenciis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni advocacia et quolibet jure advocacie ac comicie et quibuslibet ſerviciis omnino liberos et ſolutos perpetuo poſſidendos. Et tradidi predictis confratribus et conſororibus prefatorum manſorum et curie et eorum pertinencium poſſeſſionem corporalem ac renunciavi cum prenominatis filiis meis et in Dei nomine renuncio per preſentes prefatis bonis et omni juri, quod nobis in eis competebat et competere poſſet in futuro. Promiſi inſuper bona fide ac promitto per preſentes confratribus et conſororibus ſupradicte confraternitatis, quod volo ipſos de duobus manſis et curia et eorum pertinenciis predictis legittime warandare et ab omni homine disbrigare ac indempnes conſervare, ſi, quod abſit, ab aliquo litem, impetitionem aut controverſiam ipſis moveri contigerit de aliquo premiſſorum. Preterea ſupradictos manſos cum curia et omnibus eorum pertinenciis reſignavi manualiter et viva voce illuſtri principi domino meo Ottoni duci in Bruneswich, a quo ipſos tenebam in pheodo. Et ut ipſe proprietatem eorundem bonorum donaret confratribus et conſororibus confraternitatis ſepedicte, cum expreſſo conſen-

Im Orig. 19 *fehlt* in

ſu predictorum filiorum meorum dedi ſibi duos manſos ſitos in campis ville Stidium et proprietatem eorundem pro proprietate et in recompenſam proprietatis predictorum manſorum in Urdhe, quam donavit et tradidit confratribus et conſororibus memoratis, eosdemque manſos in Stidium recepi ab ipſo in pheodum et tytulo pheodali. In horum igitur omnium evidens teſtimonium, et ut omnia et ſingula premiſſa ſine omni exceptione et calumpnia immutabiliter firma maneant atque rata, preſentem litteram inde conſcriptam confratribus et conſororibus jam ſepe memoratis dedi pro me et filiis meis predictis ſigillo meo patenter communitam. Teſtes eciam ſunt Ludolfus de Weverlinghe, Bertoldus de Veltem, milites, Jordanus Stapel, Hermannus Stephani, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Datum anno domini milleſimo treceteſimo decimo nono ſexto kalendas Auguſti.

1319 Juli 30 Braunſchweig. Herzog Otto eignet der Prieſterbrüderſchaft die von Jordan v. Wendhauſen gekauften zwei Hufen ſammt einem Hofe zu Uehrde. [862

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Gertrudenkalands), das Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. Privilegium Ottonis ducis in Bruneswich ſuper proprietate duorum manſorum in Urede.

In nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Otto dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Memoria hominum conſulte juvatur, dum geſte rei veritas litterarum teſtimonio roboratur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod confratres et conſorores ſacerdotalis confraternitatis in Bruneswich cum approbatione noſtra emerunt a Jordano de Wenthuſen milite, fideli noſtro, duos manſos ſitos in campis ville Urdhe et unam curiam in eadem villa ad eosdem manſos pertinentem cum omnibus eciam aliis eorum pertinenciis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni advocia et jure advocacie, comicie et quibuslibet ſerviciis omnino liberos et ſolutos. Et eosdem manſos cum curia et omnibus aliis eorum pertinenciis predictis idem Jordanus ad habundantem cautelam cum ſcitu et expreſſa voluntate filiorum ſuorum Ludolfi et Lyppoldi, ſicut eos a nobis tenebat in pheodo, libere nobis reſignavit. Quo facto pro eisdem manſis et proprietate eorundem et curia et omnium eorum pertinencium dedit nobis duos manſos ſitos in campis ville Stidium cum omnibus eorum pertinenciis proprietatis et libertatis tytulo, ſicut eos poſſederat, libere poſſidendos. Et impetravit a nobis una cum confratribus et conſororibus confraternitatis predicte, quod nos bona deliberatione prehabita pie propter Deum ac divini cultus augmentum necnon pro ſalubribus remediis animarum, noſtre videlicet et parentum ac propin-

Im Orig. 22 *fehlt* in

quorum noſtrorum, predictos duos manſos ſitos in campis ville Urdhe cum curia et omnibus eorum pertinenciis predictis dedimus et appropriavimus eisdem confratribus et conſororibus predicte ſacerdotalis confraternitatis in Bruneswich et eosdem eidem confraternitati in Dei nomine damus per preſentes proprietatis et libertatis tytulo ab omni advocacia et jure advocacie, comicie et quibuslibet ſerviciis liberos et ſolutos pacifice ac libere perpetuo poſſidendos. Et ſicut ratione comicie et temporalis juriditionis et dominii noſtra intereſt, dominos Enghelbertum decanum et Henricum de Luneborch, canonicos eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich, predicte ſacerdotalis confraternitatis conſortes, tam ſuo quam ejusdem confraternitatis nomine miſimus per . . gogravium noſtrum in eorundem duorum manſorum ſitorum in Urdhe poſſeſſionem corporalem. Et receptis ab ipſis denariis noſtris, wlgariter dictis vredepennigghe, nullo penitus contradicente firmavimus ac ſtabilimus ipſis et predicte confraternitati per preſentes ejusdem poſſeſſionis firmam pacem atque bannum. Renunciavimus eciam et renunciamus per preſentes pro nobis et noſtris fratribus eisdem manſis et omni utilitati et juri, quod nobis in eis conpetebat et conpetere poſſet in futuro, volentes contentari ſeu contenti eſſe predictis duobus manſis pro ipſis, ut premittitur, nobis datis. Adicimus eciam, quod confratres et conſorores ſepedicte confraternitatis de predictis duobus manſis in Urdhe ac eorum proprietate et poſſeſſione volumus legitime warandare et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, impetitionem aut controverſiam ipſis ab aliquo moveri contigerit de aliquo premiſſorum. Igitur, ut ipſi eosdem manſos exnunc libere et pacifice poſſideant cum ſuis pertinenciis, et ut omnia et ſingula premiſſa ſine omni exceptione juris canonici vel civilis perpetuo firma maneant atque rata, preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo noſtro duximus perpetualiter roborandam. Teſtes eciam ſunt discreti viri Henricus de Wenden, Ecbertus de Aſſeborch, Ludolfus de Weverlinghe, Bertoldus de Velthem, milites, fideles noſtri, et plures alii fide digni. Datum Bruneswich anno domini milleſimo trecenteſimo decimo nono tercio kalendas Auguſti.

Im Orig. 2 aproproviavimus

1319 October 9. Das Kreuzkloſter verkauft Heinrich Rauſcher und ſeiner Frau wiederkäuflich, event. auf Lebenszeit den halben Zehnt zu Zweidorf und zwei Hufen zu Walkleghe. [863

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel.

DEi gratia nos Johannes prepoſitus, Gertrudis abbatiſſa, Mechtildis prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium monaſterii ſancte Crucis in Rennelberghe extra muros Brunswic omnibus preſentem litteram viſuris ſeu audituris volumus eſſe notum, quod pro viginti duabus marcis puri argenti in uſus monaſterii noſtri converſis vendidimus Henrico Ruſchere et Adel-

heydi uxori ſue, civibus in Brunswic, dimidietatem decime in Tvedorpe et duos manſos ſitos in campis ville Walkleghe nos contingentes poſſidendos ad tempora vite ſue utriusque tantum cum omnibus utilitatibus et proventibus ſuis quibuscunque pacifice et quiete. Ipſis vero mortuis ipſa dimidietas decime et manſi duo predicti ad monaſterium noſtrum cum utilitatibus ſuis libere revertuntur. In premiſſorum evidentiam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Poſſumus tamen predicta bona, quandocunque nobis et noſtro conventui placuerit, ab ipſis reemere pro ejusdem pecunie quantitate in feſto Michahelis. Volumus eciam predicta bona tueri ab omnibus infeſtatoribus, quantum poſſumus, tamquam noſtra. Teſtes ſunt Johannes Ludolphi, Bernardus Calvus, Thidericus rotifex, cives in Brunsvic, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m° ccc° xix° in die beati Dyoniſii.

1319 October 27. Schöffen, Rath, Innungsmeiſter und Gemeinheit zu Magdeburg an den Rath zu Braunſchweig: bitten, Bruder Bruno, dem Lector der Minderbrüder zu Braunſchweig, das hier verwahrte päpſtliche Privilegium ihrer Stadt auszuhändigen. [864

Original im Stadtarchive, auf der Rückſeite Spuren des gelben Wachsſiegels. Gedruckt bei Hertel, Urk.-B. der St. Magdeburg 1, S. 168.

PRudentibus viris amicis ſuis, in omni fidelitatis conſtancia examinatis dominis . . Conſulibus in Brunsw. . . ſcabini . ., Conſules . ., magiſtri unionum totaque univerſitas civitatis Magdeburgenſis benivolam et affectuoſam ad quevis famulandi genera voluntatem. Veſtram credimus ſagacitatem plenius meminiſſe, quod aliquibus temporibus retroactis discretus vir Conradus, notarius civitatis noſtre, noſtram litteram credencie vobis portaverat, petens nomine noſtri, ut privilegium noſtrum papale, quod apud vos habetis, religioſo viro fratri Thiderico dicto Morſcop, tunc temporis gardiano domus minorum in Brunsw., daretis ſeu preſentaretis, cum a vobis poſceret litteram civitatis noſtre vobis deputando, cooperantes eidem conſilio et auxilio, ut ipſum privilegium nobis transmitti ordinaret. Cum igitur frater Thidericus jam dictus apud vos in civitate veſtra non ſit, ut ex quorundam relatu intelleximus, religioſum virum fratrem Brunonem, lectorem dicte domus, exhibitorem preſencium, de cujus ydoneitate et puritate plene nobis conſtat, veſtre transmittimus dilectioni rogantes ſincere, quatenus amore noſtri memoratum privilegium noſtri nomine ſibi preſentetis, ſuper cujus quidem privilegii obſervacione curoſa et de quampluribus aliis curialitatibus ſepe nobis exhibitis virtuoſitati veſtre graciarum ferimus actiones capitibus inclinatis. Commiſimus etenim et per preſentes committimus dantes eidem fratri Brunoni cum ſepedicto privilegio veſtro mediante conſilio faciendi, ut in commiſſo recepit, quam fratri Thiderico ſupratacto olim dedimus, poteſtatem. In hujus rei

evidens teftimonium figillum conmunitatis noftre prefentibus a tergo duximus imprimendum. Datum anno domini m° ccc° xix° in vigilia beatorum apoftolorum Symonis et Jude.

1319 October 27. Abt Gotfrid von St Aegidien und fein Convent verpflichten fich, 60 Mark, die nächftens für Einkleidung von Knaben und Erwachfenen aufkommen werden, nur zum Wiederkauf der den Prokuratoren des Marienfpitales verkauften 5 Mark Rente zu verwenden und fie dem Hofpitalarius Heinrich Monetarius und dem Küfter Ludolf Doring (Thoringus) *in Verwahrung zu geben. Da diefe bereits 17½ Mark von einem Knaben aufgenommen haben, hiervon aber dem Bifchof von Halberftadt auf feine Mahnung 10 als Schatzung gezahlt worden find, follen fie zu jenem Zwecke noch 50 Mark gedachter Einkünfte fammeln. Die gleiche Verbindlichkeit foll, wenn der Abt inzwifchen ftirbt, deffen Nachfolger mit dem Klofter eingehen.* Datum anno domini m° ccc° xix° in vigilia Symonis et Jude apoftolorum. [865

Original zu Wolfenbüttel, Papier, die Siegel mit dem untern Rande abgefchnitten.

1319 October 31. Herzog Otto und fieben feiner Mannen verpflichten fich, Pfaffheit, Rath und Bürger zu Braunfchweig bei deren inferierter Einung mit den Predigerbrüdern zu fchirmen.

Original im Stadtarchive, die acht wohlerhaltenen Siegel abwechfelnd an rothen und grünen Seidenfträngen. Rückvermerk des XIV Jahrh. littera fratrum predicatorum cum figillo ducis Ottonis de Brûnswic. *Gedruckt bei Rehtmeier, Kirchen-Hift. II, Beil. S. 131. — Das Original der 23 ff. inferierten Urkunde mit den Siegeln der acht fremden Prioren fowie des hiefigen und feines Conventes, abwechfelnd an grünen und rothen Seidenfträngen, zu Wolfenbüttel. — Vgl. Städtechroniken XVI, S. XV.*

DEi gracia Otto dux in Brunswich omnibus prefencia vifuris feu audituris volumus effe notum, quod inter clerum, Confules et burgenfes ex una et fratres predicatores parte ex altera civitatis noftre Brunswich mediantibus fidelibus noftris, videlicet Henrico de Wenden, Ecberto de Affeborch et Wedekindo de Garsnebutle militibus, fecundum ordinationem et formam placitavimus infra fcriptam, cujus tenor talis eft: Nos fratres, prior provincialis fratrum ordinis predicatorum per provinciam Saxonie, prior Magdeburgenfis, prior Bremenfis, prior Lubecenfis, prior Halberftadenfis, prior Hildenfemenfis, prior Sofacienfis, prior Hamburgenfis domorum prefati ordinis recognofcimus et teftamur, quod inter priorem et conventum domus noftri ordinis in Brunswich parte ex una et clerum, Confules ac burgenfes opidi Brunswicenfis Hildenfemenfis et Halberftadenfis dyocefum parte ex altera taliter exftitit placitatum, videlicet quod clerus, Confules et burgenfes jam dicti annuunt ob honorem Dei et beate virginis Marie ac ob

Im Orig. 24 provincilialis

reverenciam dominorum noſtrorum ducum in Brunswich fratribus noſtri ordinis habere domum et conventum ibidem. Et nos e converſo ad providendum paci ac tranquillitati cleri, Conſulum ac burgenſium predictorum conventum noſtri ordinis in Brunswich predictum ad obſervandum ea, que ſubſcripta ſunt, volumus obligari, videlicet quod prior et conventus noſter in Brunswich omnia privilegia, principatui Brunswichcenſi et eccleſiis et clero et populo ibidem a ſede apoſtolica indulta una cum prelatis et rectoribus eccleſiarum, clero et Conſulibus et populo opidi Brunswichcenſis conſilio et opere pro poſſe ſuo defendent cum omni fidelitate et ea firmiter obſervabunt. Item predicationes populum discurrere facientes ad placitum cleri et Conſulum ordinabunt et precipue tempore miſſe et veſperarum diebus ſollempnibus et feſtivis non predicabunt, ne populum a parris abstrahant et avertant. Predicabunt tamen in areis ſuis poſt prandium ſingulis diebus dominicis et feſtivis et in vigiliis beate Marie virginis et beati Johannis ewangeliſte poſt veſperas. et in diebus eorundem poſt prandium et in feſto dedicationis ſue ad libitum predicabunt. Item ferialibus diebus populum per predicationes discurrere non facient cum exceſſu, niſi feſta inciderint eorundem et exceptis ſextis feriis per circulum anni, quibus predicabunt in areis ſuis ante prandium, niſi dominis Conſulibus pro tempore aliud videatur, et in diebus ſabbatis quadrageſime in ſero in eccleſiis ſancte Katherine et ſancti Martini alternatim cum fratribus minoribus predicabunt. In aliis vero graciis fratribus predicatoribus cum clero vel aliis religioſis a curia Romana conmuniter conceſſis fratres noſtri ordinis non plus quam alii artabuntur ſalvis tamen omnibus et ſingulis, que in preſenti littera continentur. Item cum dies patroni vel dedicationis alicujus eccleſie ſeu capelle in Brunswich evenerit, tali die non predicabitur niſi in illa eccleſia ſeu capella, et hoc facient illi, qui ad hoc fuerint per rectorem illius eccleſie evocati. Item teſtamenta facta cum ſollempnitate Brunswich conſueta, hoc eſt in preſencia parrochialis vel ejus vices gerentis et dominorum Conſulum, per ſe vel per alios niſi eadem ſollempnitate adhibita non mutabunt. Item rectores eccleſiarum parrochialium et alios clericos in Brunswich in ſuis juribus nullatenus perturbabunt publice vel occulte. Item ad predicandum in parrochialibus eccleſiis aliter, quam premiſſum eſt, ſeu ad quecumque alia facienda in eisdem ſe non ingerent vel intromittent, niſi a rectore parrochie ſpecialiter evocentur. Item ne pons novus fiat ſuper aquam absque tocius opidi Conſulum unanimi voluntate. Item hereditatem aliquam quocumque modo ad ipſos devolutam nullo modo retineant, ſed pure et in perpetuum vendant infra annum a die donationis conputandum, et non vendant ad tempus alicujus vite. Nec ad locum, quem nunc habent, locum alium vel hereditatem aliquam ſibi conparabunt, qui locus vel hereditas ad municipale jus, quod wlgariter dicitur wicbeldesrecht, pertineat, niſi cum Conſulum voluntate. Item eundem locum, quem nunc habent, non mutabunt. Item filios burgenſium ſub patria poteſtate conſtitutos parentibus invitis ad ordinem non tra-

DEi gracia nos Otto dux in Brunesw. recognoſcimus tenore preſencium publice et fatemur, quod cum conſenſu heredum noſtrorum omnium, quorum intereſt, vendidimus, dimiſimus et in poſſeſſionem tradidimus pro centum marcis puri argenti Heningho Frederici et Thiderico de Hemſtede, civibus noſtris in Brunesw., redditus decem talentorum bruneswicenſium denariorum ipſis vel eorum heredibus de moneta noſtra in Brunesw. per monetarium ibidem, qui pro tempore fuerit, dandos annis ſingulis pacifice contradicione qualibet non obſtante. Dictos eciam redditus decem talentorum ipſis noſtris civibus et eorum heredibus contulimus et in hiis ſcriptis conferimus juſto pheodali tytulo libere et perpetue poſſidendos, volentes ipſis dictorum reddituum debitam facere warandiam, ubicunque et quandocunque ipſis opus fuerit et neceſſe, et ab impetenti quolibet debite disbrigare. In hujus teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes eciam ſunt fideles noſtri Ludolfus et Thidericus de Hollege, Gevehardus de Weverlighe, Ludegerus de Garsnebutle dapifer noſter, milites, et quam plures alii fide digni. Datum et actum Brunesw. anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo in die beate Lucie virginis.

1320 December 17. Propſt Degenhard und die übrigen Genoſſen der Prieſterbrüderſchaft tauſchen mit der Kalandsbrüderſchaft (confratres et conſortes kalendarum) *zu Lüneburg die Gemeinſchaft ihrer beiderſeitigen guten Werke aus.* Datum anno domini m° ccc° xx° ſexto decimo kal. Januarii. [903

Original zu Lüneburg mit Siegel. Gedruckt bei Volger, Urk.-B. der St. Lüneburg, S. 173. — Formular wie Nr 814.

1320 December 22. Herzog Otto belehnt David Kronsben und Hildebrand Elers auf Wiederkauf mit 5 Mark Judenſchatzung. [904

Original zu Hannover, gedruckt bei Sudendorf, Urk.-B. I, S. 195.

DEi gratia nos Otto dux in Brunesw. univerſis preſentia viſuris vel audituris recognoſcimus manifeſte, quod cum conſenſu heredum noſtrorum unanimi vendidimus, dimiſimus ac juſto pheodali tytulo contulimus pro quinquaginta marcis puri argenti bruneswicenſis valoris et ponderis dilectis nobis Davidi Kronesben et Hildebrando Eleri, civibus in Brunesw., et eorum heredibus quinque marcas annue penſionis dandas ipſis per Judeos noſtros in Brunesw. annis ſingulis expedite, ita tamen, quod nos reemere poſſumus, vel heredes noſtri reemere dictam penſionem quinque marcarum poſſunt a dictis civibus vel eorum heredibus, quandocunque nobis vel noſtris heredibus placuerit, pecunia pro eadem. In hujus teſtimonium ſigillum noſtrum pre-

ſentibus eſt appenſum. Teſtes eciam ſunt Hinricus de Wenden, Ecbertus de Aſſeborch et Ludolfus de Hollege, milites noſtri, et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° xx° in craſtino beati Thome apoſtoli.

Im Orig. 2 Hallege



Nachträge.

1144 Juli 23 Braunſchweig. Herzog Heinrich beſtätigt dem Kloſter Bursfelde die Freiheit von der Vogtei. Facta anno incarnationis dominice m° c° xliiij° indictione vij°. *Unter den Zeugen* Ludolfus advocatus. Data Bruneswic per manum Bertoldi notarii x° kal. Auguſti. [*8

Original zu Hannover.

(1199) Januar 27 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich beſtätigt der Kirche Unſer lieben Frauen zu Halberſtadt das ihr von ſeiner Miniſterialin, Frau Gertrud v. Volkmarode (miniſterialis noſtra Gertrudis matrona de Volcmeroth), *verkaufte Eigenthum an anderthalb Hufen zu Schwanebeck* (Swanebeke). *Unter den Zeugen* Baldewinus advocatus. Datum per manum notarii noſtri Annonis in civitate noſtra Bruneswic vj° kalendas Februarii. [*29

Original zu Magdeburg. Gedruckt bei L. v. Heinemann, Heinrich von Braunſchweig, Pfalzgraf bei Rhein, S. 322.

(1218) Mai 18 Harzburg. Kaiſer Otto errichtet ſein Teſtament, deſſen Vollzug er u. a. den Bürgern von Braunſchweig anbefiehlt: Rogamus etiam vos, fidiſſimi miniſteriales, ſub fidelitatis debito et vos, dilecti et fideles cives noſtri in Bruneswic, ut hiis omnibus promovendis fideliter et efficaciter, ſicut vobis confidimus, aſſiſtatis . . . Datum Hartisburch xv° kalendas Junii. [*46

Original zu Wolfenbüttel. Gedruckt im Aſſeburger Urkundenbuche 1, S. 66, wo auch die älteren Drucke aufgeführt ſind.

1219 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich überträgt dem Kloſter Marienthal drei Hufen zu Berklingen (Bercklinge), *die deren Eigenthümer, ſein Miniſterial Heinrich v. Berklingen, ihm abgetreten hat.* Celebrata eſt autem hec donatio in pallacio noſtro Brunswich anno incarnationis milleſimo cc xviiij, indictione vij, epacta iij, concurrente primo. *Unter den Zeugen* Baldewinus advocatus et minor Baldewinus de Dalehem *(in der Handſchrift* Dalchem). [*49

Aus dem zweiten Copialbuche des Kloſters Marienthal zu Wolfenbüttel Bl. 35, gedruckt bei L. v. Heinemann, Heinrich von Braunſchweig, S. 326.

1220 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich bekundet, daß ſein Mann, der Edle Bernhard von Dorſtadt, neun Hufen zu Limbeck (in villa Lenbeke), *die er von weiland Kaiſer Otten zu Lehn trug, für 89 Mark an Abt Albertus und das Kloſter St Aegidien verkauft und in ſeiner Gegenwart dem Kaiſer reſigniert, der Kaiſer ſie dem Kloſter geeignet hat, welche Schenkung er, der Pfalzgraf, nun beſtätigt. Unter den Zeugen* Balwinus juvenis. Facta eſt hec confirmatio Bruneswic anno dominice incarnationis m° cc° xx°, indictione vij^a^, concurrente iij^a^. [*56

Original zu Wolfenbüttel. Gedruckt bei L. v. Heinemann, Heinrich von Braunſchweig, S. 330.

1222 December 31 Helmſtedt. Pfalzgraf Heinrich ſchenkt dem Kloſter Marienthal den Brunestorpeswalt *und drei Hufen ſeines Erbguts zu* Brunestorp. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis m° cc° xxij° indictione x^a^. *Unter den Zeugen an letzter Stelle* Godefridus advocatus. Datum per manum Johannis notarii civitate Helmeſtat pridie kalendas Januarias. [*58

Aus einem Marienthalſchen Copialbuche zu Wolfenbüttel gedruckt bei L. v. Heinemann, Heinrich von Braunſchweig, S. 331 mit Druckfehler in der Datierung: Januar 31.

1225 Braunſchweig. Pfalzgraf Heinrich eignet dem Kloſter zu Northeim drei Hufen und drei Wurten zu Medeheym, *die es von ſeinem Dienſtmann Heinrich Gruben gekauft und dieſer ihm, dem Pfalzgrafen, reſigniert hat, indem er zugleich auf ſein angebliches Recht an zwei anderen, dem Kloſter vor Zeiten von des Pfalzgrafen Vater gewidmeten Hufen Verzicht geleiſtet. Unter den Zeugen* Godefridus advocatus noster. Acta ſunt hec Brunſchwig anno dominice incarnationis m° cc° xxv°, indictione quarta decima. Datum per manus Johannis notarii noſtri. [*65

Aus dem Northeimſchen Copialbuche zu Hannover gedruckt bei L. v. Heinemann, Heinrich von Braunſchweig, S. 338.

1225 Braunschweig. Pfalzgraf Heinrich gewährt den Kanonikern zu St Cyriaci das Recht, die Einkünfte erledigter Präbenden, die dem Herkommen nach im erften Jahre zum Nachlaß des verftorbenen Befitzers gehören, im zweiten zur Nothdurft des Stifts anzuwenden. Unter den Zeugen Godefridus advocatus. Datum Bruneswich anno domini m° cc° xx° v°, indictione **quarta decima.** [**65

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt bei L. v. Heinemann, Heinrich von Braunfchweig, S. 340

1226 Braunfchweig. Pfalzgraf Heinrich eignet dem Klofter St Marien und St Petri zu Wennigfen (Wennikeffen) *Güter zu Lemmie* (Lemmede) *und Sorfum* (Sutheren'). *Unter den Zeugen* Henricus fancte Katherine in Bruneswic plebanus. Datum Bruneswic anno domini m° cc° xx° vj°, indictione xiij. [67*

Original zu Hannover.

1226 März 12 Helmftedt. Pfalzgraf Heinrich ertaufcht von dem Klofter Marienthal Güter in Garswede *und* Horlingeborfthele *gegen Güter in* Dudenrothe. *Unter den Zeugen* Gotefridus advocatus. Actum in Helmestat in ecclefia beati Ludgeri iiij° idus Martii anno gratie m° cc° xxvj°. [**70

Aus dem Marienthalfchen Copialbuche zu Wolfenbüttel gedruckt bei L. v. Heinemann, Heinrich von Braunfchweig, S. 341.

1227 Braunfchweig. Pfalzgraf Heinrich beftätigt einen Gütertaufch zwifchen dem Stifte Königslutter und der Kirche zu Schlieftedterburg, was deren Patrone, feine Dienftmannen Balduin und Johannes v. Dahlum, Vater und Sohn, mit dem Abte erbeten haben. Unter den Zeugen Baldewinus advocatus de Dalem et Johannes filius ejusdem. Acta funt hec anno dominice incarnationis . . . xxvij°, indictione xv°. Datum Brunswic per Johannem notarium noftrum, fancti Blafii canonicum. [**72

Nach dem befchädigten Originale zu Wolfenbüttel und einer Abfchrift Meiboms gedruckt bei L. v. Heinemann, Heinrich von Braunfchweig, S. 345.

1228 April 7 Braunfchweig. Klofter Dorftadt verkauft an Hildebrand v. Lucklum und Wolfram von der Breitenftraße fein Vorwerk Raff. [**74

Original zu Wolfenbüttel, allen Merkmalen nach von der Hand des Schreibers Luthertus (vgl. Hänfelmann, Die älteften Stadtrechte Braunfchweigs, Hanf. Gefch.-Bl. 1892, S. 1 ff.), mit den Siegeln des Klofters und

des Propstes zu Dorstadt und dem des Abts von Königslutter mitteninne an rothgelben Seidensträngen. Rückvermerk des XIV Jahrh. de allodio quod dicitur Raf. — *Gedruckt in den Braunschw. Anzeigen 1745 Sp. 1822.*

WAltherus prepositus licet indignus, Juttha priorissa totumque collegium tam fratrum quam dominarum in Dorstat omnibus Christi fidelibus hoc scriptum audituris devotas in domino orationes. Cum facta temporalia aut temporum deleat antiquitas aut pravorum hominum pervertere nitatur perversitas, necesse est, ea, que per prudentum virorum geruntur industriam, firmari et linguis testium et testimonio literarum. Unde notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod manifesta et rationabili causa nobis persuadente conmuni consensu et unanimi voluntate allodium nostrum, quod Raht vocatur, cum agris et lignis attinentibus dilectis nobis Hildebrando de Luckenem et Wlverammo de Lata platea, civibus Brunewicensibus, pro quinquaginta tribus talentis jure pheodali vendidimus hoc pacto, ut ipsi ab ecclesia nostra eadem bona in pheodo libere possideant et quiete, nullum inde censum reddituri aut quodcunque servitium quasi ex debito nobis inde facturi, verum sine omni onere servitutis ea teneant et eorum legitimis heredibus successione hereditaria relinquant. Unde, ne hanc vendicionem et contractum prefatum racionabiliter factum ulla possit abolere vetustatis oblivio aut malorum hominum inpugnare perversitas, scripto eum conmitti decrevimus et sigillo domini Alberti, venerabilis Luttrensis abbatis, qui huic facto interfuit, simul cum nostris sigillis confirmari. Insuper nomina testium, qui eidem facto interfuerunt, ad majorem stabilitatem huic pagine inde conscripte fecimus apponi: dominus Albertus predictus abbas Luttrensis, Thidericus abbas sancti Egidii in Bruneswic, Zacharias canonicus sancti Blasii, Johannes notarius ducis, Johannes filius Remburgis, Bernardus de Patthenhuse, Elmannus de sancto Michahele, Bernardus Theghelere, Hermannus de Hachem, Hoierus monetharius et alii cives de Bruneswic quam plures. Acta sunt hec Bruneswic in domo Zacharie canonici anno dominice incarnationis m° cc° xx° viij°, indictione j^ma^, vij° idus Aprilis.

Orig. ; Jutthe, *über e ein Abbreviationszeichen*

1232. Propst Walther und Convent zu Dorstadt bekunden, daß Pfarrer Weilandus zu Bienrode (rector ecclesie in Bigenrode) *ihrem Kloster ein Meßbuch* (librum missalem valde bonum) *und eine von ihm erkaufte Hufe bei Werle* (juxta villam Werle) *gewidmet, deren Aufkünfte aber auf Lebenszeit sich vorbehalten und angeordnet hat, daß daraus nach seinem Tode jährlich vier Schilling den Pfarrern zu Bienrode, zwei zu eigenem Gebrauch und zwei für die Kirche zur Beschaffung von Wachskerzen, gereicht, für den Rest ihm Vigilien und Gebete zu Dorstadt verrichtet werden sollen; wozu Propst und Convent sich verpflichten, indem*

ſie den Stifter in ihre Brüderſchaft aufnehmen. Actum eſt hoc anno dominice incarnacionis m° cc° xxxij°. *Unter den Zeugen* Johannes filius Reimburgis, Engelhardus, Conradus filius Hermanni. [*80

Original zu Dorſtadt.

1232—40. Ritter Konrad v. Dorſtadt, Burgmann auf dem Lichtenberge, eignet dem Kloſter Dorſtadt anderthalb Hufen zu Hoyringeroth, *die dieſem Ritter Simon v. Flöthe* (de Vlotede) *für 26 Mark verkauft hat. Unter den Zeugen* Henricus Boneke, Burchardus de Gandershem, Albertus, cives in Brunswic. [*80

Original zu Dorſtadt.

(1236—37). Ritter Halt v. Biewende erlaubt mit Zuſtimmung ſeines Sohnes Helmold dem Propſte Walther und dem Convente zu Dorſtadt, von Dietrich v. Kiſſenbrück (de Kiſſenbruge) *für 3 und 7 Mark gemeinen Silbers* (communis argenti) *vierzehn Morgen ſeines Eigenguts zu kaufen, im Einverſtändniß mit den Erben, Dietrichs Tochter und Bruder, die zwei Mark zum Entgelt empfangen haben.* Nos vero id interpoſitione imperialis banni munimus. *Unter den Zeugen* Albertus et Ekkehardus cives. Acta ſunt hec anno imperii domini Friderici xvij°. Item ipſo tempore datis nobis a jamdicto prepoſito duabus marcis conceſſimus ipſi, ut emeret in Mullenſtede xij jugera a tribus fratribus heredibus, quorum unum nomine Albertum datis aliis duobus fratribus ij marcis argenti communis ſumpſit in converſum. [*89

Original zu Dorſtadt. — Dietrich v. Kiſſenbrück iſt wahrſcheinlich identiſch mit Dietrich Toſewlle, *von dem laut einer Urkunde vom J. 1228 (Orig. zu Dorſtadt) Propſt Walther und ſein Convent mit Zuſtimmung Ritter Halts* (H[aoldus] illuſtris miles de Bywende) xiiij jugera ville Parvo (!) Neindorp, quod Kruth-Neindorp nominatur, *gekauft hatte.*

1237. Das Aegidienkloſter ertauſcht vom Blaſienſtifte eine halbe Hufe zu Broitzen (Brothſem) *für eine Wurt und neun Morgen zu Börßum* (Borsne). *Unter den Zeugen* Ethelerus et frater ſuus Brunswicenſes. Datum anno domini m° cc° xxx° vij°. [*90

Original zu Wolfenbüttel

1237 Mai Braunſchweig. Herzog Otto bekundet, daß der Prieſter Winandus, Canonicus zu St Blaſien, eine Hufe zu Börßum (Borsne), *die Thomas, ein Bürger im Hagen* (burgenſis Indaginis), *von ihm, dem Fürſten, zu Lehn trug, der Marien-Magdalenen-Kapelle zu St Blaſien*

beigelegt hat, und daß das Kapitel darin einen ständigen Vikar bestellen will. Actum est hoc aput Bruneswic anno dominice incarnacionis m° cc° xxxvij° in mense Maji. *Unter den Zeugen* Baldewinus advocatus de Dalem. [*91

Aus dem Ordinarius St Blasii zu Wolfenbüttel, Bl. 36, gedruckt im Asseburger Urk. B. 1, S. 139.

1237 Mai Braunschweig. Herzog Otto übereignet zu seinem und seiner Eltern Seelenheil dem Blasienstifte vier Hufen zu Sonnenberg (Sunnenberge), *die Siegfried Schadewold* (Siffridus cognomine Scadewolt), *Canonicus zu St Cyriaci, von ihm gekauft und auf Lebenszeit zu Lehn genommen hatte, nunmehr aber mit seiner Erlaubniß dem Stifte gegen die Verpflichtung zur Begängniß seiner und seiner Eltern Jahrzeiten überlassen hat.* Actum est hoc apud Bruneswic in capella nostra anno dominice incarnacionis m° cc° xxx° vij° in mense Maji. *Unter den Zeugen* Baldewinus advocatus. [*91

Original zu Wolfenbüttel.

1237 Mai 5 Braunschweig. Die Grafen Hermann und Heinrich v. Wohldenberg verkaufen und eignen mit Zustimmung ihrer Söhne dem Blasienstifte fünf Hufen ihres Eigenguts zu Uefingen (Uvinge), *eine Wurt und den halben Zehnt daselbst und eine Wurt bei der Kirche zu Sauingen* (Souwinge), *geloben in die Hand Herzog Ottens und dreier seiner Dienstleute unter Stellung von acht Bürgen Gewähr gegen Anfechtung dieses Besitzes und verpflichten sich eventuell mit zweien ihrer Söhne zum Einlager in Braunschweig.* Acta sunt hec apud Bruneswic anno dominice incarnacionis m° cc° xxx° vij° mensis Maji die v°. *Unter den Zeugen* Johannes de Brunesrodhe advocatus und Daniel burgensis de Bruneswic. [*91

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt im Asseburger Urk.-B. 1, S. 138.

1238 November 16 Braunschweig. Herzog Otto eignet dem Blasienstifte drei Hufen zu Timmern (Timbere), *auf Bitten seines Marschalks Willekin, der selbige von ihm zu Lehn trug, sie dem Canonicus Magister Florinus zur Bewidmung der Patrone des Stiftes verkauft und dagegen von ihm, dem Herzog, drei Hufen Eigenguts zu Wendebüttel* (Wennebutle) *zu Lehn genommen hat.* Actum est hoc apud Bruneswic anno dominice incarnationis m° cc° xxxviij° xvj° kalendas Decembris. *Unter den Zeugen* Johannes de Brunsrode advocatus. [*91

Original zu Wolfenbüttel, gedruckt in den Orig.-Guelf. III, S. 174 und im Asseb. Urk.-B. 1, S. 143.

1240 December Braunschweig. Herzog Otto übergiebt dem Blasienstifte tauschweise gegen den Hühnerbruch zwei Hufen zu Sambleben. [*98

Original zu Wolfenbüttel mit dem Siegel des Herzogs an rothem Seidenſtrange.

IN nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia Otto dux de Bruneswic univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Ne cum fluxu temporis evaneſcant, que in tempore geſte ſunt ab hominibus actiones, ſcripti ſolent teſtimonio roborari. Noverint igitur omnes preſentes pariter et futuri, quod nos venerabilibus patronis, ſanctis Johanni baptiſte, Blaſio et Thome martiri in Brunswic, et canonicis eorum dedimus et in proprium aſſignavimus duos manſos in Tſampenleve ſolventes viginti ſolidos annuatim. Illos autem in reſtauro dedimus cujusdam ſilve, que Honrebroc dicitur et eſt contigua civitati, quam nos cum pratis attinentibus in uſus noſtros de conſenſu prefatorum canonicorum duximus convertendam. Sane, ut hujusmodi permutacio a nobis et heredibus noſtris firma ſemper et inviolabilis perſeveret, et ne ab aliquo poſſit in poſterum irritari, paginam hanc patentem inde conſcribi et ſigilli noſtri munimine juſſimus inſigniri. Actum eſt apud Bruneswic anno dominice incarnationis m° cc° xl° in menſe Decembris. Teſtes ſunt fideles noſtri Bernardus nobilis de Dorſtat, Jordanis dapifer, Baldewinus advocatus, Willekinus marſcalcus, Baldewinus de Hertisberg, Heine de Weneden, Gevehardus et Ludolfus de Bortvelde fratres, Johannes de Brunesrode, illius temporis advocatus

1248. Aebtiſſin A. und Convent zu Wunſtorf (Wnnesdorf) *belehnen Manegold v. Niendorf* (de Niendorp) *mit Gütern in* Kedene. *Unter den Zeugen* Johannes plebanus ſancti Martini in Bruneswich. Acta ſunt hec anno dominice incarnacionis m° cc° xlviij°. [*120

Original zu Hannover.

1250. Das Blaſienſtift überläßt dem Bürger Ekbert erbzinslich eine Rodung bei der Stadt.

Original zu Wolfenbüttel mit dem Siegel des Capitels an gelbrothem Seidenſtrange.

UNiverſis, qui hoc ſcriptum viderint, W. decanus et totum capitulum ſancti Blaſii in Brunswic devotas orationes in domino. Omnibus tam futuris quam preſentibus innoteſcat, quod nos Ecberto burgenſi quoddam novale juxta civitatem noſtram ſitum hereditario jure porreximus excolendum tali conditione, ut de quolibet jugere det eccleſie noſtre quatuor denarios annuatim. Hoc autem novale primis tribus annis ei dimiſimus ſine cenſu. Quibus elapſis aut ipſe aut heredes ſui poſſidebunt ulterius, quamdiu prefatum cenſum ſolverint expedite. Datum anno domini m° cc° quinquageſimo. [*132

1251. Bernhard vom Hagen (de Indagine) *verkauft dem Kloſter Steterburg für 60 l. Mark vier Hufen und vier Wurten zu Watenſtedt* (Watenſtede), *die weiland Ritter Dietrich v. Salder*

von ihm zu Lehen trug, jetzt aber deſſen Söhne ihm aufgelaſſen haben, und übergiebt ſie dem Kloſter in Gegenwart ſeiner Bürgen, der Edeln Konrad v. Dorſtadt, Dietrich v. Heſſen und Johann v. Wahle (de Walede), *zu Händen der Ritter Bodo v. Salder* (de Saldere), *Dietrich v. Barum* (de Barem) *und Edler vom Hauſe* (Edeleri de domo) *ſowie der Bürger* Conradi Sophie filii, Jordanis apud ſanctum Paulum, Ludolfi monetarii und Hermanni apud ſanctum Jacobum *als Bürgen für den künftigen Verzicht ſeiner unmündigen Söhne. Zeugen* Johannes ſancti Martini plebanus in Brunswich, Godeſcalcus plebanus in Dornethe, Lambertus plebanus in Brotzem, Henricus Holtnicker, Henricus Boneke et Hermannus frater ſuus, Henricus apud ſanctum Michaelem, Henricus Ruffus et Johannes Wezelini filius, burgenſes in Brunswich. Acta ſunt hec anno gracie m° cc° lj°. [*136

Aus dem Chronicon Stederburgenſe zu Wolfenbuttel, S. 131.

1251 April 8 Roſenthal. Biſchof Heinrich von Hildesheim übergiebt dem Blaſienſtifte den halben Zehnt zu Oelper (Elbere apud Bruneswic), *womit die Brüder Ritter Ludolf und Gebhard v. Bortfeld, und ein Drittel des Zehnts zu Wöhle* (Wôledhe), *womit die Brüder Berthold und Johannes von Weddelnſtedt* (de Wetelemeſtede) *belehnt waren, welch letztere dagegen drei Hufen ihres Eigenguts zu Bockenem* (in villa Bokelem) *zu Lehn von ihm genommen.* Actum apud Roſendal anno gracie m° cc° lj° vj idus Aprilis. [*137

Original zu Wolfenbüttel, gedr. im Aſſeb. Urk.-B. 1, S. 183.

1253. Truchſeß Anno (vom Campe) und ſeine Brüder verkaufen dem Kreuzkloſter den Stockhorſt bei Braunſchweig. [*150

Aus dem Wolfenbuttler Copiarius des Kreuzkloſters gedruckt bei Koch, Hiſt. ducis Alberti, Beil. Nr. 38, nach einer Abſchrift des XVIII Jahrh. in den Reg. u. Urk. des Geſchl. v. Blankenburg-Campe 1, S. 199.

NOtum ſit omnibus preſentem paginam inſpicientibus et audientibus, quod ego Anno, dapifer ducis de Bruneswic, et fratres mei Baldewinus et Hinricus unanimi conſenſu ſilvam dictam Stochorst cum fundo clauſtro ſancte Crucis in preurbio civitatis Bruneswic ſito pro viginti marcis puri argenti vendidimus ſub conditione proprietatis perpetualiter poſſidendam, hujus poſſeſſionis warandiam ei nunquam negaturi. Si vero aliqua cauſa emergente prefatum clauſtrum ſuper hujus proprietatis poſſeſſione in poſterum aliquid patitur impedimentum, promiſſo fidei noſtre cogente nos in hac vita exiſtentes et nobis divina diſponente providentia ab hoc ſeculo migrantibus heredes noſtri in reſtaurum hujus ſilve debemus ei proprietare alia bona

In der Handſchr. 27 ei: et

non minoris valoris, ſed ſimilis vel majoris. Cum igitur ea, que geruntur in tempore, ſimul cum ipſo ab humana memoria letheo flumine deleantur, niſi validis et evidentibus ſcripti coloribus memorie inpingantur, ne alique ſuper hujus venditionis et emptionis forma in poſterum poſſit oriri calumpnia, ipſam conſcribi fecimus ſigillorum noſtrorum munimine roborantes. Preterea ad majorem hujus conventionis evidentiam teſtes ſub hiis nominibus: dominus Ghevehardus de Borthvelde et Ludolfus frater ſuus, Johannes de Brunsrode, Henricus de Bornem, milites, Ecbertus juxta cimiterium et Ludolfus frater suus, Henricus Boneco et Hermannus frater ſuus, Rodolfus juxta ſanctum Olricum, Conradus Holtnicker et Conradus domine Sophie filius, dominus Rolandus et Burghardus de Ganderſem, in teſtimonium huic pagine ſunt inſcripti. Acta ſunt hec anno incarnationis domini m° cc° liij.

1258 Juli. Der Rath zu Braunſchweig an den Dekan des Stiftes zum H. Kreuze in Hildesheim: bekundet die von Frau Eliſabeth, der Witwe Herrn Hermann Holtnickers, beim Kaufe dreier Hufen zu Timmerlah anerkannten Verpflichtungen. [*183

Original zu Hannover, das Siegel zerbrochen.

HOnorabilibus dominis L. decano eccleſie ſancte Crucis Hildenſemenſis totique capitulo ejusdem loci Conſules et burgenſes civitatis Bruniswicenſis bonam ad eorum beneplacita voluntatem. Notum eſſe volumus, quod domina Elizabeht, vidua domini Hermanni Holtnicker, conſtituta coram nobis recognovit, quod conſentientibus vobis et de bona voluntate noſtra comparavit ſibi et juſtis heredibus ſuis tres manſos ſitos ad villam Tymberlo juxta Bruniswic ſolventes eccleſie veſtre ſingulis annis unum talentum et xv denarios in feſto Mychaelis ſine difficultate qualibet perſolvendos. Recognovit etiam jam dicta domina, quod ipſa et heredes ſui jam dictos manſos quiete poſſidebunt, quamdiu eccleſie veſtre jam dictum cenſum perſolverint expedite in termino ſupradicto. Cavit etiam coram nobis pro ſe et heredibus ſuis, quod eosdem manſos inter diverſas perſonas non divident, ne nuncius eccleſie veſtre jam dictum cenſum cogatur exigere a diverſis. Ne igitur ſuper hiis in poſterum dubitatio oriatur, preſens ſcriptum inde confectum ſigillo noſtre civitatis duximus roborandum. Datum Bruniswic anno domini m° cc° l° viij° menſe Julio.

1260 Juli 7 Anagni. Papſt Alexander an den Scholaſticus des Stiftes zum H. Kreuze in Hildesheim: befiehlt ihm die Entſcheidung eines Streites des Canonicus Roderus zu St Cyriaci mit dem Kleriker Aegidius von Braunſchweig, dem Laien Heinrich daſelbſt u. A. [*191

Original mit Bulle zu Hannover; auf der Falte pe vi.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio . . ſcolaſtico eccleſie ſancte Crucis Hildeſemenſis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Venerabilis Rodherus, canonicus eccleſie ſancti Cyriaci, nobis conquerendo monſtravit, quod Egidius de Brunswic clericus, Henricus ejusdem loci laicus et quidam alii Hildenſemenſis et Verdenſis civitatum et dioc. ſuper quadam pecunie ſumma et rebus aliis injuriantur eidem, ideoque discretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias cauſam et appellatione remota, uſuris ceſſantibus debito fine decidas faciens, quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Anagnie non. Julii pontificatus noſtri anno ſexto.

1267 März 31 Braunſchweig. Die Herzöge Albrecht und Johann theilen ihre Lande und Güter . . . . Brunsw. erit dominium ſpeciale et Luneb. aliud per ſe, et ad unum iſtorum apponetur Tzellis et ad aliud dominium Ghiſhorne, et hoc ſtabit in arbitrio dividentis. Sancti Petri in Luttere et ſancti Egidii in Brunsw. abbatie porrigi debent ab illo, qui Brunsw. optinet, abbatias vero in Luneb. et in Northem et prepoſituram in Alsborch conferre debet ille, qui Luneb. optinebit. Ceteras prepoſituras et prebendas ambo domini duces porrigere debent alternatim, ita ut dominus dux Johannes prepoſituram vel prebendam primo vacantem porrigat, et dux Albertus ſtatim vice altera vacans beneficium aliud pro tempore porriget, ſive prepoſitura fuerit vel prebenda. Beneficia autem eccleſiarum quilibet in ſuo dominio conferat, cui placet. Similiter prepoſituras ſanctimonialium, que ab eis conferri debent, quivis in ſuo dominio perſone ydonee conferat, ſecundum quod ei dominus inſpirabit . . . Datum Brunsw. anno domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo quinta feria ante Judica. [*217

Nach einer Abſchrift des XIV Jahrh. in einem Copiarius des Stadtarchivs zu Hannover gedruckt bei Sudendorf, Urk. zur Geſch. der Herzöge von Br. u. Lüneburg 1, S. 42.

(Um 1274.) Braunſchweiger Bürger als Lehnsleute der edeln Herren v. Meinerſen. [*261

Aus dem bei Sudendorf, Urk. zur Geſchichte der Herzoge von Braunſchw. u. Lüneb. 1, S. 50 ff. abgedruckten Lehnsregiſter der Brüder Luthard und Burchard v. Meinerſen.

HEc ſunt bona domini Luthardi et domini Borchardi de Meinerſen, que milites ab ipſis in pheodo tenent . . . . . Dominus Johannes de Veltſtede j manſum Winnigſtede . . . Hermannus Stapel et fratres ſui vj manſos Bröſem, iiij Levenſtede . . . Dominus Conradus Holtnicker ½ decimam Alvediſſen et i½ manſum et dimidium molandinum Getledhe.

(1274 nach Juli 20). Der Rath von Braunſchweig an Dekan und Kapitel zum H. Kreuze in Hildesheim: bekennt, deren inſerierte Urkunde über den Verkauf zweier Hufen zu Blekenſtedt an Dietrich v. Himſtedt und ſeine Erben vom 30. Juli d. J. gehört und geſehen zu haben, und bittet, die letzten in dieſem Beſitze zu fördern. [*205

Original zu Hannover, auf der Rückſeite Spuren des grünen Siegelverſchluſſes

HOnorabilibus viris et diſcretis dominis . . decano et capitulo eccleſie ſancte Crucis in Hildenſem . . Conſules in Brunswic quicquid poſſunt ſervicii et honoris. Noveritis, quod vidimus et audivimus litteras veſtras patentes tenoris et continencie infraſcripte. Theodericus Dei gracia prepoſitus, Ludolfus decanus et capitulum eccleſie ſancte Crucis Hildenſemenſis hiis omnibus, quibus hoc ſcriptum fuerit exhibitum, ſalutem in domino. Notum eſſe volumus preſentibus et futuris, quod nos Thiderico de Heymſtide, civi Brunswicenſi, ſuisque legitimis heredibus duos manſos Blikkenſtede ſitos, ſolventes xvj ſolidos minus duobus denariis annuatim, jure hereditario porrigimus poſſidendos, ita tamen, quod ipſe et ſui heredes in feſto Michaelis predictum cenſum perſolvant ſine occaſione qualibet expedite. Hujus rei teſtes ſunt Ludolfus decanus, Waltherus cuſtos, Johannes Egelhardi, ſacerdotes, magiſter Godefridus, Ludolfus de Bruneswic, Bertoldus ſcolaſticus, Gerardus, Lippoldus, diaconi, Hugo Parvus, Baldewinus, ſubdiaconi et canonici ſancte Crucis. Actum anno domini m° cc° lxxiiij° xiij kal. Auguſti. Super quo diſcrecionem veſtram ſincere rogamus, quatenus heredes ipſius Thiderici promoveatis in predictis bonis, ubicunque poſſitis, noſtri ſervicii interventu.

1282 Auguſt 11. Herzog Heinrich bekundet ſeine Uebereinkunft mit den Bäckern im Sacke, daß ohne ſeinen und ihren Willen Niemand ihres Amtes ſich anmaßen ſoll. [*316

Aus einem Bäcker-Gildebuche des xvi Jahrh. im Stadtarchive.

NOs Dei gracia Henricus dux de Brunswic recognoſcimus publice proteſtantes, quod nos cum piſtoribus in Sacco taliter placitavimus, quod ſe nullus intromittat de officiis eorum, niſi de noſtra et ipſorum fuerit voluntate, et dictis piſtoribus volumus warandare. Super hoc preſentem paginam noſtro ſigillo munivimus. Datum Brunswic anno domini m° cc° lxxx° ſecundo ſequenti die Laurentii martiris.

In der Handſchrift 23 Brunſchwig ac publice quot

1285 März 17. Die Edeln Friderich und Walther v. Dorſtadt verkaufen den Brüdern Boneken die Vogtei zweier Hufen zu Leinde und Adersheim. [*333

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeltrümmern.

NOs Fredericus et Waltherus Dei gracia nobiles de Dorſtat preſentibus publice proteſtamur, quod nos Henrico et Thiderico fratribus dictis Boneken, burgenſibus in Bruneswich, pro decem talentis denariorum bruneswicenſium vendicionis titulo dimiſimus ac juſto pheudo porreximus advocatiam duorum manſorum, qui ſunt Hartberti et Johannis filii ſui, quorum manſorum unus ſitus eſt in Lenedhe et alter in Aderſem. Porreximus itaque eis tali condicione: ſi in quadriennio proximo poſt feſtum paſche nunc inſtans dictam advocatiam pro prefatis denariis reemere poterimus, datis ſibi denariis nobis ipſam dimittent liberam et ſolutam ac libere reſignabunt. Si autem tunc non reemerimus, amplius reemendi nullam habebimus facultatem, ſed dicti burgenſes absque reemptione et contradicione aliqua pheodaliter poſſidebunt. Super quo preſens ſcriptum noſtris ſigillis juſſimus roborari. Datum anno domini m° cc° lxxxv° in vigilia palmarum.

1290. Jacob Karoli von Braunſchweig in Lüneburg verſchuldet. [*360

Aus dem 'Donatus' im Stadtarchive zu Lüneburg, S. 3.

JAcobus filius Karuli de Bruneswic tenetur perſolvere Alberto Holloni et Nicolao Puero in feſto ſancti Michahelis proxime venturo viij marcas hamborgenſium denariorum. Quos denarios ſi tunc non dederit predictis burgenſibus noſtris, Albertus Hollo et Nicolaus Puer acquirent eosdem denarios ſupra dampnum, et quotcunque dampnum ex hoc conſecuntur, ex eo excipiet ipſos absque quolibet dampno.

1291. Propſt Volrad von St Mauritii zu Hildesheim überläſst ſeinem Mitcanonicus und Kaplane Konrad, dem Sohne weiland Heinrichs des Vogtes in Braunſchweig, auf Lebenszeit einen von ihm bebauten Ort über dem Kreuzgange. [*367

Original zu Hannover mit Siegel.

NOs Volradus Dei gratia prepoſitus Montis in Hildenſem recognoſcimus publice per preſentes, quod Conradus, filius quondam Henrici advocati de Brunswik, eccleſie noſtre Montis canonicus et noſter capellanus, ex conceſſione capituli noſtri Montis locum illum ſuper noſtro clauſtrali ambitu ſuper teſtudine verſus meridiem, deſertum hactenus et mutilem, ſuis ſumptibus edificavit et ad vite ſue tempora ex ejusdem capituli noſtri Montis libera donatione ad uſus et commodum ſuum pacifice retinebit, ita quod poſt triceſimum mortis ſue diem et non ante ſine reclamatione ſua vel ſuorum teſtamentariorum vel alterius cujuscunque predictus locus cum ſuis edificiis ad liberam ordinationem capituli de cetero libere revertat, nec quis-

quam alius contra hec in ſuum vel noſtrum prejudicium aliquid attemptabit. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini milleſimo cc° nonageſimo primo.

1293. Herzog Albrecht befreit den Nachlaß des Klerus in ſeinen Landen von allem Anſpruch der Vögte und Amtleute, wogegen Jeder, der an dieſem Privilegium theilhaben will, jährlich dreimal nach Braunſchweig kommen und in der Kapelle des heiligen Georgs zu St Blaſien Vigilien und Seelmeſſen für die Herzöge Otto, Albrecht und Wilhelm leſen ſoll. 1385

Aus dem Copialbuche des Matthäi-Kalands vom Jahre 1408. Gedruckt bei Gebhardi, Hiſt. Nachr. von dem Stifte S. Matthäi in Braunſchw. S. 81. Die mehrfache Verderbniß des Textes läßt ſich nicht mit Sicherheit beſſern.

Privilegium ſupra bona et libertatem clericorum.

DEi gracia Albertus dux de Brunswich omnibus in perpetuum. Cum conſwetudo, que eccleſiis vel eccleſiarum perſonis gravamen inducit, pia ſit conſideracione remittenda, nos eorum, qui libertatis privilegio clerum dotaverunt, veſtigiis inherentes nolumus, quod pretextu aliqualis conſuetudinis advocati noſtri ammodo de rebus aut exuviis clericorum decedencium in terra noſtra ſe aliquatenus intromittant. Sane ad honorem Dei etglorioſe virginis Marie necnon ob ſpem divine retribucionis, quam noſtre ac progenitorum noſtrorum animabus ex eo ſperamus profuturam, debent univerſi clerici in terminis noſtre jurisdicionis degentes tali perpetuo gaudere karactere libertatis, ut, quidquid de bonis ſuis ſolvendo, dando vel legando per ſe vel per ſui teſtamenti executores racionabiliter ordinaverint, ratum et gratum ſervemus. Et precipimus ac volumus, hoc discrete a noſtris advocatis et eorum ſubditis inviolabiliter obſervari. Prohibemus itaque ſub obtentu noſtre gracie, ne quispiam advocatorum vel officialium noſtrorum ſeu eciam budellorum exnunc ut antea violentam rerum abstractionem, exactionem aut inportunam peticionem in predictos clericos attemptare vel poſt mortem eorum peculia ſeu exuvias decedencium preſumat noſtro aut ſuo nomine in toto vel in parte aliquatenus uſurpare, licet hoc prius aliquociens contigiſſet. In reconpenſam vero hujusmodi libertatis eisdem clericis a nobis indulte univerſi et ſinguli, qui preſenti frui volunt privilegio, niſi forſan legitimo quis detentus inpedimento excuſetur, venire debent Brunsw. tribus vicibus in anno celebraturi in capella beati Georgii vigiliarum et miſſarum ſollempnia pro defunctis, primo videlicet in die ſanctorum Primi et Feliciani martirum divine recordacionis avi domini noſtri Ottonis, ſecundo in craſtino aſſumpcionis ſancte Marie incliti principis patris noſtri, domini Alberti, tercio in craſtino ſancti Michahelis kariſſimi fratris noſtri Wilhelmi, du-

In der Handſchrift 10 libertate 12 inducere 14 24 detendencium 19 ſervamus 20 *fehlt* hoc 22 ut | in 26 frui | tueri.

cum in Brunswich, anniverſarium depoſicionis diem ſollempniter peragendo. Ut autem hec noſtre devocionis ſepefatis clericis de noſtra benignitate conceſſa liberalitas et vigiliarum et miſſarum pro ſalute defunctorum ab eisdem celebranda ſollempnitas perpetuam ſorciatur juſto autoritatis robore firmitatem, preſentem litteram inde confectam cum appenſione ſigilli noſtri ad cautelam contulimus ſuper eo. Teſtes ſunt dominus Baldewinus prepoſitus, Lippoldus, Jordanus, Gherardus, Baldewinus theſaurarius, Wernerus de Brunsrode, Ludolfus de Wenden, canonici ſancti Blaſii eccleſie in Brunswich, Bertoldus notarius noſter, Johannes, Ludolfus fratres dicti de Honlege, Johannes de Uttefe, milites noſtri, et quam plures clerici et layici fide digni. Acta ſunt hec anno ab incarnacione domini m° cc° nonageſimo tercio.

1294 December 19 Libitz (?). Herzog Albrecht geſtattet auf Bitten König Adolfs den Predigerbrüdern den Kloſterbau in Braunſchweig. [*403

Aus Dietrich Pruſſens Sammelbande 'Van der brunſw. ſheide' etc. gedruckt in den Chron. der deutſchen Städte XVI (Braunſchweig II) S. LVII Note 25.

ALbertus Dei gracia dux Brunsw. univerſis preſentes litteras inſpecturis credere ſubnotatis. Ad inſtantes preces invictiſſimi domini noſtri Adolphi Romanorum regis concedimus et promittimus, immo ad hoc noſtrum plenum imperpetuum damus conſenſum pariter et aſſenſum, ut religioſi viri fratres de ordine predicatorum, quos celebris vitae inſignat religio quorumque exemplis mundus regitur et doctrinis, domum ſeu novam plantationem pro fratribus Deo famulantibus in Brunſchwig poſſint et debeant erigere et inſtaurare de novo, preſentium teſtimonio litterarum noſtri ſigilli robore ſignatarum. Datum in Libitz xiiij kal. Januarii, indictione viij^a, anno m° cc° lxxxx iiij°.

In der Handſchr. 16 *fehlt* damus 19 poſſunt 20 ſignatorum

1295 Januar 3 Nordhauſen. König Adolf widerruft die durch Herzog Heinrich geſchehene Veräußerung des Patronats der Katharinenkirche und ſetzt den Herzog wieder zu allem Rechte ſeiner Vorfahren ein. [*406

Original zu Hannover, gedruckt bei Sudendorf, Urk. zur Geſch. der Herzöge von Br. u. L. I, S. 81. Vgl. Chron. der deutſchen Städte XVI (Braunſchw. II) S. XXXI.

NOs Adolfus Dei gracia Romanorum rex ſemper auguſtus ad univerſorum ſacri imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod, cum illuſtris Heinricus, dux Brunswicenſis, princeps noſter dilectus, eccleſiam ſancte Katherine in Brunswig quoad jus alienaverit patronatus, cujus alienatio ſine noſtra auctoritate et conſenſu facta ſeu etiam anteceſſoris noſtri cujus-

cunque, qui eo tempore preſedit imperio, tamquam feodi imperialis non tenuit, nos dictam alienationem revocamus dictumque principem noſtrum ad univerſum jus dicte eccleſie reſtituimus preſentium teſtimonio literarum in hoc eidem facientes graciam ſpecialem. Datum in Northuſen iij° nonas Januarii anno domini m° cc° lxxxx° v°, regni vero noſtri anno tercio.

1 *ſcheint vor* non tenuit *zu fehlen* vim legitimam *oder dergleichen.*

1298 Juni 5. Das Kloſter Dorſtadt verkauft dem Bürger Konrad bei St Jacobus den Zehnt in Groß Rhode zur Leibzucht ſeiner Tochter, der Kloſterfrau Margaretha. [*435

Original zu Dorſtadt mit zwei Siegeln.

JOhannes Dei gratia prepoſitus, Margareta prioriſſa totumque collegium ſanctimonialium ordinis ſancti Auguſtini in Dhorſtat omnibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in domino. Notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod dominus Conradus apud ſanctum Jacobum, burgenſis in Bruneswich, emit a nobis filie ſue domine Margarete, ſanctimoniali noſtri collegii, proventus decime noſtre in majori Rodhen pro triginta duabus marcis puri argenti ſub hac forma, ut ipſe omnes proventus predicte decime nomine filie ſue predicte ſingulis annis integre recipiat, quamdiu ipſe vivat, et de eisdem proventibus, quibus ipſa, ſalva ſibi prebenda ſua, indiget, paterna caritate ſibi miniſtret et procuret. Si vero ipſum premori contigerit, tunc ipſa preſentibus ſibi conceſſa licentia alium, quemcumque voluerit, eliget, qui predictos proventus recipiat et de eis, quibus ipſa indiget, vice et nomine patris ſui pie ſibi provideat et procuret. Poſt mortem autem ipſorum amborum predicti proventus ad officium camere noſtre ſine omni contradictione et inpedimento cujuslibet prepoſiti perpetuo permanebunt. Pro quorum elargitione caritativa nobis facta dicti domini Conradi et uxoris ſue domine Margarete et filiarum Ghertrudis et Margarete predicte anniverſarios ſingulis annis peragemus. Inſuper domino Conrado et uxori ſue predictis concedimus per preſentes plenam participationem omnium miſſarum, orationum, abstinentiarum, jejuniorum, vigiliarum ceterorumque bonorum operum, que per collegium noſtrum perpetuo fieri dederit dominus noſter Jheſus Chriſtus. Ut igitur omnia predicta firma maneant atque rata, preſens ſcriptum inde confectum ſigillis noſtris duximus roborandum. Teſtes eciam ſunt proviſores noſtri collegii, videlicet dominus Eckelinghus prope cimiterium, Hermannus Eyko, Wasmodus de Urdhe, Conradus de Oldendhorp, burgenſes in Bruneswich, et plures alii clerici et layci fide digni. Acta ſunt hec anno domini m° cc° xc° octavo nonas Junii.

Im Orig. 14 ipſa 29 Odhendhorp

(Zweite Hälfte des XIII Jahrh.) Notat über einen Vertrag des Stiftes zum H. Kreuze in Hildesheim mit Heinrich v. Elvede, besiegelt von dem Pfarrer zu St Katharinen in Braunschweig.

Original zu Hannover mit Siegel. [*448

NOtum ſit omnibus preſens ſcriptum inſpicientibus, quod eccleſia ſancte Crucis Hildenſemenſis conpoſitionem fecit cum Henrico de Elvede, dicto Burmeſtringhe, dans ei triginta ſolidos hildenſemenſis monete et viginti ſolidos brunswicenſis, ut conpoſitio facta firmius obſervetur. Hujus facti teſtes ſunt dominus N. plebanus ſancte Katerine in Brunswic, dominus Johannes Engelhardi, dominus Hugo, canonici ſancte Crucis in Hildenſem, Bertoldus, Tidericus et Hermannus, ſacerdotes et capellani ſancte Katerine in Brunswic, Johannes et Alexander, converſi ſancte Marie Magdalene in Hildenſem, Henricus dictus de Solecen et Hermannus filius Lodewici et alii quam plures, qui preſentes fuerunt. Et quod rationabiliter facta ſit hec conpoſitio, dominus N. plebanus ſancte Katerine in Brunswic ſigillo ſuo publice proteſtatur.

1300 December 20. Pfarrer Ludolf zu Kiſſenbrück bekundet, daß Herr Eggeling, Canonicus zu Schöningen, Widekind von Biewende, Bürger zu Braunſchweig, und deſſen Bruder, Bauer zu Biewende, der Kloſterfrau Greten v. Braunſchweig zu Dorſtadt und Werneken v. Goslar, Bürger zu Braunſchweig, eine Hufe zu Weſt-Biewende verkauft haben. [*470

Aus dem Copialis Dorſtadicus *etc. vom Jahre 1614 zu Dorſtadt, S. 133, junge Uebersetzung des muthmaßlich lateiniſchen Originals.*

ECk her Ludloff parner tho Kißenbrugge bekenne in dußen openem breue, datt her Eggelinus canonicus tho Schening vnnd Widekind van Bywende, börgere tho Brunſchwick, vndt her Widekindes ſin broder, bur tho Bywende, hebben vorkofft mit fulborde aller irer eruen ver Greten van Brunſchwieck, kloſterfruwen tho Dorſtadt, vnndt Werneken von Goßlar, börgere tho Brunſchwiegk, eine houe, de belegen is tho Weſter Bywende, mitt alle der nuth vndt rechte, dat dartho hort an velde, an dorpe, an holte, an wiſche, an wege, an vnwege, vor ſeſtein marck eines verdinges min lodiges ſulvers, de ön gentzlicken betalett ſin, an welcker houe de parrer tho Kißenbrugge hefft ein brunſchwickeſchen penning tho gelde tho ſiner kercken alle jahr tho ſunte Mertens dage. Tho einem vrkunde dußer dinge hebbe eck her Ludolff, de hieuor benömet iß, dußen breiff beſeggelt mit minem ingeſeggele nach Goddes borth duſent dreihundert jahr in ſunte Thomas auende des apoſtelß.

In der Handſchrift 22 Kuſterfruwen 28 benonet

1302 April 2. Das Kloſter Steterburg verkauft an Ludolf Martini Güter zu Geitelde und Beddingen, die ſelbiger nach ſeinem Tode dem Krankenhauſe widmet. *489

Original zu Wolfenbüttel, die drei Siegel von den rothgelben Seidenſträngen abgeſchnitten. Rückvermerk des XVI Jahrh. de quinque manſis Getledhe.

DEi gracia . . Henricus prepoſitus . . Mechtildis prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium in Stederborch omnibus preſentem litteram inſpecturis oraciones in Chriſto devotas. Quia tempora ad modum aque defluentis transeunt, honeſta hominum facta cum diſcurſu temporis elabuntur, ſi non roborantur ſcriptis autenticis vel teſtimonio conpetenti. Univerſis igitur tam preſentibus quam futuris cupimus fore notum, quod, cum monaſterium noſtrum, ſimul noſtra familia de filiis domini Fredherici militis dicti de Stedere ejusque heredibus propter vicinitatem et eorum inportunitatem turbaciones et moleſtias plurimas ſustineret, ut dictum noſtrum monaſterium ſe ab predictis heredibus quibuslibet exoneraret, bona eorum juxta noſtrum monaſterium ſita in Stedere cum omnibus pertinenciis ampliori precio, quam valerent, cauſaque commodi conparavit et ſic ab eorum vexacionibus ſe exemit. Cum vero pecunia nobis deficeret ad jam dicta bona conparanda, maturo conſilio habito Ludolfo, filio Martini militis dicti de Brotzem, quinque manſos ſitos in Getledhe cum una curia ibidem, quam cognacio dicta Siverdighe poſſederat, et quatuor areas, duas in Ghetledhe et duas in Beddinge, cum univerſis attinenciis in villis pariter et in campis annuente venerabili domino Siffrido, Hildenſemenſi epiſcopo, et cum ſcitu dominorum Conſulum civitatis Brunesw. ac unanimi conſenſu converſorum fratrum noſtrorum, ſimul cum beneplacito procuratorum noſtri monaſterii pro nonaginta marcis vendidimus ad tempora vite ſue poſſidendos libere et quiete. Predicto vero Ludolfo mortuo memorata bona cum omni fructu in remedium anime ſue omnibus ſupra ſcriptis conſencientibus ad utilitatem noſtre infirmarie dominarum libere contulit perpetuo convertenda. Ut autem hec vendicio ac ipſius pia donacio ad predictam infirmariam perpetuis temporibus maneat inconvulſa, preſentem paginam inde conſcriptam ſigillo noſtro et noſtri conventus duximus roborari, eciam ad predictorum omnium teſtimonium ſigillum civitatis Brunesw. preſentibus eſt appenſum. Hujus rei teſtes ſunt magiſter Henricus Holtnickeri, plebanus ſancti Martini, dominus Baldewinus, teſaurarius ſancti Blaſii in Brunesw., Johannes et Bernardus, capellani noſtri, Thidericus plebanus in Orum, Conradus de Lubeke, Fredhericus de Luchtendorpe, Hermannus de Ursleve, Johannes de Veltſtede, Henricus de Veltſtede, procuratores noſtri monaſterii, et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno domini m° ccc° ſecundo quarto nonas Aprilis.

Im Orig. 12 exhonerare: 18 *fehlt das erſte* in 24 firmariam 27 apenſum

URKUNDENBUCH

DER

STADT BRAUNSCHWEIG

IM AUFTRAGE DER STADTBEHOERDEN

HERAUSGEGEBEN

VON

LUDWIG HAENSELMANN.



REGISTER DER ÜBERLIEFERUNG VON MXXXI BIS MCCCXX

(BAND I Nr I—XXIV UND BAND II).

BRAUNSCHWEIG

C. A. SCHWETSCHKE UND SOHN

MCM



Register.

I. Perfonen und Örter.

A.

B.

Equorde, van Garfelbutle, de Godenftede, de Gotlande, de Gowifche, bi dheme graven, Grube, Hamele, de Hamelen, de Helmeftede, de Hindeneborch, de Holle, Holtec, de Honlage, van Honowere, Kale, de Cletlinge, de Clettenberg, Kochenmule, des korsnewerchten, Kofze, Kote, Cramere, Lange, de Lendhorpe, de Leverflum, de Lochtene, de Lubeke, de Mandere, van Ovesvelde, de Peina, Pil, de Pole, Prentelere, de Rotdorpe, de Rotne, Scrader, de Senftede, Smet, van Solfchen, Strik, de Thithe, de Veltem, Viltere, Wedekindi, de Wendeffem, de Werningerode, de Wetelemeftede, Wivelghing, van Woltwifche, Worft.

Bertradis, *Magd Propft Johanns im Kreuzklofter*, 1312: 390[10].

Bertradis, -da: de Alvelde, Holtnickeres, de Kiffenbrucke, upme Stenweghe.

Bertrammus, *Abt von Riddagshaufen*, 1190: 9[27].

Bertrammus, *Prior in Sittichenbach*, 1314: 419[26] 420[16].

Bertrammus fenior }
Bertrammus, *Vogt von Göttingen*, } *f.* de Werle.

Bertrammus, -ramus, -ram, -erammus, -eram: de Affeborch, de Blankenborch, de Bodenrode, de Borchwede, de Dammone, de Campis, Kofze, de Legede, de Luttenem, de Nienftede, van Peyne, Schirlot, Stake, de Stendale, de Tfampeleve, de Velftede, de Veltem, Wedekindi, de Werle.

Bervelte *Barfelde*.

Berwinkel *Barenwinkel*.

Befeke von Luttere.

Betekenrodhe *Bettenrode?*

Beteco, -ke, Betheco, -ko: van Alvelde, de Graf horft, Mertenes, Mule, de Rotdorpe, Scildere, fcolemeker, de Sodherem, van Tzampleve.

Betemannus de Werle.

*(**Betheln**, Kr. Marienburg.)*

van **Betenem**, Bettenum,
Arnolt, *Neubürger in der Neuftadt* (*n.* 1320): 512[12];
Heneke }
Rôle } *in der Neuftadt* (*n.* 1320): 515[14].

Bethlehem, Bethleem, 165[21]; frater Hugo ordinis predicatorum, Bethleemitanenfis eccl. epifc. 1289: 165[20].

*(**Bettmar**, Betmere, Kr. Braunfchweig? Kr. Marienburg?)*

van **Betmere**
vor Grete }
N. ihr Sohn, Barfüßer } 1311: 363[15 f].

Betten *in Gent*
Si-, Symon, her Simoen, 1291—1307: 174[11 f] 210[9] 316[15];
Willelmus, her Willem, *deffen Bruder*, 1298. 1307: 210[9. 12] 316[14];
Jordanis, *desgl.* 1298: 210[9].

Betten, Hennig, *in der Altftadt* 1320: 506[8].

Bettenrode, Betekenrodhe, *Kr. Göttingen?* 316[6].

Bettenum *Betheln*.

Betzinghe, Bedzingherodhe *Marienrode*.

Bichelinge *Beichlingen*.

Bickernotz *im Hagen* (1300): 227[26].

Bienrode, Iban-, Ibenroth, Byen-, Bigenrode, *Kr. Braunfchweig*, 1031 *zu St Magni eingepfarrt*, 1[18] (16[17]) 375[6]; *Kirche* 539[31]; *Patronat* 375[7]; *Pfarrer* Weilandus.

Bierbergen, Berberghe, *Kr. Peine*, 311[9].

de, van **Berberge**, -ghe
Henricus (1296): 201[29];
vor Ghefe }
fulter Ghefe, *deren Bruderstochter* } 1316: 426[1. 4];
Henning, Heynnig *in der Neuftadt* (1320): 509[26] 512[12].

Biewende, Biwende, -wendhe, -wenden, -winde, -venden, Bywende, *Groß- oder Klein-B., Kr. Wolfenbuttel*, 50[19] 90[5. 14] 100[21] 136[13. 20. 30]; *Zehnt* 300[7]; *Kirche* 55[22. 29] 89[7. 14]; Wefterbiwende, -bywende, *Groß-B.* 83[28] 393[15] 405[17] 422[3] 551[21], Ofter-, Ofterften-, orientalis villa B., Ofterbivenden, -bywendhe, *Klein-B.* 282[25] 283[2. 14. 20] 284[17]; *Zehnt* 206[1. 15] 290[27] 291[25].

de **Bi-, Bywende**, Biwinde, *Edle*,
1 Haoldus miles, *Ritter Halt*, 1204. (36): 15[8] 540[9. 20];
2 Helmoldus, *deffen Sohn*, 1239—63: 36[28] 55[28. 32] 56[10. 13] 89[15] 540[9];
3 Helmoldus, *Helmolds (2) Sohn*, 1250. 59: 55[28] 83[24];
4 Liudolfus, *desgl.* 1250: 55[28];
5 Gunzelinus, *desgl.* 1250. 59: 55[29] 83[24].

de, van **Biwende**
1 Marquardus }
2 Thidericus, *deffen Sohn, Deutfchordensritter zu Langeln* } 1263: 90[28];
3 Conradus miles, her Conrad (1268), † 1280 } 100[21]
4 her Conrad, *deffen Sohn* (1268). 1280 } 136[15. 20. 25];
5 dom. Conradus albus †
6 Conradus }
7 Rodolfus }
8 Waltherus } *deffen Kinder* } 1280: 136[15 ff];
9 Ludolfus }
10 Adelheydis }
11 Gertrudis }

483[26.28] 484[1] 489[20] 490[25] 491[18.17] 493[30] 494[14.16] 497[16.20] 499[16] 500[31] 501[11.24] 526[26] 527[10] 535[1.24];

19 *Albrecht, Propſt zu Einbeck*
20 **Heinrich, Domherr zu Hildesheim**
21 *Luder*
22 *Johannes*
23 *Magnus*
23a *Ernſt*
} **Albrecht des** *F (15) Söhne,* 1319: 490[29] 491[1];

24 *Ernſt (zu Oſterode), Heinrich des Wunderlichen (11) Sohn,* uſe juncherre hertoghe Erneſt, 1309.18: 347[14] 482[6.16];

25 **Wilhelm (zu Herzberg)**
25a *Heinrich,* Henricus
} **Heinrichs d. Wunderlichen** *(11) Söhne,* 1309: 347[15];

26 *Alſine*
27 *Adelheid*
28 *Facia*
} *Heinrichs des Wunderlichen (11) Töchter* 1309: 347[14];

IN Nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia Otto dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret vivacitas litterarum, hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod fidelis noſter Ecbertus de Aſſeborch miles vendidit pro ſeptuaginta ſeptem marcis puri argenti Ludolfo Gruben, burgenſi in Bruneswich, tres manſos quartali minus ſitos in campis ville Remninghe Halberſtadenſis dyoceſis et unam curiam in eadem villa ad eosdem manſos pertinentem et unum manſum ſitum in campis ville Hedebere predicte dyoceſis et unam curiam in eadem villa cum omnibus etiam et ſingulis aliis eo-

rum utilitatibus et juribus univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure advocatie, comicie et quibuslibet ſervitiis prorſus liberos et ſolutos proprietatis et libertatis tytulo, ſicut idem Ecbertus et predeceſſores ſui eos poſſederant, pacifice et quiete libere poſſidendos. Quos manſos ſic emptos predictus Ludolfus, affectans mereri glorioſiſſimorum ſanctorum decem milium militum martirum indubitanda patrocinia, donavit et transtulit cum omnibus ſuis pertinentiis et juribus in dotem altaris, quod in auſtrali parte eccleſie ſancti Martini in Bruneswich in honorem eorumdem martyrum fundavit et conſtruxit, ſalvis infraſcriptis conditionibus eidem altari dotali jure et eccleſiaſtica emunitate perpetuo permanſuros. Nos igitur hanc emptionem et translationem predictorum bonorum in dotem altaris prefati pro nobis et fratribus noſtris Magno et Erneſto, quorum tutelam gerimus, approbantes eodem Ludolfo Gruben a nobis legaliter petente miſimus Henricum Elye et Johannem Ludolfi, proviſores predicte eccleſie, nomine prefati altaris per gogravium noſtrum in predictorum bonorum poſſeſſionem corporalem, qui ex parte noſtri recepit ab ipſis denarios noſtros wlgariter dictos vredhepenninge et auctoritate noſtra firmavit ac ſtabilivit ipſis ac predicto altari legaliter predictorum bonorum firmam pacem atque bannum, in qua bannita taliter libertate et firmata poſſeſſione, ſicut ratione temporalis juriditionis et dominii noſtra intereſt, volumus ipſos et quoslibet ejusdem eccleſie rectores ac etiam proviſores legitime, prout tenemur, defendere et tueri. Verum quia prenominatus Ludolfus Grube prefatos manſos cum ſuis juribus et pertinentiis in dotem predicti altaris cum hiis conditionibus donavit, quod, ſi aliquis plebanus eccleſie ſancti Martini aut gerens vices ejus ibidem nollet procurare, ut idem altare ſingulis diebus de predictorum bonorum proventibus officietur per ſpetialem ſacerdotem ad hoc conductum ſeu conducendum, aut vellet de eodem altari facere beneficium ſpetiale vel aliquid aliud pro ſua voluntate de eorundem bonorum proventibus ordinare, extunc Conſules Antique civitatis cum proviſoribus predicte eccleſie ipſo plebano vel gerente vices ejus irrequiſitis et irrequirendis tollent eosdem proventus et cum ipſis procurabunt alias, ubicumque voluerint, ſingulis diebus dici unam miſſam, donec ipſe plebanus vel gerens vices ejus ordinare voluerit et ordinet, ut predictum altare officietur ſingulis diebus una miſſa, nos, quia contractus et donationes a conditionibus appoſitis legem accipiunt, has conditiones pro nobis et fratribus noſtris Magno et Erneſto predictis, quorum tutelam gerimus, approbamus et ratificamus et decernimus eas inmutabiliter obſervandas, non obſtante, ſi aliquem per nos vel ſucceſſores noſtros contigerit preſentari ad predictam eccleſiam de eisdem conditionibus nulla facta mentione. Igitur, ut hec omnia et ſingula ſine omni exceptione juris canonici et civilis perpetuo firma maneant atque rata, ſigillum noſtrum patenter preſentibus duximus apponendum. Teſtes etiam hujus rei ſunt honeſti viri Thidericus noſter notarius, Henricus de Wenden, Widekindus et Ludhegerus de Garsnebutle, Ludolfus de Honlaghe, Bertoldus de Velthum, Gevehardus de Weverlinghe, milites, fideles noſtri, et plures alii fide digni. Datum Bruneswich anno domini m°ccc° viceſimo primo tercio kalendas Aprilis.

Im Orig. 1 *fehlt* in. 5 transtulit eos.

1321 März 30. Biſchof Otto von Hildesheim beſtätigt der Prieſterbrüderſchaft die Privilegien der Herzöge Heinrich, Albrecht, Otto und des Blaſienſtiftes für die Gertrudenkapelle. [16

Original im Stadtarchive mit Siegel an rothem Seidenſtrange. Unter deſſen Schürzung auf der Falte iſt ein ſchmaler Pergamentſtreifen eingeſchoben mit folgender Aufſchrift des XIV Jahrh.: Dominus Otto, Hildenſemenſis eccleſie electus confirmatus, hac littera confirmavit privilegia principum et decani ac capituli eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich data ſuper capellam ſancte Ghertrudis ibidem. *Rückvermerk des XIV Jahrh.* confirmacio privilegiorum Ottonis epiſcopi Hildeſemenſis, *von etwas jüngerer Hand* m°ccc°xxj°iij° kal. Aprilis.

OTTO Dei et apoſtolice ſedis gratia Hildenſemenſis eccleſie electus confirmatus dilectis ſibi in Chriſto prepoſito ac confratribus et conſororibus ſacerdotalis confraternitatis in Bruneswich ſalutem in domino. Significaſtis nobis, quod illuſtres principes Henricus dux in Bruneswich et Albertus pie recordationis, quondam frater ejus, ac Otto dux ibidem et in Luneburch decanusque et capitulum eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich unanimiter vobis in hoc conſenſerunt, quod tam veſtris quam aliorum bonorum hominum piis largitionibus dotaſtis capellam ſancte Ghertrudis virginis ſub capella ſancti Georgii martiris ibidem exiſtentem et dotare poteſtis altare ſancti Thome epiſcopi et martiris in eadem capella ſancte Ghertrudis, ut idem altare, cum dotatum fuerit, et capella predicta ad divini cultus augmentum ſpecialia beneficia perſeverent, et quod vos eandem capellam ſancte Ghertrudis habere debetis ad divinum officium et memorias veſtrorum confratrum et conſororum et ad alias laudabiles obſervancias a vobis conſuetas in ea perpetuo peragendas, retenturi vobis et confraternitati veſtre, quicquid oblatum fuerit in triceſimis vel memoriis veſtrorum confratrum et conſororum et in ſexta feria penthecoſtes, et quod decanus eccleſie ſancti Blaſii predicte eandem capellam ſancte Ghertrudis et altare ſancti Thome in ipſa conſiſtens, cum dotatum fuerit, perpetuo perfectum jus habeat ea conferendi aliquibus ſacerdotibus, quos de confraternitate veſtra duxeritis eligendos et preſentandos, qui eciam per annum ante confraternitate fuerint in eadem. Et ſi idem decanus eandem capellam ſancte Ghertrudis aut altare ſancti Thome infra quindenam a die, quo alterutrum ipſorum vacare contigerit, conputandam non confert alicui ſacerdoti in veſtra confraternitate exiſtenti et qui per annum ante in ipſa fuerit, debet privatus eſſe poteſtate et jure conferendi illa vice et, ſi confert, talis ſua collatio debet eſſe nulla et nullius efficacie et vigoris, et prepoſitus veſtre confraternitatis debet eandem capellam aut ipſum altare conferre uni ſacerdoti, qui ſit et per annum ante fuerit in ipſa confraternitate, ſalvo tamen ipſi decano in poſterum jure conferendi ipſam capellam aut ipſum altare premiſſis conditionibus in conferendo per ipſum obſervatis. Verum quia capella et altare jam dicta ad decaniam eccleſie ſancti Blaſii ſupradicte pertinuerant, ob hoc rectores ejusdem capelle et altaris domino decano ejusdem eccleſie ſancti Blaſii obedienciam facient, et ipſe eorum negli-

Im Orig. 23 (duxeri)tis eligendos et preſentandos, qui eciam *auf Raſur.*

gencias in divino officio et alios exceſſus ipſorum, ſi quos conmiſerint, corriget diligenter. Et ſi aliquis ipſorum incorrigibilis extiterit, aut exceſſus ſui tam graves et enormes fuerint, quod ſuo beneficio jure ſit privandus, talis privatio ac ipſius beneficii abjudicatio fiet a domino decano cum approbatione confratrum veſtrorum clericorum. Sacerdotes quoque, quibus eadem capella aut ipſum altare collata fuerint, officiabunt ea perſonaliter ſeu per ſe ipſos. Et legent in ea ſingulis diebus horas canonicas et vigilias ac veſperas animarum. Et celebrabunt miſſas ſingulis diebus, niſi neceſſitas aut rationabilis cauſa ipſos excuſet. Et ſingulis dominicis diebus quilibet ipſorum celebrabit officium diei, prout occurrit. Et qualibet ſeptimana conplebunt miſſas ipſis aſſignatas pro ſalute confratrum veſtrorum vivorum atque defunctorum. Et frequentabunt chorum eccleſie ſancti Blaſii in feſtis ſibi ad hoc expreſſis. Et apud eandem eccleſiam ſepelientur, et conventus peraget ipſorum exequias, ſicut unius ſui vicarii exequie peraguntur. Cumque aliquis ſacerdotum predictorum obierit in nativitate domini, quartam partem reddituum futurorum ſui beneficii habebit. Si autem obierit in paſcha, dimidiam partem reddituum habebit. Si vero obierit in nativitate ſancti Johannis baptiſte, tres partes reddituum habebit. Sed ſi obierit in feſto ſancti Michaelis vel poſt, omnes redditus preteriti anni recipiet et habebit. Nos igitur decernentes omnia et ſingula premiſſa inmutabili obſervatione digna ad devotas veſtras ſupplicationes ordinacionem de capella ſancte Ghertrudis et altari ſancti Thome cum omnibus et ſingulis conditionibus premiſſis et tenores litterarum prenominatorum principum et decani ac capituli datarum vobis ſuper hiis approbamus, ratificamus et autoritate ordiniaria preſentibus in Dei nomine confirmamus, diſtrictius inhibentes, ne quis aliquid premiſſorum preſumat inmutare, decernentes irritum et inane, quicquid in contrarium contigerit attemptari. In quorum omnium evidens teſtimonium preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo noſtro duximus patenter roborandam. Actum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo primo tertio kalendas Aprilis.

1321 Mai 1. Das Kreuzkloſter verkauft ſeiner Mitſchweſter Lucien Adelholdes ein Leibgedinge auf Heimfall zu Behuf der Jahrzeit ihrer Eltern. [17

Original zu Wolfenbüttel mit Trümmern der beiden Siegel an Pergamentſtreifen.

NOS Johannes Dei gracia prepoſitus, Ghertrudis abbatiſſa, Mechtildis prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium monaſterii ſancte Crucis in Rennelberghe preſentibus publice recognoſcimus et teſtamur, quod cum unanimi conſenſu noſtri capituli dilecte nobis in Chriſto Lucie conſorori noſtre, filie quondam Adelholdi, burgenſis in Bruneswich, vendidimus tres choros perpetuorum reddituum, videlicet duos tritici et unum ſiliginis, bruneswicenſis menſure pro quatuordecim marcis uno fertone minus puri argenti ponderis bruneswicenſis in uſus noſtri mona-

ſterii converſis, quos quidem choros eidem Lucie dabimus expedite ad vite ſue tempora annis ſingulis in feſto dominorum. Poſt obitum vero ipſius Lucie iidem chori preſentari et dari debent integraliter in prefato termino camerarie noſtre, de quibus ipſa peragi procurabit annis ſingulis miſſis et vigiliis anniverſarios, videlicet Lucie, matris conſororis noſtre Lucie predicte, in feſto aſſumptionis beate Marie virginis ac patris ſui Adelholdi ſupradicti in feſto ſanctorum omnium. Dominabus noſtri conventus karitativam conſolationem faciet in hiis duobus feſtis, ita eciam, quod in veſpere cujuslibet feſti miniſtretur cuilibet domine conventuali dimidia ſtopa bone cerviſie in relevamen ſpetialium laborum in hujusmodi anniverſariis habitorum. Extunc enim, ſi quid de predictis tribus choris ſuperfuerit, hoc eadem cameraria noſtra antedicta officio ſuo retinebit et convertet in conmunes uſus noſtrarum dominarum, prout ſibi expedire videbitur, ob ſalutem anime Lucie conſororis noſtre ſepedicte. Igitur ut hec omnia tam apud nos quam ſucceſſores noſtros inmutabiliter obſerventur, preſentem litteram inde conſcriptam ſigillis noſtris patenter duximus roborandam. Teſtes etiam ſunt Conradus de Tweleken, Egkelingus Sanderi, Johannes Frederici, Olricus de Wetelemſtede, Conſules pro tempore Indaginis civitatis Bruneswich, Bernardus Cale et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo primo in die apoſtolorum Philippi et Jacobi beatorum.

1321 Mai 12. Ritter Johann Schlenkerdaus (dictus Slengherdus ſive de Quernem) *verkauft mit Zuſtimmung ſeines Lehnsherrn, Ritter Balduins (v. Wenden), und ſeiner, Johanns, Frau Johanna wegen deren Leibgedingsrechtes* (ad quam eadem bona uſufructuario jure wlgariter dicto lifghedink pertinent) *dem Kloſter Riddagshauſen für 20 Mark auf Wiederkauf binnen drei Jahren die Fiſchweide zu Querum. Unter den Zeugen* Bernhardus Calvus, Rodolphus de Wethelemeſtede, burgenſes in Brunswic. Actum et datum anno domini m° ccc° viceſimo primo in die ſanctorum Nerey, Achillei atque Pancracii. [18

Original zu Wolfenbüttel mit zwei Siegeln.

1321 Juni 12. Biſchof Otto von Hildesheim verlegt die Kirchweih der Gertrudenkapelle und die Translation der h. Gertrud. [19

Original im Stadtarchive mit Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerke des XIV Jahrh. 1. de dedicacione capelle ſancte Ghertrudis et beate *(!)* Thome martiris, 2. privilegium Ottonis epiſcopi Hildenſemenſis.

OTTO Dei et apoſtolice ſedis gratia Hildenſemenſis eccleſie electus confirmatus omnibus Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in domino. Ut ſollempnitas dedicationis capelle ſancte Ghertrudis virginis in Bruneswich et altaris ſancti Thome epiſcopi et martiris in eadem capella exiſtentis, que fuit in die ſancti Silveſtri pape, exnunc propter opor-

tunitatem temporis devocius peragatur, et eadem capella a Chriſti fidelibus diligencius frequentetur, nos ad honorem ſancte Ghertrudis et beati Thome epiſcopi et omnium patronorum ejusdem capelle predictam dedicationis ſollempnitatem cum officio et indulgencia in proximam dominicam poſt diem ſancti Jacobi apoſtoli et feſtum translationis ſancte Ghertrudis in craſtinum ſanctorum martirum Felicis et Adaucti in Dei nomine transponimus per preſentes. In quorum omnium evidens teſtimonium preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo noſtro patenter duximus roborandam. Datum anno domini m° ccc° viceſimo primo pridie ydus Junij.

1321 Juli 10. Das Vehmgericht gehegt. [20

Aus dem Liber proſcriptionum et judicii vemeding. *Fortſetzung von II, Nr 860.*

ANNO Domini m° ccc° xxj° feria ſexta in die ſeptem fratrum ſunt iſti citati in foſſa ſancti Petri in judítio vemeding. *Bl. 33'* ¶ Bůz fuit citatus ex parte David Kronesben pro furto. ¶ Henning et Ludeman de Bremen et Geſe ſoror eorum citati ſunt pro furto ex parte Arnoldi Kannengheteres. ¶ Henneko filius Hampen eſt citatus a Borchardo de Welede. ¶ Heyſo filius Heyſonis juravit. ¶ Ranke et Peyne lapicida ſunt citati pro teſſeratione falſa. ¶ Engelko filius Foys juravit ſolus. ¶ Filius Oſterrodes cerdonis citatus eſt ex parte Johannis de Bortvelde. ¶ Trutewin juravit ſolus. ¶ Henning Sant citatus ex parte Weſtfal ſellatoris. ¶ Diſtel citatus ex parte Sanderi de Honrekampe. ¶ Bertoldus de Magdeborg citatus eſt ex parte Ludolfi de Brotzem. ¶ Lampe eſt citatus ex parte Henningi Weyghergang. ¶ Ropeke et Herman Hottere et Henning de Embeke citati ſunt pro homicidio. ¶ Thileco de Hilghenſtat citatus ex parte Janes de Veltſtede ſutoris. ¶ Jutta ſoror Fabri citata eſt pro furto ex parte Johannis de Veltſtede ſutoris. ¶ Filia Frederici Stendeckeres citata ex parte filie Hilbrandi Sceveben. ¶ Wildewater citatus ex parte Luderi. ¶ Swad eſt citatus ex parte doliatoris apud macella Indaginis. ¶ Johannes Wolves citatus ex parte Rotgheri. ¶ Tileko Caverla citatus eſt ex parte Hoyeri de Wendeſtrate. ¶ Filia Kikelerſes citata ex parte Tilonis de Smedenſtede. ¶ Ludeman de Marchia citatus ex parte Egberti Velſcheres. ¶ Johannes de Hildenſem citatus ex parte Henningi Bomgarden. ¶ Johannes Stocviſch citatus ex parte Hermanni de Gledinge.

1321 Juli 25. Gerwins Teſtament. [21

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt. Am Rande teſtamentum Gherwini. *Vorher II, Nr 898.*

IN Nomine domini amen. Noverint tam preſentes quam futuri, quod Gherwinus ſui compos *Bl. 4'* et ſane mentis coram Conſulibus Nove civitatis Alberto de Peyne, Hermanno Mulen, Alberto

In der Hſ. 29 fehlt tam.

Blivot, Thiderico Abbatis, Henningo de Munſtede, Dedekino Widenveldes ſub forma ſequenti ſuum condidit teſtamentum. Videlicet quod legavit poſt mortem ejus et uxoris tribus filiabus ſuis in monte ſancte Crucis foras Brunswich duas marcas puri annue penſionis ſitas in domo Ottonis de Sirdeſſe in platea Keyſerſtrate et in domo Hermanni Huneborſteles prope cimiterium ſancti Petri, quarum unam, videlicet ſitam in domo Ottonis predicti, idem Otto, ſi fortuna ſibi faverit, poteſtatem habet pro xv marcis puri reemendi. Cum quibus ſcilicet xv marcis predictis filiabus dicti Gherwini debet reemi alia marca annuatim. alia autem iſtarum marcarum, videlicet in domo Hermanni de Hunenborſtele, perpetuus cenſus remanebit. Poſt obitum vero duarum filiarum una predictarum marcarum ad veros heredes ipſius Gherwini redibit. mortua autem tercia filia ſecunda marca ſimiliter penes heredes remanebit poſt mortem dicti Gherwini et uxoris ejusdem.

Item quod legavit Johanni filio ſuo lx marcas puri argenti, quarum xiiij marcas habet in domibus Johannis Luderi pro una marca annuatim et viij marcas in domo Bertoldi de Leverſſum, pro quibus datur j marca annuatim. Cenſum vero dictus Gherwinus et uxor ejus ad tempora vite tollunt. poſt mortem autem eorundem ad dictum Johannem redibit. Item quod habet duo laſt cupri, quorum dominus jam factus eſt. Et ſi cum iſtis legatis ſummam ſibi aſſignatam, ſcilicet lx marcarum, habere non poſſet, tunc de aliis bonis iſta ſumma deberet adimpleri.

Item quod legavit Henrico filio ſuo majorem domum ſuam, in qua moratur, poſt obitum ſuum et uxoris ſue et c marcas, quas habebit poſt mortem dicti Gherwini et uxoris ejus. Quarum c marcarum xix habebit in iiij manſo, quos habet cum Johanne, patruo ſuo, in campis ville Eggelſum, et habebit viij marcas in quodam manſo in campis ville Callum. Et de aliis bonis et mercimoniis nulli alii ſpecialiter aſſignatis tantum ſumet, quod ſummam ſibi aſſignatam, videlicet c marcarum, attingat. Quicquid autem de aliis bonis, ubicumque fuerint, ſuperremanſerit, hoc veri heredes inter ſe equaliter divident et diſponent.

Ne igitur aliqua diſſenſio ac lis oriatur inter veros heredes, dictus Gherwinus elegit Thidericum de Brokelde et Henningum Gherwini et Heyſonem de Bodingerode in reconciliatores et amicabiles conpoſitores ſimiliter et executores. Teſtes hujus facti ſunt honorabiles viri prius nominati Conſules Nove civitatis tunc temporis exiſtentes. Actum anno domini m° ccc° xxj° in die Jacobi apoſtoli.

1321 Auguſt 1 Braunſchweig. Die Brüder Ritter Ludolf und Knappe Gebhard v. Bortfeld eignen dem Kloſter Steterburg zwei Hufen zu Klein Gleidingen (Gledinge apud Denſtorp), *die Heinrich Schele, der Sohn weiland Betmanns bei St Michaelis* (quondam Bethemanni apud ſanctum Michaelem), *von ihnen zu Lehen trug. Zeugen* Johannes Ludolphi, Conradus Holtnicker

junior, David Cronesben, Hillebrandus Eleri, cives in Brunswich. Datum Brunswich anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo in die beati Petri ad vincula. [22

Steterburger Copialbuch zu Wolfenbüttel, S. 397.

1321 August 6. Propst Arnold, Priorin Johanna und Convent zu Steterburg urkunden über die Verwendung der Aufkünfte von einem Hofe und vier Hufen zu Klein Mahner (parvo Mandere), *die Schwester Margaretha v. Peine für 60 Mark l. S. gekauft hat, wovon ein Drittel der Schwester Sophia Petri gehörten, die dafür mit Schwester Gertruden ein Drittel jener Güter zur Leibzucht haben soll.* Datum anno domini mº cccº xxjº in die beati Sixti martiris. [23

Chronicon Stederburgense zu Wolfenbüttel, Bl. 292.

1321 October 21 Braunschweig. Ritter Balduin v. Wenden verkauft dem Pfarrer Reimbold zu St Katharinen seine Vogtei an der Mühle zu Twelken. [24

Aus dem Copialbuche der Katharinenkirche, S. 17.

EGO Baldewinus miles, filius quondam Baldewini militis de Wenden, ad perpetuam memoriam tam presentium quam futurorum publice cupio pervenire, quod vendidi domino Reymboldo rectori ecclesie sancte Katerine in Brunswich et omnibus sibi in eadem ecclesia succedentibus advocatiam meam in molendino sito in villa Twelken, solventem singulis annis duos solidos novorum brunswicensium denariorum in festo sancti Michahelis et duos pullos in carnisprivio dandos, pro una marca examinati argenti michi persoluta. Resigno eciam eandem advocatiam et omne jus ex ea michi conpetens illustri principi domino meo duci Ottoni in Brunswich, a quo eam tenebam in feodo, et renunciavi coram ipso et in Dei nomine renuncio per presentes pro me et meis heredibus eidem advocatie et omni juri, quod michi in predicto molendino qualitercunque conpetebat et conpetere potuisset in futuro. Adicio eciam, quod volo dictum dominum Reymboldum et omnes predicte ecclesie rectores de prefata advocatia legitime warandare et de evictione cavendo ab omni homine disbrigare, si, quod absit, litem, inpetitionem aut controversiam ab aliquo ipsis moveri contigerit de eadem. Ad quod faciendum me obligo presentibus omnibus exceptionibus et recusationibus remotis penitus et exclusis. Et in horum omnium evidens testimonium sigillum meum duxi presentibus perpetualiter apponendum. Testes eciam sunt Jordanus et Hinricus dicti Stapel, Georgius dictus de Tzampleve, Ludigherus Monetarius, fideles mei, burgenses in Brunswich, et plures alii fide digni. Actum et datum ibidem anno domini mº cccº xxjº xijº kalendas Novembris.

In der Handschrift 21 addicio. 24 movere.

1321 October 27 Wolfenbüttel. Herzog Otto eignet der Katharinenkirche die Vogtei an der Mühle zu Twelken, die ihm Balduin von Wenden aufgeſandt hat. [25

Original im Stadtarchive mit Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. ſuper molendinum Ttwelken.

IN Nomine domini amen. Dei gratia Otto dux in Brunswich omnibus in perpetuum. Noverint univerſi tam preſentes quam futuri, quod Baldewinus miles, filius quondam Baldewini militis de Wenden, reſignavit nobis libere advocatiam molendini ſiti in villa Twelken, ſolventem ſibi annis ſingulis duos ſolidos et duos pullos, quam a nobis tenebat in pheodo, et eidem advocatie et omni utilitati et juri, quod ſibi per eam in predicto molendino conpetebat et conpetere poſſet in futuro, pro ſe et ſuis heredibus renunciavit expreſſe. Quo facto nos bona deliberatione prehabita eodem milite et domino Reymboldo plebano eccleſie ſancte Katerine in Brunswich nobis ſupplicantibus et efficaciter procurantibus eandem advocatiam pro ſalubribus remediis animarum, noſtre videlicet ac parentum ac propinquorum noſtrorum, donavimus et apropriavimus et in Dei nomine donamus et apropriamus per preſentes eccleſie ſancte Katerine in Brunswich predicte ad utilitatem et uſum domini Reymboldi et omnium ſucceſſorum ſuorum perpetuo permanſuram, adicientes, quod volumus dictam eccleſiam et omnes ejusdem eccleſie rectores de eadem advocatia et ejus proprietate legitime warandare et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpetitionem, controverſiam ipſis ab aliquo moveri contigerit de aliquo premiſſorum. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum duximus perpetualiter preſentibus apponendum. Teſtes eciam ſunt . . dominus Gotfridus abbas ſancti Egidii in Brunswich, Hinricus de Wenden, Wedekindus de Garsnebutle, Conradus de Rorſtorp, milites, et dominus Thidericus rector eccleſie in Jerxſem, notarius noſter, et alii quam plures fide digni. Datum Wolferbutle anno domini m° ccc° xxj° vj° kalendas Novembris.

Im Orig. 18 movere. 19 preſentibus] preſentialiter.

1321 December 23. Herzog Heinrich belehnt die Brüder Tile und Konrad, auch deren Vetter Tile Doring mit zwei Pfund Aufkünften aus dem Zolle zu Braunſchweig, die vorher die Brüder Heneke und Ludolf Eliä zu Lehn getragen haben. [26

Aus dem v. Döringſchen Copialbuche zu Badow, Bl. 37.

VAN Goddes gnaden wy forſte unde hertoge Hinrik van Brunswic unde pallanzgreve to Saſſen bekennet in duſſem openen breve, dat wy hebbet gelenet to rechtem lene Tilen unde Conrade broderen geheten Doringh unde Tilen orem vedderen, unſen truwen borgheren to Brunswic, unde oren rechten erven twe punt gheldes in unſem tollen darſulves alſo, alſe ſe

Heneke Eliaſes unde Ludolf ſin broder van uns hadden gehat, unde alſo, dat ſe uns daraf truweplichtich ſin, alſe ein man ſinem herren to rechte ſchal. To einem orkunde der rede hebbe wy one duſſen bref gegeven mit unſem ingeſegele beſtediget. Duſſe bref is geſchreven van handen Conradi van Luckenem, unſes ſchrivers, unde is gegeven na Godes bort duſent drehundert jar in deme ein unde twintigeſten jare des middewekens vor des hilligen Kerſtes dach.

(Nach 1321.) Verzeichniß von Bürgern und Auswärtigen, die geſchworen haben, keine Laten des Blaſienſtiftes zu ſein. [27

In dem 1302 angefangenen Ordinarius St Blaſii zu Wolfenbüttel, Bl. 1 nachgetragen.

ISTI Juraverunt, ſe non eſſe vel fuiſſe lytones eccleſie noſtre, unde non poſſunt ſibi vendicare vel attrahere bona noſtra lytonica quoquo modo. Uxor Johannis Elye, Henniggus de Levenſtede apud ſanctum Petrum, Conradus Waltheri et frater ſuus morantes in Schepenſtedeſtrate, Henning Loſetere, famulus Ludolſi de Dalem, Ludegherus filius Aven de Soltdalem, filii Johannis Coghleri de Wendeſſem Thomas, Johannes et Henricus, filia Ludolfi de Lamme, uxor pelvificis dicti de Waggen, uxor Paſſeris in Nova civitate et ſoror ejus, filia Cappelmeygeres de Schepenſtede in domo Paſſeris.

1322. Allerlei Theidung. [28 *Bl. 61'*

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. Fortſetzung von Nr 2.

Anno domini milleſimo ccc° xxij°.

VER Berthe, Heninghes wedue von Urdhe, heft avekoft deme Radhe in der Oldhenſthad neghen marc gheldhes lôdheghes ſûlveres vor achte marc undhe hundhert brunswikeſcher wichte undhe witte. undhe dûſſe neghen marc gheldes ſcal me ir gheven alle yar tho ſûnthe Mertines daghe. Were aver, dhat dher vruwen tho kort wôrde, ſo ſcoldhe me dhat ſûlve ghelt Ludhemanne undhe Heneken, dhe dher vruwen kindere ſin, gheven alle yar uppe dhe vorſprokenen thit. undhe ghing ir ein af er dhe andhere, dhede levendhe bleve, ſcôldhe dhat ghelt doch beholden. Wanne ſin to kort wôrde, ſo ſcolde me et gheven ſinen rechten erven, dhe dhar neyſt weren. Dhit ſûlve ghelt mach dhe Rat wedher kôpen, welleke thit he wil.

Ver Jutte, hern Heynen wedue boven dheme kerechove, undhe Heyne, Conrat undhe Eckeling, ere kindhere, hebbet avekoft dheme Rade in dher Oldhenſtad teyn marc gheldhes lodheghes ſûlveres, dhe me en alle yar uppe ſûnthe Mertines dach gheven ſcal vor tuinthich marc undhe

In der Hſ. 22 vruuuen.

hundert brunswikeſcher wichte undhe witte. undhe de ſulven teyn marc gheldhes mach dhe Rat wedherkôpen umme dhat ſulve ghelt, tuintich undhe hundert, welleke thit he wil.

Thileke Elemeres von Brôclede undhe Hermannes, ſines wives kindhes, vrunt von dhes ſulven kindhes weghene hebbet ſick alſo vorenet, dhat dhe ſulve Tyleke ſcal dhat kint holdhen in koſt, undhe me ſcal eme antwordhen vêrthein marc, dhe dhes kindhes ſin. undhe dhit ghelt ſcal dhat kint hebben in dhes ſulven Tyleken redeſteme ghůdhe. Wanne oc he dhes kindhes *Bl. 62* nicht lenc holden wil, edher wanne dhat kint mit eme nicht lenc weſen wil, ſo ſcal he eme ſin ghelt wedher gheven.

Ver Alleke bi ſůnthe Paule undhe Ghereke undhe Hannes, ere ſône, hebbet avekoft dheme Radhe in dher Oldhenſtat dre marc gheldhes lodeghes ſulveres vor ſes undhe drithtich marc brunswikeſcher wichthe undhe witte. dhe ſcal me en gheven alle yar uppe ſunthe Mertines dach. Undhe duſſe ſes marc gheldhes mach de Rat wedercôpen umme dhat vorſprokene ghelt, welleke thit he wil. Och hebbet ſe gekoft vanme Rade v marc geldes vor lx marc. de ſcal me ene half geven winachten undhe half to middenſomere. De mach de Rat . . . weddercôpen umme dat ſulve gelt.

Ludeman Hakelenberch hevet ſemme wive Enghelheide ghelathen ver hove to Nyenſtede undhe ſeven hove thegheden to Leſſe undhe tuene hove to H . . . . to ereme liffchedinghe. dhe ſcal ſe hebben, wilt ſe levet, undhe dhe en ſcal he nicht vorſetthen noch vorkopen, eth ne ſi ere undhe erer vrundhe wille, undhe dhit hevet he ſůlve ghelovet undhe hevet Heneken ſinen broder undhe Ludemanne Monetarius in dheme Haghen tho bôrghen gheſat dhar vore.

Hildebrant, Hannes, Kone undhe Heyſe, Henninghes kindere von Oldendorp, hebbet ſick vorenet mit êrer vrůndhe radhe undhe hebbet vor deme Radhe bekant, dhat me ere ghůlde undhe ere ghut ſcal dhes yares thoſamne vôren. undhe wat dhar koſt up gheit undhe wat ſe dhes yares ſcôn von ſick gheven, dhat ſcal me thovoren von dheme ghudhe edher dher ghůlde nemen. wat dhar over lopt, dhat ſcal me undher ên like dhelen, alſo dhat malc met dhes anderen dhele umbeworren ſi. wat malc oc vortheret, dhat ſcal he von ſemme dhele nemen undhe gheldhen.

Henric undhe Wedekint von Ganderſem dhe brôdhere hebbet ſick alſo vorenet, dhat Henric ſcal Wedekinde gheven alle yar x marc gheldhes, vive tho ſunthe Michaheles daghe undhe vive tho paſchen. undhe mit diſſer voreninghe ſint ſe aller dinghe von einandher erſchedhen. Hen-

In der Hſ. 5 vêrthein: *das Vokaliſationszeichen hier und weiterhin ein dem Circumflex ähnliches Keilchen.* 13 Och *etc. Nachtrag von anderer Hand.* 14 *mit* mach *bricht die Aufzeichnung ab, der Schluß, ausradiert und theilweis unlesbar, am untern Rande.* 16 ver — undhe *und* 17 tuene *radiert.* 28 ſikc. 29 x] ix *auf Raſur; die urſprüngliche Zahl ergiebt ſich aus dem Folgenden, wo die Correctur verabſäumt iſt.*

ric ſcal oc Wedekinde | alle yar duſſer tein marc vorwiſſen, alſo dhat he ſic nicht ſcal undherwindhen *Bl. 62'* vêr hove undhe dhes halven theghedhen tho Thidhe undhe dhes thegheden uppe dhem Limbeken veldhe, he ne hebbe dǔſſe wiſſenheit êr ghedhan. Undhe worde Wedekindhe jenech brake an duſſer wiſſenheit edher an dheme gheldhe, ſo ſcôlde Henrikes erve dhar vore ſtan. Ghinghe oc Henric af, ſo ſcôlden ſine erven vor dǔſſe ding ſtan liker wis alſe he ſǔlve. Wanne oc Wedekint ſterft, ſo ſcôlen ême dǔſſe tein marc ein yar na gheldhen. Wedekint ſcal oc mit Henrike dhit vorbenômedhe ghut holdhen in leneſchen weren, undhe na Henrikes dodhe ſcal he êt Henrikes kinderen tho gudhe holdhen.

Godeke de kramere, undhe wonet tho Helmeſtedhe, ſcal Metteken undhe Aleken, Dhiderikes kindheren von Beyerſtedhe, dhede wonet haddhe in dher Scowerchten ſtrate, vormundhe weſen undhe heſt ir vormundheſchap anghenemet vor dheme Radhe. undhe dher kindhere hus, dhat in dher Scowerchten ſtrate ſteyt tuiſchen Hanneſes von Woltorpe huſe undhe Berndes huſe von Ghodhenſtedhe, ſcal me nicht vorkôpen noch vorſetthen, et ne ſi des ſulven Ghôdheken wille undhe oc dhes Radhes wille undhe witſcop. Dhit is gheſchen mit dher kindhere modher wille undhe ôres mannes.

Ludheman Hakelenberch heſt ſime wive Enghelheydhe ene hove ghegheven, dhe up dhem velde lit tho Brunswic. Dhe ſcal ſe mit êren rechten erven beholdhen undhe beſitten tho rechtem eghene na dhes ſulven Ludhemannes dhode.

Umme dhe tuidracht, dhede was tuiſchen dheme Radhe von Helmeſtede undhe Hermanne *Bl. 63* von Urdhe, dhe itteswanne bôrghere was tho Brunswic, waren vor dheme Radhe tho Brunswic von dhes Radhes wegene von Helmeſtede Henric dhe Hôveſche undhe Johan von Betten up ene halven undhe dhe vorſprokene Herman up de anderen halven. Dhe ſulve Herman leghede ſine redhe alſus uth, dhat eme Herman, Ludeken ſone dhes langhen, heddhe rechthe vormundeſchop ghegheven tho vormǔndendhe Hanneſe, Hanneſes ſone dhes langhen, dhe bôrghere was tho Helmeſtedhe, wilt he levedhe. aver an dǔſſer vormundeſchop hinderdhe ên dhe Rat von Helmeſtede undhe heddhe ſick dher vormundheſchop wedher ſinen willen undhe weder dhat recht undherwundhen. Do dǔſſe redhe alſus vorebracht was undhe ene wile undherſproken, tho leſthen dhe vorghenômedhen Henric undhe Yan von dhes Radhes wegene von Helmeſtedhe undhe Herman von ſir eghenen weghene quemen dhes ghensliken over ên: wu ſe dhe vorſprokene Rat von Brunswic nach irer ſtad rechte umme duſſe redhe edher an duſſer ſake vorſchededhe, alſo woldhen ſe ſick ghenoghen lathen undhe wôldhen dhe vorſchedinghe vaſt undhe ſtedhe holdhen. Dhes ſeghede dhe Rat von Brunswic en alſus en recht. Stôrve ein man edher ein vruwe undhe lethe kindhere, de vormundheſchop bedôrfthen, dhejene, dhe en von ſuerthalven dhe neiſte undhe dhe

9 Godeke — Metteken *ausradiert, aber lesbar.* 12 *fehlt* ſtrate. 14 dher] dhe. 21 Radhes] Radhe. 32 vruuue.

eldhere were, scôldhe tho rechte ere vormůndhe wesen. aver he scôldhe dhat dher kindhere vrůndhen vorwissen, dhat he se vormůndedhe tho ghude undhe nicht tho arghe. He scoldhe oc alle yar rekenschop dhon von dher vormůndheschop, were dhat me et von ême eschede. Dusse vormundeschop môchte he oc nemmanne gheven edher vorkôpen. Vorbat, were, dhat důsse alsodhan man were, dhat he tho dher vormundheschop nicht nedôchte, so môchten dhe vrunt mittes Radhes witschop undhe hulpe en andheren vormůndhe kesen undhe setten, undhe dhe vormůndhe scôlde oc bi der vormůndeschop dhon, alsohir ist vorgherort. Were aver, dhat de Rat sick sůlve undherwůndhe *Bl. 63'* dher vormůndeschop, dhe scôldhe : oc tho ghude undhe nicht tho arghe dher kindere undhe êrer rechten erven dusse vormundeschop hebben. Mit důssem rechte is dhe Rat von Helmestede umme dhe vorsprokenen sake mit dhem sulven Hermanne von Urdhe gheschedhen undhe ghelikent, unde se hebbet oc up beide halven vortheghen, wat malc kost undhe arbeit up důsse sake hevet ghedraghen, undhe hebbet ein arbeit weder dat ander undhe eyne kost weder dhe anderen gheslaghen undhe quitet. Malc scal oc den anderen vorderen, wes he mach, undhe scôlen up beide sit ghude vrůnt sin.

Heneke Hakelenberch heft Berthen sime wive tvu hove ghegheven, dhe up dem velde licghet to Brunswic, alsodane wis: is, dhat ir von ême erven werdet, so scal se de tho êrem rechten lifgedinghe hebben. is, dhat ir von eme nene erven werdhet, so scal se de sulven tvu hove eweliken tho eghene hebben.

Helmolt von Bokelscampe, dheme de Boterstotersche to ême echten wive was ghegheven, hevet vortheghen alles ghudes aller ding, dat eme to rechte von dher vruwen edher eren kinderen mochte anghevallen bi erem live edher na erem dodhe.

Dedeke unde Vricke, de Vrederekes sone dhes crameres weren, hebbet sick aldůs vorenet mit Ludere erem brodere, dhat se eme scôlen gheven seventech marc lodeghes gheldes, unde de wile se de under sick hebbet, so scôlen se eme gheven alle yar seven marc gheldes. wanne se eme aver seventech marc hebbet beret, so sin se der seven marc ledich undhe los. undhe vor dusse seventech marc hevet he vortheghen alle dhes, dat eme môchte bôren eder mach van sines vader erve, unde hevet alles dinghes astichte ghedan.

Amilies des hertheghen lechtmekere, dedhe wonet up dher Ghuldenen strate, hevet Hannen siner maghet ver marc ghegeven an sinem beredesteme ghude. de scolen ere sine erven na sime dodhe gheven.

Claus von Levenstede hevet Kinen, Ghesen undhe Belen sinen dôchteren, dhe clostervruwen sin to Lammespringhe, tvu marc gheldes gheven in sime erve, dat bi sůnte Olrike steit vor der *Bl. 64* Scowerchten strate, dar itteswanne hadde inne wonet de Barummesche, alsodane wis, dat me

In der Hs. 12 *vor* dhe *durchstrichen* dhat. 19 de . . . mochten. kindere. 22ff. seventech *und* seven *allemal auf Rasur.* 25 [he]vet h[e] *auf Rasur.* 26 astich *am Ende der Zeile.*

en na ſime dodhe alle jar duſſe tvu marc ut dem erve gheven ſcal. undhe wanne ir ein afgheit, ſo ſcôlen de anderen dat ſulve ghelt ghenslike doch upbôren. ſuanne er tvu ſtorven ſin, ſo ſcal de leſte nicht wan ene marc beholden to erem live. wanne dhe leſte dhot is, ſo ſcal dit vorbenômede erve ſin ledich undhe los Winneken, dhe husvruwe is Janes von Bortvelde, undhe Mechtelde, Bertoldes husvruwen von Rotna, undhe Claus, diſſer vruwen broder, unde eren rechten erven.

Milies dhes herthoghen lechtmekere hevet Hannen ſiner maghet gheven alle ſin ghut, dhat under eme beſterwen mach edher beſterſt. De ſulve Hanne hevet eme oc gheven al ir ghut na irem dodhe, is, dat he lenc levet den ſe. Welker lenc levet, de ſcal des anderen ghut hebben unde beholden ane jenegherleie wederſprake.

Herman hern Berndhes undhe Henricus Papebart hebbet von deme Radhe ghekoft vêr marc gheldes tho vern Hannen hant, de dochter was hern Berndes hern Wedekindes, unde erer ſône Côneken undhe Hanneſes vor veſtich marc lodighes gheldes. Duſſe ver marc ſcal me en gheven to ſunthe Mertines daghe alle yar. De Rat mach oc de ver marc afkôpen umme dat vorbenomede gelt, wanne he wil.

Alheyt, hern Eghelinges wedewe von Strobeke, Heyneko, Egelingh unde Sabel, ere ſone, de hebbet bewiſet achthe marc geldes in erme erve unde ghelaten den verdhen deyl des thegeden tho Druthtede vor thuo marc geldes Heyſen wedewen eres broder tho erme live. Deſe achte marc ſcolen ſe geven alle jar, de wile ſe levet, tho unſer vrowen daghe worthemiſſe. Were och, dhat dit ſulve erve afbrende eder welc ſcade dartho queme, ſo ſcolden ſe diſſer ſulven vrowen wl don tho der ſulven thyt, dhe hir vorbenomet is. Were aver, dat ſe dhit vorbenomede erve ledeghen woldhen von den ſulven achte marc geldes, alſo dhat ſe anders wor ſe bewiſen wolden, unde kondhen ſe des nicht mit er eder mit eren vrundhen over eyn komen: wat de Rath dhar umme ſe beyder wegene hethen, dhat ſcolen ſe don.

Driddehalve hove, de Bernard Druſeband und Henric van Schepenſtede thoſamene hadden *Bl. 64'* tho Schepenſtede van deme proveſthe in der Borch, der hevet Berneke, ſin eldere ſone, Henrikes deyl ghekoft umme ſine penninghe. dhe is ſin und ſiner erven thovoren af. Dhe andere helfthe is ſin und ſiner brodere ghemeyne na ers vader dode. Dhit is gheſchin vor deme Radhe mit volborth ſines vadher heren Bernardes, de hir vor benomet is, unde mit wetſchap ſiner brodhere.

In der Hſ. 3 wan] won. 5 erer. 17 eres *wiederholt.* 22 un. 24ff. *von neuer Hand.* 26 ghekoſp.

1322. Allerlei Theidung. 29

Aus dem Degedingebuche des Hagens. Fortſetzung von Nr 3. Das erſte Stück wohl nicht als Erneuerung des Abkommens von 1312 Apr. 2: II, Nr 705 anzuſehen, ſondern hier nur an unrechter Stelle eingetragen.

Anno domini m° ccc° xxij°.

WE Meſtere der inninge der lakenmekere uth dem Hagen unde uth der Nyenſtat unde uth der *Bl. 5* Oldenwik hebbet ghedinget mit den joden over al de ſtat alſo, dat ſe nicht ſcolen nemen to pande

lakene, de to Brunswich ſin gemaket, ſunder allene ſtucke moghen ſe wol nemen, noch nene lakenſchere noch nene wolle noch nen garn. Neme aver ein jode garn, dat ſcolde he to loſene don vor dat ſpinnelon unde nicht durere. Unde ſwe aldusdan dingh wel uthſetten, dat ſcal he don mit wetene ſines neybures, unde de jode ſcal ok to ſek nemen enen anderen joden uth ſiner neyburſcap, unde alſodan dingh ſchal me van eme loſen. Neme he ſusdan dingh boven dat, he ſchal hebben vorloren penninge unde pant. Worde deme kerſtenen borſt ſines neybures, ſo is de jode des neghere to beholdene mit ſineme neybure bi eren waren worden ane edh. Dor diſſe ſake ſcole we unde uſe gheſinde de joden unde ere gheſinde vorderen, wor we moghen. Ok ne ſcolen ſe van nemme gaſte noch lantmanne noch lantvrowen garn eder wolle nemen, ſe ne bringen eren wert mede. Diſſer dingh ſint tughe her Jordan van Wenthuſen, her Ludegher de droſte, her Bertold van Veltum, riddere, unde Oldendorp, uſer herren voghet, unde de Rad uth dem Hagen, Jorden Stapel, Ludolf Scherpingh, Albert Cruſe, Henrik Stapel, Ghereke Peperkelre, Johan Vrederekes, Tile van Hemeſtidde, Ludolf Muntaries, Copſin, Natan van Meyborch unde Yſaac van Goslere, de joden.

Des ſilven jares heft Wenemer de permenterere upgelaten Hanneſe ſemme ſone unde Gheſen ſiner husvrowen alſodan erve unde gud, alſe he heft, unde wat he left na ſemme dode, mit diſſeme beſchede, dat eme Hannes ſin ſone ſcal gheven ſine liftucht, al de wile he levet. Dat ſilve ſcal Gheſe don, ſin husvrowe, oft ſiner to kort worde.

Des ſilven jares. Recognoſcimus, quod Conradus de Twelken, noſter concivis, anime ſue uxoris et ſue providens emit a proviſoribus eccleſie noſtre, ab Alberto Criſpo et Eggehardo Yſermengere, dimidiam marcam annue penſionis perpetue ad | quatuordecim ſolidos conputandam, (Bl. 5') de quibus novem ſolidos diviſim deputavit ad duos anniverſarios in eccleſia ſancte Katherine peragendos, videlicet anniverſarium uxoris ſue Gertrudis in die ſancti Servacii cum quatuor ſolidis et dimidio, qui ſic ſunt dividendi plebano et ſuis ſacerdotibus eccleſie predicte: plebano videlicet unum ſolidum, tribus ſacerdotibus parram et curam regentibus cuilibet iiij denarios et quinque ſacerdotibus altaria officiantibus cuilibet ij denarios, duobus ſcolaribus cuilibet ij denarios, campanario ij denarios, ſervo ſuo unum, proviſoribus eccleſie pro candela nocturnali iij denarios et pro quatuor candelis ad vigilias et ad miſſas ponendis ſex denarios. Quatuor vero ſolidos alios cum dimidio ordinavit idem Conradus ad ſuum anniverſarium eciam in dicta eccleſia illo die, quo Deus ipſum ab hoc ſeculo migrare diſpoſuerit, peragendum modo dividendos ſupradicto. Item quinque ſolidos alios adhuc ſuper dictos novem ſolidos reſiduos ordinavit ad vinum et ad luminaria dicte eccleſie ſancte Katherine conparanda.

Des ſilven jares. Recognoſcimus, quod Berta relicta Johannis de Urde, quondam civis in Brunswich, de duabus marcis cum dimidia puri argenti annue penſionis, quas habet in domo Johannis de Tzicte morantis in platea, que dicitur Wendeſtrate, reſignavit et dedit coram no-

In der Hſ. 14 upgelanten. 29 dividendo.

bis tribus ſuis filiabus Mechtildi, Berten et Hannen, ſanctimonialibus in Abbenrode, duas marcas predicte penſionis de prefata domo dandas et tollendas ad tempora vite earundem. Una predictarum defuncta alie due adhuc ſuperſtites predictas duas marcas in eadem domo, quamdiu vixerint, obtinebunt. hiis vero duabus defunctis predicte due marce ad veros heredes ſepedicte Berten, relicte Johannis de Uͦrde, libere revertentur. Et dimidia marca reſidua debet dari Conrado de Hamelen, civi in Brunswich, qui a predicta vidua dimidiam emit marcam annue penſionis. Item prenominata Berta dedit eciam predictis ſuis filiabus quinque marcas, quas prenominatus Johannes de Tzicte de domo ſua annuatim temporibus debitis ſolvere pretermiſit. et prenominatus Johannes de Tzicte ſolvere neglexit vij fertones Conrado de Hamelen, cui dabitur ½ marca annue penſionis ex parte preſate Berten de domo ſupradicta.

Des ſilven jares. Recognoſcimus, quod Alheydis, vidua Borchardi, filio ſuo Johanni et uxori ſue Mechtildi omnia bona ſua, que habet in Vordorpe, una cum parva domo ſua, que ſita eſt prope magnam ejus domum in platea, que dicitur Wendeſtrate, voluntate libera ac conſenſu benivolo erogavit. *Bl. 6*

Des ſilven jares. Ek Ymmeke, hern Engelerdes wedewe, bekenne in diſſeme breve, dat ek hebbe vercoft dat hornhus bi deme graven bi der Vleyshowereſtrate, unde beholde in deme hove, de to dem vorſprokenen huſe hort, eyn blek, dar min reme uppe ſteyt, dat is ghetekenet mit ſtepelen in der erde. Sunder de man, de dat hus heft ghecoft, de beholt den nederſten remen nu van paſchen dre jar: ſo ſcal he den nederſten remen upnemen, unde ſo ſcole we beide buwen einen tůn, dar de vorſprokenen ſtepele ſtat. Vortmer ſo ne ſcal he minem overſten remen de lucht nicht verbuwen noch verengen noch verſetten alſo, dat id mik unde minem remen ſchedelik ſi. unde mine lucht ne ſchal he mek nicht verbuwen noch verengen unde dat kelevenſter bi miner lucht. unde alle dat dar undene unde ovene ghebuwet is went an de ſtrate, dat blift tomale min. Vortmer al dat water, dat in mineme hove unde up minem bleke vallen mach, dat ſcal tomale vleten an ſinen hof. Vortmer ſo beholde ek eine mark gheldes in dem vorſprokenen huſe, de ne mach he nicht loſen, he ne werde ſo rike, dat he ſe loſe mit ſineme eghenen gelde vor ſeſteyn mark. Vortmer, wel he dat hus vorkopen, ſo ſcal he dat mek eder minen erven erſt veile beden unde laten vor alſodan ghelt, alſe id gelden mach. Vortmer den bom, de dar ſteit an mime hove, ſchole we hebben to ſamender hant. Vortmer al dat hir gheſchreven unde ſproken is, dat ſcal treden an alle mine erven nu unde jůmmermer liker wis alſe an mek ſilven.

In der Hſ. 25 ghedes. 26 ſineneme.

1322. Verfeſtete der Altſtadt. [30

Aus dem **Liber proſcriptionum et judicii vemeding.**

M° ccc° xxij°.

Bl. 2' CONRADUS Et Hilbrandus fratres de Lindede, milites, ſunt proſcripti et eorum conplices ex parte Johannis et Henrici Kronsben pro incendiis et rapinis factis in Engelmſtede.

Regenboghe rotifex proſcriptus eſt ex parte Olrici tornatoris, quia vulneravit eum.

Jan de Urde, Johannes Bitterkrud, Henricus de Wedesleve, Werderman, Floreko de Gylede ſunt proſcripti pro equis, quos rapuerunt Johanni molendinario ante Wendedor et Hermanno molendinario retro urbem.

Johannes Vighemunt, Henricus de Druttede, Heyſo Mowen et Wachtele ſunt proſcripti per Denekonem de Broke, quia interfecerunt fratrem ſuum.

1322 Braunſchweig. Bruder Heinrich, Predigerordens, Biſchof von Kiew und Vikar Biſchof Albrechts von Halberſtadt, verheißt allen, die St. Martini an beſtimmten Feſten beſuchen, auf dem Kirchhofe für die Todten beten, den Leib des Herrn begleiten und zum Bau der Kirche beiſteuern, vierzigtägigen Ablaß. [31

Original mit Siegel im Stadtarchive.

FRATER Henricus ordinis fratrum predicatorum, Dei gratia epiſcopus eccleſie Kyovienſis et vicarius in ſpiritualibus venerabilis patris domini Alberti Halberſtadenſis epiſcopi, omnibus Chriſti fidelibus preſencia viſuris ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Loca ſanctorum omnium pia et prompta devotione a Chriſti fidelibus ſunt honoranda, ut, dum Dei honoramus amicos, ipſi nos Deo amabiles reddant et ipſorum nobis quodammodo patrocinium, quod merita noſtra non optinent, eorum mereamur interceſſionibus optinere. Nos igitur, ut per hoc fideles Chriſti quaſi quibusdam premiis poterimus ad merita invitare, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui eccleſiam beati Martini in Brunswich in omnibus feſtivitatibus precipuis, videlicet nativitatis domini, reſurrexionis, aſcentionis et pentecoſtes, in omnibus feſtivitatibus beate Marie virginis, crucis, dedicationis et patronorum, ſancti Johannis baptiſte, in feſtivitatibus omnium apoſtolorum, martirum, confeſſorum atque virginum ac per octavas dictarum feſtivitatum cauſa devotionis acceſſerint et ibidem divinum officium audierint, qui circuitum cimiterii fecerint dicendo pro fidelibus defunctis orationes ſalutares et corpus Chriſti ſecuti fuerint et manus porrexerint ad fabricam ejusdem eccleſie adjutrices, quadraginta dies indulgencie, dummodo hanc indulgenciam dyoceſanus loci ratam habuerit, miſericorditer in domino relaxamus. Datum Brunswich anno domini m° ccc° xxij°.

1322. Biſchof Otto von Hildesheim verheißt denen, die die Gertrudenkapelle zu gewiſſen Zeiten beſuchen, vierzigtägigen Ablaß. [32

Original im Stadtarchive mit zerbrochenem Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. indulgencia epiſcopi xxxx dierum, *von etwas jüngerer Hand* Ottonis. *Formular wie II, Nr 143.*

OTTO Dei gracia Hildenſemenſis ecclefie epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in domino. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne et laudabiliter ſerviatur, de habundancia pietatis ſue, que merita ſupplicum excedit et vota benefacientibus majora tribuat, quam valeant promereri, deſiderantes tamen populum domino reddere acceptabilem, Chriſti fideles ad conplacendum ei quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis videlicet et remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gracie aptiores. Cupientes igitur, ut capella ſancte Ghertrudis virginis ſub capella ſancti Georgii martyris in Bruneswich a populo chriſtiano congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad eandem capellam in feſtis et quolibet die infra ipſorum octavas videlicet dedicationis ejus et natalis ac translationis ſancte Ghertrudis ac eciam natalis et translationis ſancti Thome epiſcopi et martyris necnon in die paraſceves annuatim et in qualibet feria ſexta cauſa devocionis et ſpe venie acceſſerint, quadraginta dies autoritate omnipotentis Dei de injuncta eis penitencia miſericorditer relaxamus. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo.

1322 Januar 2 Avignon. Papſt Johann XXII dispenſiert Hermann v. Geismar von wegen unverſchuldeter Tödtung eines Knaben. [33

Aus dem Reg. Vatic. 73, Bl. 300, 1468 gedruckt bei Schmidt, Päbſtl. Urkunden und Regeſten a. d. J. 1295—1352 etc. (Geſchichtsqu. d. Prov. Sachſen Bd. XXI) Halle, 1886, S. 129.

[JOHANNES Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei,] dilecto filio Hermanno de Geysmaria, ſcolari Maguntine dioc., [ſalutem et apoſtolicam benedictionem.] Provenit ex tue devotionis et virtutum meritis, ſuper quibus apud nos laudabiliter commendaris, ut petitiones tuas ad exauditionis gratiam, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter admittamus. Exhibita ſiquidem nobis tua petitio continebat, quod, cum tu olim circa decimum tue etatis annum conſtitutus exiſteres et in oppido Brunswicenſi Hildeſemenſis dioc. in gramaticalibus inſudares, et quidam ludus ſcolarium, qui pro frondibus ad laborem vulgariter nuncupatur, de antiqua conſuetudine annis ſingulis in feſto commemorationis b. Pauli fieri conſuetus fieret, et quamplures adoleſcentes equites ludum hujusmodi exercendo ibidem preſentialiter exiſterent, tu quendam equum, quem accomodatum receperas, ignorans ipſum exiſtere dure bucce, aliis adoleſcentibus te inmiſcens non ludens, ſed hujusmodi ludum reſpiciens aſcendiſti. Demum, cum equus ipſe exanimatus ex aliorum curſu equorum preter tuam concurreret voluntatem, nec eum propter duritiam ſue bucce, ut predicitur, refrenare valeres, contigit, quod quendam puerum, qui fruſta haſtularum ab aliis ludenti-

In der Hſ. 26 vulgaliter. 32 fruſtra.

bus fractarum colligebat et de terra levabat, ex inproviſo ſub ſuis pedibus conculcavit, propter quod dictus puer poſt aliquos dies dicitur expiraſſe, te alias in ejus morte non dante conſilium, auxilium et favorem. Quare tu propter hoc ad nos cum humilitate recurrens nobis humiliter ſupplicaſti, ut, cum premiſſa non ex animo offendendi proceſſerint, providere tibi, qui aſcribi deſideras militie clericali, quod omnibus predictis nequaquam obſtantibus ad omnes ordines promoveri et eccleſiaſticum beneficium obtinere valeas, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos itaque tuis ſuper hoc ſupplicationibus benignius annuentes tecum, quod premiſſis nequaquam obſtantibus te facere ad omnes ordines promoveri et eccleſiaſticum beneficium obtinere valeas, auctoritate apoſtolica de uberioris dono gratie diſpenſamus. Nulli *etc.* noſtre diſpenſationis *etc.* Datum Avinione iiij nonas Januarii [pontificatus noſtri] anno ſexto.

In der Hſ. 2 concilium.

1322 Januar 10. Herzog Otto verkauft und eignet der Ulricikirche drei Hufen und ſechs Morgen nebſt zwei Höfen und einer Wurt zu Schlieſtedt. [34

Original im Stadtarchive; das beſchädigte Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des xv Jahrh. de bonis et redditibus eccleſie Brunsvi. ſancti Odalrici in villa Slizſtede exiſtentibus. *Formular wie Nr 8—10. 15.*

IN Nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia Otto dux in Brunswic omnibus in perpetuum. Memoria hominum conſulte juvatur, dum geſte rei veritas litterarum teſtimonio roboratur. Hinc eſt, quod notum fieri volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, quod vendidimus Herwicho et Nicolao ac proviſoribus eccleſie ſancti Odalrici in Brunswic pro quinquaginta et octo marcis examinati argenti tres manſos noſtros et ſex jugera ſitos in campis ville Slizſtede et duas curias et unam aream in eadem villa ad eosdem manſos pertinentes et ſufficienti deliberatione prehabita eosdem manſos cum curiis et area predictis, cum omnibus etiam aliis eorum utilitatibus, juribus ac pertinentiis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, cultis et incultis, pratis, paſcuis, viis et inviis, ſicut eos poſſedimus, ab omni jure advocatie, comitie et quibuslibet ſervitiis prorſus liberos et inmunes transtulimus et in Dei nomine donando transferimus per preſentes in eccleſiam ſancti Odalrici in Brunswic ad utilitatem, ordinationem ac diſpoſitionem rectorum ejusdem eccleſie dotali jure et eccleſiaſtica emunitate proprietatis et libertatis tytulo perpetuo permanſuros. Renuntiando etiam predictis bonis et omnibus juribus, que nobis in eis conpetebant et conpetere poſſent in futuro, miſimus per gogravium noſtrum dominum Thidericum, tunc eccleſie predicte rectorem, tam ſuo quam eccleſie ſue nomine in predictorum manſorum et omnium pertinentium poſſeſſionem corporalem, qui gogravius ex parte noſtra receptis ab ipſo denariis noſtris wlgariter dictis vredepennighe auctoritate noſtra legaliter firmavit et ſtabilivit ſibi et ſuis ſucceſſoribus et eccleſie ſue eorundem bonorum firmam pacem atque bannum. Unde per preſentes promittimus eccleſie predicte rectoribus, quod vo-

Im Org. 23 *fehlt* in. 28 renunctiando.

lumus eos tam in poſſeſſione quam in proprietate ac libertate predictorum bonorum legitime defendere et per ſufficientem warandiam ab omni homine disbrigare et de evictione cavere, ſi, quod abſit, litem, inpetitionem aut controverſiam ipſis ab aliquo moveri contigerit ſuper aliquo premiſſorum. Ad que omnia et ſingula perficienda remotis omnibus exceptionibus tam juris canonici quam civilis obligamus nos eisdem eccleſie rectoribus per preſentes et in horum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum pro nobis et fratribus noſtris Magno et Erneſto, quorum adhuc tutelam gerimus, preſentibus duximus patenter ac perpetualiter apponendum. Teſtes hujus rei ſunt honorabiles viri Wedekindus de Garsnebûtel, Lyudegerus dapifer de Garsnebûtel, milites, fideles noſtri, Bertrammus de Dammone, Thidericus dictus Thuringus, Conſules Antique civitatis in Brunswic tunc temporis, Herwicus dictus mitme krulle, Johannes Thorifex et Hinricus de Woltdorpe, Conſules Sacci civitatis ejusdem, et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno incarnationis domini noſtri Jheſu Chriſti m° ccc° xxij° quarto idus Januarii.

Im Orig. 3 inpetionem. 8 Bertramnus.

1322 Januar 28. Ritter Balduin v. Wenden entſagt zu Gunſten des Marienſpitals allem Anſpruch auf den Zehnt vom Lappenberge. [35

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. de decima in Lappenberch.

QUIA Memoria hominum labilis eſt et nichil eſt in humana conditione, quod perpetuo ſtare poſſit, neceſſe igitur eſt, ut ea, que geruntur, ſcriptura ſaltem, a qua firmi robur recipiant, perhennentur. Noverint igitur omnes et ſinguli, quorum intereſt et quibus noſſe fuerit oportunum, quod, cum ego Baldewinus miles dictus de Wendhen domum hoſpitalis ſancte Marie apud Longum pontem in Brunswic ſuper decima loci, qui Lappenberch dicitur, inpeterem, eandem tamquam michi de jure debitam ſeu pertinentem cupiens vendicare, procuratores domus hoſpitalis prefate tam litteris patris mei Boldewini quondam militis bone memorie et aliorum ſuorum coheredum continentibus venditionem legitimam factam per ipſos de eadem decima domui ſepedicte quam eciam domini epiſcopi tunc pro tempore exiſtentis et capituli eccleſie Halberſtadenſis litteris continentibus translationem proprietatis ejusdem decime factam domum in eandem, michi quod nullum jus in ipſa decima conpeteret vel conpetere poſſet, me ſtudioſius informarunt. Verum quamvis inpetitionem hujusmodi me juſto modo crederem intentaſſe, ob honorem tamen beate virginis, cujus in hac parte negocium agitur, ac mee et parentum meorum animarum eciam ob ſalutem ceſſare decrevi ab eadem et nichilominus inpetitioni eidem ac omni juri, ſi quod michi in ſepedicta decima conpeteret aut quomodolibet conpetere poſſet, renuncio publice per preſentes. In quorum omnium evidenciam pleniorem ſigillum meum duxi preſentibus

Im Orig. 27 vel — poſſet *auf Raſur.*

apponendum. Datum anno domini milleſimo ccc° xxij° feria quinta poſt diem converſionis beati Pauli apoſtoli.

1322 März 2 Wöltingerode. Das Kloſter Wöltingerode verkauft dem Marienſpitale drei Hufen zu Kalme. [36

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln an rothen Seidenſträngen. Rückvermerk des XIV Jahrh. de tribus manſis in Callum.

QUIA Memoria hominum labilis eſt et nichil eſt in humana conditione, quod perpetuo ſtare poſſit, neceſſe eſt, ut que geruntur, ſcripturis et teſtibus, a quibus firmitatis robur recipiant, perhennentur. Univerſis igitur Chriſti fidelibus ac omnibus, quorum intereſt ſeu intereſſe poterit, nos Ludegerus prepoſitus, Gertrudis abbatiſſa, Conegundis prioriſſa ac totus conventus monaſterii ſanctimonialium in Woltingherode dyoceſis Hildenſemenſis notum eſſe volumus publice ac conſtare, quod discretis viris . . Hinrico Elye et Hildebrando Eleri necnon Herwico, procuratoribus pro tempore novi hoſpitalis beate Marie virginis apud Longum pontem in Brunswic, tres manſos in campis et villa Kallem cum proprietate et juribus ſuis, ſcilicet pratis, paſcuis, ſilvis, areis ac pertinenciis univerſis, quocumque eciam nomine nuncupentur, pro quinquaginta marcis puri argenti in utilitatem predicti monaſterii converſis vendidimus voluntate ſeu conſenſu omnium, quorum intererat, accedente et, ſicut eosdem manſos a tempore, cujus in contrarium memoria non exiſtit, tamquam noſtros proprios poſſedimus, in prefatos procuratores et hoſpitale predictum transtulimus et nichilominus per preſentes transferimus proprietatis titulo perpetuo poſſidendos. Promittimus eciam procuratoribus et hoſpitali eisdem de eisdem manſis warandiam debitam facere ſecundum jus et bonam terre conſuetudinem approbatam et ab inpetitionibus omnibus ipſos eripere, ſi quas ipſis forſan moveri ſuper eisdem manſis contigerit eciam a quocumque. Ut autem hujusmodi venditio pro manifeſta et notoria utilitate antedicti noſtri monaſterii facta rata et efficax perpetuis temporibus perſeveret, preſentem litteram inde conſcribi fecimus et ſigillorum noſtrorum munimine nos antedicti prepoſitus et conventus roborari in premiſſorum omnium evidenciam pleniorem. Teſtes eciam hujus ſunt Conradus Holtnickeri ſenior, Hermannus Wulverammi, David Kronesben, Wedego de Veltſtede, Ludolfus dictus Oſſe et Conradus junior Holtnickeri, cives in Brunswic, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum Woltingherode anno domini milleſimo ccc° xxij° feria tertia poſt diem beati Mathie apoſtoli.

1322 März 2. Herzog Otto eignet der Martinikirche eine Hufe und einen Hofe zu Bortfeld.

Original mit Siegel im Stadtarchive. Formular wie Nr 8—10. 15. 34.

IN Nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia Otto dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Memoria hominum conſulte juvatur, dum geſte rei veritas litterarum teſtimonio roboratur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod dominus Syfridus de Althen, rector eccleſie ſancti Martini in Bruneswich, emit a Thiderico de Stockem, burgenſe in Bruneswich, unum manſum ſitum in campis ville Bortvelde et curiam unam in eadem villa ad eundem manſum pertinentem, quem manſum cum curia et omnibus ſuis pertinenciis idem Thidericus jure proprii ſeu proprietatis tytulo poſſidebat, quem manſum eciam idem Thidericus cum proprietate nobis donavit et in nos transtulit cum omnibus ſuis pertinenciis predicto domino Syfrido id procurante, et quod predicto manſo et ejus proprietate ſic in nos translatis nos bona deliberatione prehabita predictum manſum cum curia et omnibus ſuis pertinenciis et juribus in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure advocacie, comicie et quibuslibet ſerviciis omnino liberum et ſolutum dedimus et in Dei nomine damus et appropriamus per preſentes eccleſie ſancti Martini predicte dotali jure et eccleſiaſtica emunitate eidem eccleſie perpetuo permanſurum. Et rerenunciavimus et renunciamus per preſentes prefato manſo et omni utilitati ac juri, quod nobis in ipſo conpetebat et conpetere poſſet in futuro. Miſimus inſuper predictum dominum Syfridum tam ſuo quam predicte eccleſie ſue nomine per gogravium noſtrum in predicti manſi poſſeſſionem corporalem, qui gogravius ex parte noſtri receptis ab ipſo denariis noſtris wlgariter dictis vredepennigghe autoritate noſtra firmavit et ſtabilivit ipſi domino Syfrido et eccleſie ſue predictis prefati manſi et ſuorum pertinencium firmam pacem atque bannum. Propter quod, ſicut ratione juriditionis temporalis noſtra intereſt, volumus ipſum et quoslibet ejus ſucceſſores et eccleſiam ſuam predictam tam in poſſeſſione quam in proprietate et libertate predicti manſi et ſuorum pertinencium legitime defendere ac warandare et de evictione cavere et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpetitionem aut controverſiam ipſis ab aliquo moveri contigerit de aliquo premiſſorum. Igitur, ut hec omnia et ſingula ſine omni exceptione cujuslibet juris perpetuo firma maneant atque rata, ſigillum noſtrum preſentibus duximus patenter apponendum. Teſtes eciam ſunt discreti viri Thidericus noſter notarius et Florinus noſter capellanus, Ludolfus de Bortvelde, Ghevehardus de Weverlinghe et Florinus de Dalem, milites, fideles noſtri, Bertrammus de Dampmone, Hermannus Widekindi, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° viceſimo ſecundo ſexto nonas Marcii.

Im Orig. 8 nobis *wiederholt.* 10 *fehlt* in.

1322 März 14 Braunſchweig. Herzog Otto eignet Heinrich Eliä die Hälfte der Fiſchweide zu Ölper. [38

Original zu Wolfenbüttel unter den Urkunden des Kreuzkloſters mit Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. de piſcatura ſecus Elbere.

IN Nomine ſancte et individue trinitatis Dei gratia Otto dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Ad noticiam omnium tam preſentium quam futurorum, quibus preſens ſcriptum

oſtenſum fuerit, publice volumus pervenire, quod Borchardus et Ghevehardus fratres dicti de Bortvelde, milites, habitantes in caſtro Haghen, reſignaverunt nobis dimidietatem piſcature in Elbere ſolventem annuatim unum talentum bruneswicenſium denariorum, quam a nobis tenebant in pheodo, et renunciaverunt omni juri, quod ipſis in ea conpetebat et conpetere potuiſſet in futuro. Quo facto nos bona deliberatione prehabita dimidietatem predicte piſcature dedimus et appropriavimus et in Dei nomine damus et appropriamus per preſentes Henrico Elye, burgenſi in Bruneswich, et ſuis veris heredibus jure proprietatis libere poſſidendam, ita etiam, ut ipſi et heredes ſui dimidietatem ejusdem piſcature poſſint ſuis uſibus retinere et proprietatis tytulo poſſidere et eodem jure et tytulo per preſentem noſtram litteram donando, vendendo, permutando vel alio contractu libere transferre in aliam quamcumque voluerint univerſitatem, collegium, eccleſiam vel perſonam. Renunciavimus etiam et renunciamus per preſentes pro nobis et fratribus noſtris Magno et Erneſto, quorum adhuc tutelam gerimus, dimidietati predicte piſcature et omni juri, quod nobis in ea conpetebat et conpetere potuiſſet in futuro. Adicimus etiam, quod volumus predictum Henricum et heredes ſuos de dimidietate piſcature ſepedicte ac illos etiam, quibus ipſi eandem dimidietatem piſcature dimiſerint et quocumque contractu appropriaverint, legitime warandare et in ejus poſſeſſione defendere, ac ſi per nos ipſos inmediate eandem proprietatem ipſis dediſſemus et in poſſeſſionem miſiſſemus cum ſpetiali noſtra littera de ipſis faciente propriam mentionem. Igitur, ut hec omnia inmutabiliter firma maneant atque rata, preſentem litteram inde conſcriptam pro nobis et prenominatis fratribus noſtris ſigillo noſtro duximus perpetualiter roborandam. Teſtes etiam ſunt Ludolfus de Honlaghe, Borchardus filius quondam Ecberti de Aſſeborch, Ludegherus de Garsnebutle, milites, fideles noſtri, et plures alii fide digni. Actum et datum Bruneswich anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo pridie idus Marcii.

Im Orig. 16 ipſum.

1322 März 17 Braunſchweig. Herzog Otto eignet Heinrich Conradi deſſen bisheriges Lehngut zu Sickte. [39

Das Original verloren. Gedruckt bei Gebhardi, Hiſt. Nachr. von dem Stiffte St Matthäi in Br., S. 83.

IN Nomine ſancte et individue trinitatis amen. Quia memoria hominum labilis eſt, et nihil eſt in humana conditione, quod perpetuo ſtare poſſit, neceſſe eſt, ut ea, que geruntur, ne ſimul labantur cum tempore, ſcripturis et teſtibus perhennentur. Ad notitiam igitur omnium Chriſti fidelium ac omnium, quorum intereſt ſeu intereſſe poterit, nos Otto Dei gratia dux in Brunswich volumus devenire, quod per ſtrenuum militem Bolduwinum, filium Bolduwini militis de Wenden, pheodo de tribus manſis et una area in campis et villa Sickthen ſitis voluntarie no-

bis reſignato, quos quidem manſos et aream Henricus Conradi, civis in Brunswich*, a prefato patre ipſius Bolduwini et poſtmodum ab ipſo Bolduwino patre ſuo eodem defuncto in pheodo tenuit et adhuc tenere dinoſcitur, quorum directum dominium et proprietas ad progenitores noſtros ab antiquo pertinuit et ad nos necnon Magnum et Erneſtum fratres noſtros minores annis dinoſcitur pertinere, ſupplicavit nobis Bolduwinus miles ſepedictus, quatenus manſos et aream eosdem cum pertinentiis ſuis antedicto Henrico Conradi et ſuis veris heredibus appropriare noſtro et fratrum noſtrorum predictorum nomine dignaremur. Nos vero ſupplicationibus hujusmodi propter varia ſervicia nobis per ipſum Bolduwinum ſepius impenſa favorabiliter inclinati proprietatem et dominium aree et manſorum certum predictorum cum omnibus juribus et pertinentiis ſuis qualitercumque nominatis ſupradicto Henrico Conradi, civi in Brunswich, et ſuis veris heredibus donavimus noſtro et fratrum predictorum noſtrorum nomine, quorum tutelam gerimus, et, quemadmodum aream et manſos ipſos tanquam noſtros proprios poſſedimus, in ſepedictum Hinricum et heredes ſuos transtulimus et nihilominus per preſentes transferimus proprietatis titulo ipſos perpetuo poſſidendos liberos ab advocatiis, exactionibus et oneribus quibuslibet penitus et ſolutos, renunciantes pro nobis et dictis fratribus noſtris expreſſe per hec ſcripta proprietati, dominio ac omni juri nobis et ipſis in prefatis manſis et area competentibus undecumque. Ut autem hujusmodi noſtra donatio et proprietatis translatio ac omnia, que premiſſa ſunt, rata et firma perpetuo perſeverent, ſepedictum Hinricum et heredes ſuos preſentibus noſtro ſigillo patenter roboratis duximus muniendum. Volumus ipſis debitam warandiam etiam facere de premiſſis ſecundum jus et bonam terre conſuetudinem approbatam ac ipſos ab impetitore quolibet eripere, ſi litem ſeu controverſiam ipſis moveri contigerit ſuper aliquo premiſſorum. Teſtes hujus ſunt Thidericus notarius noſter, Florinus cappellanus noſter, Henricus de Wenden et Ludolfus de Honleghe, milites, necnon Wedego de Velſtede et David Kronesben, cives in Brunswich, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum Brunswich anno domini milleſimo ccc° xxij° feria quarta poſt diem beati Gregorii Pape.

* *Statt* Henricus – Brunswich *im Drucke* Johannes Ludolfi. *Weiterhin wird immer nur Heinrich Conradi genannt, was auch mit Nr 42 ſtimmt; eine Verderbniß liegt alſo hier jedenfalls vor. Denkbar wäre, daß die Stelle lautete* Johannes Ludolfi et Henricus Conradi, cives in Br.; *doch widerſtreitet dem der Singular des Verbums* tenuit *Z. 2 u. a.*

1322 März 20 Braunſchweig. Herzog Otto gewährt ſeinem Kaplan Reimbold, Pfarrer zu St Katharinen, ein Gnadenjahr dort und an der Marienkapelle zu Wolfenbüttel nebſt freier Verfügung über ſeinen beweglichen Nachlaß. [40

Zwei faſt gleichlautende Originale (A B) im Stadtarchive mit je einem Siegel. Auf A Rückvermerk des xvi Jahrh. von zwei Händen hertogen Otten bref, dat her | Reymbolt perner | ſin gut mach beſtellen ſun-

der ſin hinderniſſe etc. | unde j jar na ſinem dode volgen ſchal der par rente, *auf B des xiv Jahrh.* hec eſt littera annis | gratie ducis Ottonis, Magni et Erneſti ſuper capellam in Welferbutle *(!)*.

DEI Gratia nos Otto dux in Brunswich omnibus tam preſentibus quam futuris, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, volumus eſſe notum, quod dilecto capellano noſtro Reymboldo, rectori ecclesie ſancte Katerine in Brunswich, quem favore proſequimur ſpeciali, decrevimus ſpecialem beneficentiam exhibere. Unde pro nobis et noſtris heredibus et fratribus noſtris, videlicet Magno et Erneſto, quorum tutelam gerimus, dedimus et in Dei nomine ſibi damus per preſentes annum gratie in eccleſia jam dicta et in capella ſancte Marie in W[o]lferbutle, ſi eccleſiam et capellam predictas per mortem ejus vel per reſignationem vel per permutationem vel qualitercunque vacare contigerit, tunc ſalemanni ſui, ſi quos elegit vel quos eligere decreverit, eccleſiam et capellam predictas per annum proximum et continuum a die obitus ſui aut reſignationis ſeu permutationis ſue conputandum locabunt vel officiari per ſe procurabunt et, quicquid ex hujusmodi locatione vel officiationis procuratione provenerit undecunque, hoc ipſi ad ipſius Reymboldi debita perſolvenda libere convertent, ſi qua ſunt, vel in alios pios uſus, in quos idem Reymboldus disponendo ſuum teſtamentum id ipſum, quod provenire poterit, viva voce perſonaliter aut litteraliter ordinaverit et aſſignaverit convertendum, gratum et inmutabiliter ratum habituri tam ex parte noſtri quam illius, quem ad eccleſiam et capellam ſepedictas qualitercunque vacaturas preſentari contigerit, quicquid per ipſum Reymboldum aut ſuos ſalemannos de proventibus anni gratie eccleſie et capelle predictarum fuerit diſpoſitum et in exequendo diligentius ordinatum, non obſtante, ſi in preſentando alium ad eccleſiam et capellam predictas ſimpliciter et abſolute de indulto hujusmodi anni gratie nulla facta fuerit mentio ſpecialis. Adicimus eciam ob favorem ejusdem Reymboldi ſpecialem, quod, cum ipſum mori contigerit, de omnibus bonis ſuis mobilibus, que eundem Reymboldum in dote predicte eccleſie ſancte Katerine et in dote capelle eccleſie ſancte Marie in Wlferbutle poſt mortem ſuam relinquere contigerit, nec nos intromittemus nec noſtri heredes nec noſtri fratres predicti nec aliquis advocatorum noſtrorum nec aliquis noſtro nomine ſe intromittet quoquomodo, et ſui ſalemanni, qui tunc temporis fuerint, diſponent de omnibus rebus ſuis mobilibus et facient cum eisdem, prout eis videbitur expedire. In quorum omnium evidens teſtimonium preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo noſtro pro nobis et noſtris heredibus et fratribus noſtris predictis duximus patenter roborandam. Teſtes hujus ſunt dominus Engelbertus decanus eccleſie ſancti Blaſii, magiſter Bruno rector eccleſie ſancti Andree, dominus Thidericus rector eccleſie ſancti Odelrici, dominus Bernhardus rector eccleſie ſancti Petri in Brunswich, Thidericus notarius noſter, rector eccleſie in Jerxſem,

Im Orig. 8 *nach* Wlferbutle *fehlt* ita videlicet, quod: *vgl. S. 38* [11]. 11 aut] vel *B.* 22 contingerit *A B.* quod *vor* de *wiederholt A B.* 24 relinquere contigerit] relinquet. 27 disponant *A.* 32 Jerxſum *(?) B.*

et Florinus capellanus noſter et alii quam plures fide digni. Actum et datum Brunswich anno domini m° ccc° xxij° xiij° kal. Aprilis.

1322 März 20 Braunſchweig. Herzog Heinrich gewährt ſeinem Kaplan Reimbold, Pfarrer zu St Katharinen, ein Gnadenjahr dort nebſt freier Verfügung über ſeinen beweglichen Nachlaß.

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. hec eſt littera ducis Henrici annis *(!)* gratie ſuper eccleſiam ſancte Katherine in Brunsw. *Formular wie Nr 40.*

DEI Gratia nos Hinricus princeps Saxonie et dux Brunswicenſis ac palantinus omnibus tam preſentibus quam futuris, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, volumus eſſe notum, quod dilecto capellano noſtro Reymboldo, rectori eccleſie ſancte Katerine in Brunswich, quem favore proſequimur ſpeciali, decrevimus ſpecialem beneficentiam exhibere. Unde pro nobis et noſtris heredibus dedimus et in Dei nomine ſibi damus per preſentes annum gratie in eccleſia jam dicta, ita videlicet, quod, ſi eandem eccleſiam per mortem ejus vel per reſignationem vel per permutationem vel qualitercunque vacare contigerit, tunc ſalemanni ſui, ſi quos elegit vel quos eligere decreverit, predictam eccleſiam per annum proximum et continuum a die obitus ſui conputandum locabunt vel officiari per ſe procurabunt et, quicquid ex hujusmodi locatione vel officiationis procuratione provenerit undecunque, hoc ipſi ad ipſius Reymboldi debita perſolvenda libere convertent, ſi qua ſunt, vel in alios pios uſus, in quos idem Reymboldus diſponendo ſuum teſtamentum id ipſum, quod ad ipſum provenire poterit, viva voce perſonaliter aut litteraliter ordinaverit et aſſignaverit convertendum, gratum et inmutabiliter ratum habituri tam ex parte noſtri quam illius, quem ad predictam eccleſiam qualitercunque vacaturam preſentari contigerit, quicquid per ipſum Reymboldum aut ſuos ſalemannos de proventibus anni gratie dicte eccleſie fuerit diſpoſitum et in exequendo diligentius ordinatum, non obſtante, ſi in preſentando alium ad predictam eccleſiam ſimpliciter et abſolute de indulto hujusmodi anni gratie nulla facta fuerit mencio ſpecialis. Adicimus eciam ob favorem ejusdem Reymboldi ſpecialem, quod, cum ipſum mori contigerit, de omnibus bonis mobilibus, que eundem Reymboldum in dote predicte eccleſie ſancte Katerine poſt mortem ſuam relinquere contigerit, nec nos intromittemus nec noſtri heredes nec noſtri ſucceſſores nec aliquis advocatorum noſtrorum nec aliquis noſtro nomine ſe intromittet quoquomodo, et ſui ſalemanni, qui tunc temporis fuerint, diſponent de omnibus rebus ſuis mobilibus et facient cum eisdem, prout eis videbitur expedire. In quorum omnium evidens teſtimonium preſentem litteram inde conſcriptam per manum Willekini ſcolaris ejusdem Reymboldi ſigillo noſtro pro nobis ac noſtris heredibus et ſucceſſoribus duximus patenter roborandam. Teſtes hujus ſunt dominus Engelbertus decanus eccleſie ſancti Blaſii, dominus Thidericus rector eccleſie ſancti Odelrici, dominus Bernhardus rector eccleſie ſancti Petri in Brunswich, dominus Johannes dictus de Nannekeſen, capellanus noſter, magiſter Conradus canonicus eccleſie ſancte Crucis in Northuſen, notarius noſter, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Brunswich anno domini m° ccc° xxij° xiij° . . kal. . . Aprilis . . . .

Im Orig. 11 *fehlt* quod. 24 quod *vor* de *wiederholt.* 25 relinquere contigerit] relinquet. 27 disponant. 31 *nach* Blaſii *folgt Nr 40 auch* magiſter — Andree.

1322 März 23 Braunſchweig. Ritter Balduin v. Wenden ſendet Herzog Otten drei Hufen nebſt einer Wurt zu Sickte auf, damit er ſie dem Bürger Heinrich Conradi eigne. [42

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Matthäikalands); das Siegel fehlt. Rückvermerk des XIV Jahrh. Tzichte. *Gedruckt bei Gebhardi, Hiſt. Nachr. von dem Stifte St Matthäi in Braunſchweig, S. 82.*

OMNIBUS Preſentia viſuris ſeu audituris ego Bolduwinus miles, filius quondam ſtrennui militis Bolduwini de Wenden bone memorie, cupio fore notum, quod illuſtri principi domino meo, domino . . Ottoni duci in Brunswic tres manſos et aream unam ſitos in campis et villa Sickthen cum ſuis pertinenciis, quos ab ipſo in pheodo tenui et Hinricus Conradi, civis in Brunswic, a me ex collatione legittima ſibi facta tenere dinoſcebatur in pheodum, reſignavi publice et expreſſe renuncians omni juri, quod michi ſeu heredibus meis conpetebat ſeu conpetere poterat in eisdem. Et has eciam reſignationem et renunciationem meo et heredum meorum nomine facio per preſentes, ita tamen, quod idem dominus dux ſuo et fratrum ſuorum nomine, quorum interſit, in prefatum Henricum Conradi et heredes ſuos et quemlibet ipſorum prefatos manſos cum proprietate et pertinenciis ſuis omnibus transferat proprietatis titulo poſſidendos. Quam quidem translationem proprietatis ſeu premiſſorum debere fieri per dictum dominum ducem promitto fideliter per preſentes, adiciens, quod, ſi forſan eundem Henricum et heredes ſuos ſeu alterum ipſorum ſuper premiſſis manſis et pertinenciis a quoquam heredum meorum collateralium vel a me vel ab ipſis deſcendencium vel ab aliqua perſona alia eccleſiaſtica vel mundana dictos manſos tamquam ſibi debitos ſeu pertinentes vendicare ab ipſo Henrico ſeu heredibus ſuis volente contigerit inbrigari, ipſos a briga hujusmodi debeo disbrigare et debitam de premiſſis omnibus et quolibet premiſſorum ipſis warandiam facere ſecundum jus et bonam terre conſuetudinem approbatam, ad quod eciam ſub obligatione fidei per hec ſcripta firmiter me aſtringo. Datum Brunswic anno domini milleſimo ccc° xxij° feria tercia poſt dominicam Letare.

1322 März 23. Der Edle Walther v. Dorſtadt eignet Bernhard Kalen ſiebentehalb Hufen, den Zehnthof und drei Kothöfe zu Vallſtedt. [43

Zwei Originalausfertigungen, von einer Hand und gleichem Wortlaut, zu Wolfenbüttel (unter den Urkunden von St Blaſien); die vier Siegel, deren drittes, das des Edeln v. Meinerſen, von der einen Ausfertigung abgefallen iſt, an rothen Seidenſträngen. Rückvermerk der einen Ausfertigung Littera ſuper dotacione fructuum et proventuum altaris beate Katherine in eccleſia ſancti Blaſii Brunswic hic depoſita per Bodonem ad fideles manus 1449.

IN Dei nomine amen. Nos Woltherus nobilis de Dorſtat ad noticiam omnium tam preſentium quam futurorum, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, publice volumus pervenire, quod cum expreſſo aſſenſu et conſenſu liberorum noſtrorum, Borchardi filii noſtri, militis, et fili-

arum noſtrarum Ghertrudis et Alheydis et omnium, quorum conſenſus de jure vel de conſuetudine fuerat requirendus, recepimus a Bernardo dicto Kale, burgenſe in Bruneswich, viginti quinque marcas examinati argenti et appropriavimus ſibi ac in ipſum et heredes ſuos appropriando transtulimus et transferimus per preſentes ſex manſos et dimidium ſitos in campis ville Veltſtede Hildenſemenſis dyoc. et allodium dictum Theghethof et tres parvas curias dictas kothove in eadem villa ad eosdem manſos pertinentes cum omnibus etiam aliis eorum pertinentiis et juribus in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure advocatie et quibuslibet ſerviciis prorſus liberos et emunes, quos a nobis habuerat in pheodo, exnunc proprietatis et libertatis tytulo et jure dominii libere, ſicut nos et progenitores noſtri eosdem manſos cum ſuis pertinentiis poſſedimus, pacifice poſſidendos, taliter etiam, quod ipſe et heredes ſui eosdem manſos cum ſuis pertinentiis jure proprietatis et libertatis poſſunt donando, vendendo, permutando et quolibet alio contractu appropriando transferre libere in quamcunque voluerint eccleſiam, collegium, conventum, univerſitatem aut perſonam ſine omni exceptione, ratum habituri, quicquid per ipſos in hiis fuerit ordinatum. Et abſolvimus ipſum ab homagio et debito ſidelitatis, quo nobis tamquam noſter pheodatarius pro predictis bonis extiterat obligatus. Renunciavimus etiam ac renunciamus per preſentes predictis bonis et omnibus utilitatibus et juribus, que nobis et noſtris in eis conpetebant et in futuro conpetere potuiſſent, adicientes etiam, quod volumus ipſum Bernardum et heredes ſuos de predictis bonis et eorum proprietate ac libertate legitime warandare et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpeticionem aut controverſiam ab aliquo ipſis moveri contigerit in toto vel in parte de aliquo premiſſorum. Ad quod faciendum obligamus nos ipſis per preſentes et in horum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus patenter apponendum. Actum anno domini m° ccc° xxij° **x° kal. Aprilis.**

Nos etiam Borchardus, Ghertrudis et Alheydis, liberi et heredes domini Woltheri predicti, recognoſcimus, quod idem pater noſter cum expreſſo aſſenſu et conſenſu noſtro predictos ſex manſos et dimidium cum omnibus eorum pertinentiis appropriavit Bernardo predicto et ſuis heredibus et eorum proprietatem et omne jus ac dominium, quod in eis habebat, pro ſe et nomine noſtro in ipſos transtulit ſecundum modum et formam jam preſcriptam. In cujus rei teſtimonium ego Borchardus ſigillum meum duxi preſentibus apponendum. Nos vero Ghertrudis, legitima Conradi de Meynerſem, et Alheydis, legitima Syfridi de Cramme, militum, quia propriis ſigillis caremus, ſigilla maritorum noſtrorum jam dictorum ad proteſtandum tam noſtrum quam ipſorum conſenſum ſuper premiſſis apponi procuravimus pro nobis et noſtris heredibus preſentibus ad excludendum omnem exceptionem, inpeticionem et actionem, ſi qua ex parte no-

Im Orig. 7 *fehlt* in. 15 *vor* extiterat *wiederholt* nobis. 20 contingerit.

ſtri aut noſtrorum ſuper aliquo premiſſorum poſſet quomodolibet attemptari. Nos etiam Conradus et Syfridus predicti recognoſcimus, quod ſigilla noſtra pro nobis et legitimis noſtris prenominatis appoſuimus in efficax teſtimonium premiſſorum anno et die ſupradictis. Teſtes etiam ſunt Jordanus de Wenthuſen, Ludolfus de Honlaghe, Johannes de Ampleve, Ghevehardus et Borchardus fratres de Borthvelde, milites, Godefridus de Warsvelde, militaris, Wedego de Veltſtede, Godefridus Inſtitor, Thidericus et Conradus fratres dicti Dhoring, Egkelingus prope cimiterium, burgenſes in Bruneswich, fideles noſtri, et plures alii fide digni.

1322 März 29. Der Neuſtädter Rath verkauft und verbürgt der Witwe Johann Salgens und ihrer Tochter ein Leibgedinge bei St Andreae. [44

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt. Am Rande van vrowen Belen des Salghen.

Bl. 5' NOS Albertus de Peyna, Ludolfus de Ringelem, Grote Jan, Albertus Blyvot, Dedolfus Widenveld et Johannes Gherwini, pro tempore Conſules in Nova civitate Bruneswich, ad noticiam tam preſentium quam futurorum et precipue noſtrorum ſucceſſorum publice volumus pervenire, quod nomine eccleſie ſancti Andree vendidimus pro duodecim marcis examinati argenti Elizabeth ſorori magiſtri Conradi de Oldendorpe, relicte Johannis Felicis, burgenſis quondam in Bruneswich, et filie ſue Elizabeth unam marcam examinati argenti, quam nomine annue penſionis ad utriusque ipſarum vite tempora a proviſoribus predicte eccleſie ſancti Andree ipſis de redditibus et obventionibus ejusdem eccleſie dari procurabimus annis ſingulis, dimidiam videlicet in die ſancti Michaelis et dimidiam in feſto paſche, ita quod per mortem unius earum de predicta marca in jam dictis terminis ſic ſolvenda relique, quamdiu ſuperſtes fuerit, nichil minuatur. poſt obitus autem ipſarum ambarum nos et proviſores predicte eccleſie a ſolutione ejusdem marce ſumus liberi et ſoluti. Obligamus igitur nos et ſucceſſores noſtros Elizabeth et filie ſue predictis ad ſatisfaciendum ipſis de omni defectu et inpedimento, ſi quod ipſis in ſolutione ejusdem marce evenerit qualitercunque ex parte proviſorum eccleſie ſupradicte. In cujus rei evidentiam preſentem tenorem ad librum juſſimus conſcribi noſtre civitatis, ut memorialiter teneatur. Actum anno domini m° ccc° xxij° feria ſecunda poſt dominicam Judica.

1322 April 3. Procurator und Proviſoren des Marienſpitals urkunden über die Jahrzeitſtiftung weiland Bernhard Wedekindes. [45

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln.

NOS Herwicus procurator, Henricus Elye ac Hillebrandus Eleri, proviſores pro tempore hoſpitalis infirmorum eccleſie ſancte Marie in Bruneswich, recognoſcimus et preſentibus

publice proteſtamur, quod pie memorie Bernardus Widekindi, quondam burgenſis in Bruneswich, ob ſalutem anime ſue triginta ſolidos bruneswicenſium denariorum ſibi conparavit dandos annis ſingulis in anniverſario ſuo de proventibus trium manſorum ſitorum in campis ville Calnem, quos emimus a . . prepoſito et . . conventu eccleſie in Woltingerodhe, atque distribuendos in hunc modum, ita videlicet, quod procuratori ipſius hoſpitalis detur unus ſolidus et tribus ſacerdotibus cuilibet ſex denarii, ſcolari quatuor denarii et duabus ancillis cuilibet ſex denarii ceterisque infirmis per ordinem cuilibet tres denarii et campanario duo denarii miniſtrentur. inſuper una libra cere ad luminaria nocturna erit conparanda et ad menſam ipſius procuratoris una ſtopa vini de denariis ſupradictis. Anniverſarius etiam predicti Bernardi Widekindi quolibet anno in vigilia Lucie miſſis et vigiliis in eccleſia predicti hoſpitalis fideliter peragetur. Ut autem hec omnia firmiter et inmutabiliter obſerventur, preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo ſepedicti hoſpitalis ſancte Marie una cum ſigillo . . Conſulum civitatis Bruneswich duximus roborandam. Datum anno domini m° ccc° xxij° in vigilia palmarum.

1322 Mai 1 Braunſchweig. Herzog Otto ertheilt Bernhard Kalen Frieden und Bann der ihm von dem Edeln Walther v. Dorſtadt geeigneten Güter zu Vallſtedt. [46

Original zu Wolfenbüttel (unter den Urkunden von St Blaſien), das Siegel an rothem Seidenſtrange.

NOS Otto Dei gracia dux in Bruneswich ad noticiam omnium tam preſentium quam futurorum, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, publice volumus pervenire, quod, cum Woltherus nobilis de Dorſtat cum liberorum ſuorum conſenſu, videlicet Borchardi filii ſui, militis, et filiarum ſuarum Ghertrudis et Alheydis et omnium, quorum conſenſus ad hoc fuerat requirendus, appropriaverat Bernardo dicto Kalen, burgenſi in Bruneswich, et ſuis heredibus et in ipſos appropriando transtulerat ſex manſos et dimidium ſitos in campis ville Veltſtede Hildenſemenſis dyoc. et allodium dictum Theghethof et tres parvas curias dictas kothove in eadem villa ad eosdem manſos pertinentes cum omnibus eciam aliis eorum pertinentiis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure et onere advocatie et quibuslibet ſervitiis prorſus liberos et emunes, quos manſos cum omnibus ſuis pertinentiis idem Bernardus a predicto Wolthero in pheodo habuerat et poſſedit, nos de translatione proprietatis et dominii predictorum manſorum et omnium ſuorum pertinentium in Bernardum predictum et heredes ſuos rite facta per patentes litteras ſupradicti Woltheri ſufficienter certificati, ſicut a procuratore ſuo ad hoc habente plenum mandatum et a Bernardo predicto fuimus rogati et legaliter requiſiti, prout ratione principatus et temporalis juriditionis noſtra intereſt, eidem Bernardo et ſuis heredibus

Im Orig. 24 fehlt in.

poſſeſſionis et proprietatis ac libertatis predictorum manſorum et omnium ac ſingulorum ſuorum pertinentium firmavimus et ſtabilivimus et in Dei nomine firmamus et ſtabilimus per preſentes firmam pacem et bannum. Et ne aliquis in poſſeſſione et proprietate ac libertate eorundem manſorum et ſuorum pertinentium ipſos quomodolibet moleſtare valeat aut de facto aliquid in contrarium alicujus premiſſorum attemptare preſumat inpune, preſentem litteram ad defenſionem ſui juris ipſis dedimus ſigillo noſtro patenter conmunitam. Teſtes eciam ſunt discreti viri Reymboldus ſcolaſticus eccleſie ſancti Blaſii, Thidericus noſter notarius, Jordanus de Wenthuſen, Ludolfus de Honlaghe, Johannes de Ampleve, Ghevehardus et Borchardus fratres de Borthvelde, milites, Wedego de Veltſtede, Godefridus Inſtitor, Thidericus et Conradus fratres dicti Dhoring, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Actum et datum ibidem anno domini m° ccc° xxij° in die beati Walburgis virginis.

1322 Mai 6. Propſt, Aebtiſſin, Priorin und Convent des Kreuzkloſters bekunden eine Jahrzeitſtiftung für Ulrich v. Gadenſtedt und ſeine Frau. [47

Original zu Wolfenbüttel mit zwei Siegeln an Pergamentſtreifen.

IN Dei nomine amen. Nos Johannes Dei gracia prepoſitus, Ghertrudis abbatiſſa, Mechtildis prioriſſa totusque conventus monaſterii ſancte Crucis in Rennelberghe apud Bruneswich ad notitiam omnium tam preſentium quam futurorum, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, volumus publice pervenire, quod Thedolfus Inſtitor, gener Olrici de Godenſtede et domine Aſeken uxoris ſue, civium quondam in Bruneswich, ſicut ab ipſis in ultima ipſorum voluntate recepit in conmiſſo, conparavit a nobis pro decem et ſeptem marcis puri argenti in uſus monaſterii et conventus noſtri, videlicet in tres manſos ſitos in campis ville Lamme, converſis unam marcam perpetuorum reddituum exponendam ſingulis annis de proventibus predictorum trium manſorum per nos Johannem prepoſitum predictum et quemlibet noſtrum ſucceſſorem in anniverſariis Olrici et uxoris ſue predictorum in hunc modum, ita videlicet, quod in anniverſario ipſius Olrici ſimul cum memoria Greten matris uxoris ſue et fratris ſui Johannis ſororumque ſuarum Greten et Gheſen peragendo ferto cum dimidio et ſimiliter ferto cum dimidio in anniverſario uxoris ſue predicte cum memoria matris et fratris ſororumque ſuarum prenominatarum ſimul peragendo dabitur et preſentabitur noſtro conventui in karitativam conſolationem inde ſibi procurandam in relevamen ſpetialium laborum in hujusmodi anniverſariis habitorum. reſiduus vero ferto dabitur filiabus ipſorum, Elizabeth conſorori noſtre et ſorori ſue Katherine, ad ipſarum vite tempora et ſimiliter uni earum poſt mortem relique ſingulis annis in die ſancti Michaelis. Poſt obitus autem ipſarum ambarum idem ferto cedet et pertinebit ad anniverſarios Olrici et uxo-

ris predictorum cum memoriis predictarum perſonarum peragendos, ita quod extunc in cujuslibet ipſorum anniverſario dabitur conventui noſtro dimidia marca ad caritativam conſolationem inde, ut premittitur, ſibi procurandam. Si vero, quod abſit, anniverſarii ſeu memorie hujusmodi ſecundum quod predicitur annis ſingulis a nobis ſeu noſtris ſucceſſoribus non obſervarentur, extunc heredes prenominatarum perſonarum proximiores poſſunt a nobis illam marcam predictorum reddituum et a quolibet noſtro ſucceſſore petere jure debito et alibi ad placitum ipſorum cum redditibus jam dictis anniverſarios ſeu memorias peragi facere, donec nos aut noſtri ſucceſſores id facere decreverint cum effectu. Igitur ut hec omnia tam apud nos quam noſtros ſucceſſores inmutabiliter obſerventur, preſentem litteram inde conſcriptam ſigillis noſtris duximus patenter roborandam. Teſtes etiam ſunt Johannes Ludolfi, Wedego de Veltſtede, Bernardus dictus Kale, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° xxij° pridie nonas May.

1322 Mai 7. Herzog Heinrich (Hinricus princeps Saxonie, dux Brunswicenſis quoque et palantinus) *geſtattet an ſeinem Theil und namens ſeiner Erben und Nachfolger, insbeſondere aber ſeiner Söhne Otto und Wilhelm, dem Dekan und Capitel St Blaſien, die Wand an der Südſeite des Münſters auf den Grund abzubrechen, um die Kirche zu erweitern, auch lichtere Fenſter und Raum für neue Altäre zu gewinnen* (quod ipſi poſſunt libere parietem auſtralis partis tocius monaſterii funditus deſtruere ad ampliandum eandem eccleſiam et lucidioribus feneſtris ac aliis edificiis ſibi conpetentibus et convenientibus adornandum et inibi nova altaria ſalvo jure noſtro, quandocunque ad id faciendum ſe optulerit ipſis oportunitas et facultas). Actum et datum anno domini m° ccc° viceſimo ſecundo craſtino beati Johannis evangeliſte ante portam latinam.

Original zu Wolfenbüttel. Ebenſo Herzog Otto dominica poſt aſcenſionem domini *(Mai 23).*

1322 Mai 19. Ludolf Muntaries verkauft an Heinrich Ruſcher eine Hufe zu Lehndorf. [49

Original zu Wolfenbüttel (unter den Urkunden des Kreuzkloſters) mit vier Siegeln. Auf der Rückſeite von jüngerer Hand: Univerſis hoc ſcriptum auditurıs ſeu viſuris notum facio, quod Hinricus Ruſer emebat unum manſum a Muntario jacentem ante civitatem et unum a Conrado Odelem (*corr.* Velſtidde) jacentem in Twedorp. Et illos dedit clauſtralibus in Brunswich pro quatuor anniverſariis peragendis pro animabus Hinrici et Alheydi[s] Ruſcher, ſ. unum anniverſarium in feſto paſche peragendum et ſecundum ad feſtum penthecoſtes et tertium ad feſtum nativitatis ſancte Marie (M. *wiederholt*) virginis et quartum ad feſtum nativitatis Chriſti. Et in quolibet anniverſario pro miſſis et vigiliis debet dari ex illis manſis unum eorum ſiliginis, reliquum autem dabitur conventui, ut Deus illis propicietur. *Einer weſentlich gleichlautenden Aufzeichnung dieſer Urkunde in dem dem erſten Degedingebuche der Altſtadt vorgebundenen Copialbuche iſt folgender Vermerk angehängt:* Predictum vero manſum dictus Henricus Ruſchere et Alheydis

uxor ſua poſt ſuorum amborum mortem legaverunt et donaverunt conventui ſanctimonialium monaſterii ſancte Crucis ſiti extra muros Bruneswich ob remedium et ſalutem ſuarum animarum et locaverunt eundem manſum dicto conventui pro annua penſione, videlicet duobus choris tritici et . . choris ſiliginis, quos dabunt ſibi, quamdiu ambo ſeu unus eorum vixerit, annis ſingulis in die beati Mychaelis. Si vero dictum cenſum dictus . . conventus ipſis in dicto termino non ſolverit expedite, dictum manſum locabunt, cuicumque ipſis videbitur expedire.

EGO Ludolfus Monetarius, civis in Brunswich, omnibus preſentem litteram viſuris ſeu auditturis cupio fore notum, quod de conſenſu omnium heredum meorum, quorum conſenſus de jure et merito fuerat requirendus, pro viginti ſex marcis puri argenti brunswicenſis ponderis et valoris vendidi, dimiſi et in poſſeſſionem tradidi Henrico dicto Ruſchere, civi in Brunswich, et ſuis veris heredibus unum manſum in Lendorpe continentem triginta jugera ab omni jure advocatie liberum poſſidendum cum omnibus juribus et utilitatibus ſuis tam in villa quam in campis et ceteris pertinentiis univerſis proprietatis ac libertatis tytulo, ſicuti ego poſſedi hactenus et habui pacifice et quiete. Volo eciam ſibi et ſuis heredibus debitam warandiam ejusdem manſi et proprietatis preſtare, ubicumque et quandocumque ipſis fuerit hoc neceſſe. Dedit etiam michi ſeu meis heredibus idem Henricus pro ſe et ſuis heredibus eundem manſum cum ſuis pertinenciis liberam optionem reemendi in feſto pentecoſtes a feſto pentecoſtes proximo ad annum conputandum ſolummodo et tantummodo pro eadem, ut predicitur, pecunie quantitate. quod ſi a me vel meis heredibus factum non fuerit, extunc amplius reemendi nullam habebo aut heredes mei penitus facultatem, ſed ipſius Henrici et ſuorum heredum aut, cuicumque ſeu quibuscumque ipſi donaverint vel aſſignaverint, manebit perpetuo idem manſus proprietatis tytulo ſupradicto. In premiſſorum omnium evidens teſtimonium ſigillum meum duxi preſentibus apponendum. Teſtes hujus rei ſunt Ludolfus Oſſe, Johannes Ludolfi, Wedego de Veltſtede, cives in Brunswich, et quam plures alii fide digni. Nos etiam Ludolfus Oſſe et Wedego de Veltſtede, Conſules pro tempore Antique civitatis Brunswich, ac Johannes Ludolfi jam predicti rogati a prefato Ludolfo et vocati pro teſtimonio ſigilla noſtra duximus preſentibus ſimiliter apponenda. Datum anno domini mᵒ cccᵒ xxijᵒ in vigilia aſcenſionis domini.

Im Orig. 18 eisdem.

1322 Mai 26. Das Vehmgericht gehegt. [50

Aus dem Liber proſcriptionum et judicii vemeding *Fortſetzung von Nr 20.*

Bl. 33 ANNO Domini mᵒ cccᵒ xxijᵒ feria quarta ante feſtum pentecoſtes in foſſa ſancti Petri obſervatum eſt judicium vemeding.

¶ Berta Plockes citata eſt pro furto. ¶ Henricus Longus de Herethe citatus pro xxiiij mar-
Bl. 34 cis, quas alienavit Arnoldo de Kniſtede cerdoni. ¶ Ermgardis uxor Johannis pelliſicis eſt citata ex

parte Thiderici de Gettelde. ¶ Tile Backerman citatus eſt ex parte Luthardi de Brokelde. ¶ Olricus de Saldere citatus pro furto, quod fecit in Levenſtede, quem prodidit Thidericus Alberti. ¶ Alheidis de Luneborgh eſt citata ex parte Johannis Roſen. ¶ Hermannus de Eſſem citatus ex parte Bertrammi ſutoris. ¶ Conradus Ghiſeler de Hameln citatus ex parte Kolnere, quod ſibi vineam ſuccidit. ¶ Herman ſervus Kolnere citatus pro furto ab ipſo Kolnere. ¶ Eggelingus de Beddinge citatus pro cera, quam furabatur in eccleſia ſancti Andree, ut dicebatur, et vendidit. ¶ Albertus filius Johannis de Werle citatus, quod pecuniam poſtulavit et non apportavit illi, cui debuit. ¶ Henricus Crudenere et uxor ſua citati pro furto, quod fecerunt. ¶ Henricus de Lere citatus ex parte Phebi olificis pro furto. ¶ Meynardus lapicida et uxor ſua ſunt citati ex parte Johannis Burmeſter. ¶ Conegundis mulier citata ex parte Henrici de Veltſtede. ¶ Sifridus Thuringus, ſervus Hermanni Uteken, citatus pro furto, quod fecit eidem Hermanno. ¶ Ludolfus de Solede citatus pro vacca ex parte Johannis de Sotterem. ¶ Hermannus Lamberti citatus pro vacca, quam furatus fuit abbati ſancti Egidii. ¶ Hermannus Piſelere, venditor veſtium, citatus pro dampno hominibus facto. ¶ Johannes de Slavia ſimiliter citatus eſt pro dampno, quod fecit hominibus. ¶ Luderus Kalfel et Johannes de Derſſum ſoli juraverunt pro cauſa Oldendorp advocati ¶ Johannes de Scheninge citatus, quod tenuit ſecum fures, et fuit ſibi prohibitum a Conſulibus. **Juravit ipſe ſeptimus.**

In der Hſ. 2 Albertis. 3 de Eſſem *urſprüngl.* eueſſem: eu *ausradiert.*

1322 Mai 31 Wunſtorf. Biſchof Gottfrid von Minden an den Propſt Heinrich von Walsrode: willigt in den Verkauf der Kloſtergüter in Remlingen. [51

Original im Stadtarchive mit Siegel (unter den Urkunden des Marienſpitals) Gedruckt im Lüneburger Urk.-B. xv Abth.: Arch. des Kl. St Johannis zu Walsrode, S. 91.

GODEFRIDUS Dei gratia Mindenſis eccleſie epiſcopus provido viro et diſcreto Henrico prepoſito in Walesrode ſalutem in domino. Cum propter viarum diſcrimina ac advocatorum honera inportuna bona in Remminghe Halberſtadenſis dioc. ad veſtrum monaſterium pertinentia vendere cupiatis, venditioni tali proſpecta veſtri monaſterii utilitate et neceſſitate conſenſum et auctoritatem adhibemus litteras per preſentes, dum tamen dicta venditio celebretur de conventus veſtri conſilio et aſſenſu et pecunia de ipſius venditionis contractu percipienda ad conparationem meliorum bonorum vel ſaltem equivalencium totaliter convertatur. Datum Wûnstorpe feria ſecunda penthecoſtes anno domini m° ccc° xxij°.

1322 Juni 5 Walsrode. Das Kloſter Walsrode verkauft den Siechen von St Leonhard ſieben Hufen ſamt zwei Höfen und zwei Wurten zu Remlingen. [52

Zwei völlig gleichlautende Originale auf Reißbleilinien im Stadtarchive, jedes mit zwei Siegeln.

IN Nomine ſancte et individue trinitatis nos Henricus Dei gratia prepoſitus, Ghertrudis prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium monaſterii ſancti Johannis in Walsrode Mindenſis dyoceſis omnibus in perpetuum. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret vivacitas litterarum, hinc eſt, quod notum fieri volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod bona deliberatione et ſufficienti inter nos tractatu prehabitis unanimi conſenſu et concordi voluntate vendidimus in perpetuum pro centum et quindecim marcis examinati argenti nobis perſolutis et in utilitatem noſtram converſis proviſoribus leproſorum conmorantium ad ſanctum Leonardum apud civitatem Bruneswich nomine et ex parte eorundem leproſorum ſeptem manſos ſitos in campis ville Remninge Halberſtadenſis dyoceſis et duas curias et duas areas in eadem villa ad eosdem manſos pertinentes cum ipſis etiam hominibus ad eosdem manſos jure litonico pertinentibus et omnibus aliis eorum utilitatibus et juribus ac pertinentiis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure advocatie, comicie et quibuslibet ſerviciis liberos et ſolutos propietatis ac libertatis tytulo, ſicut eos per multa tempora poſſedimus, pacifice et quiete libere poſſidendos. Et tradidimus prenotatis leproſorum proviſoribus nomine eorundem leproſorum dictorum bonorum poſſeſſionem corporalem renunciando pro nobis et noſtris ſucceſſoribus et renunciamus per preſentes eisdem bonis et eorum pertinentiis et omni utilitati et juri, quod nobis in eis conpetebat et conpetere potuiſſet in futuro. Adicimus etiam, quod volumus proviſores dictorum leproſorum tam preſentes quam futuros de predictis bonis et eorum proprietate et libertate legitime warandare per warandiam debitam et conſuetam. Renunciamus inſuper beneficio reſtitutionis in integrum, omnibus juris beneficiis tam canonici quam civilis, quibus dictorum bonorum alienatio et proprietatis eorum in alios translatio poſſet retractari quomodolibet aut reſcindi. Et in horum teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Teſtes etiam ſunt dominus Bernardus de Stenla, dominus Hermannus de Minda, capellani noſtri, et Hermannus Wulverammi, Conradus Holtnicker ſenior, Wedego de Veltſtede, Bertrammus de Dammone, Johannes Ludolfi, David Kronesben, Thidericus Dhoring, burgenſes in Bruneswich, et quam plures alii fide digni. Datum in capitolio noſtro omnibus convocatis de noſtra conſuetudine convocandis anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo in die beati Bonifacii et ſociorum ejus.

In beiden Orig. 13 fehlt in.

1322 Juni 15. Biſchof Otto von Hildesheim ertheilt dem Dekane von St Blaſien und dem Abte von St Aegidien Vollmacht, Feſte und Faſten in der Stadt unabhängig von den Hildesheim-

ſchen Synoden ſo zu ordnen, daß Verſäumniſſe und Uebertretungen vermieden werden, wie ſolche bei der Verſchiedenheit zwiſchen den Vorſchriften hüben und den für die Stadttheile Halberſtädtiſcher Diöceſe getroffenen vielfältig vorgekommen waren. [53

Original zu Wolfenbüttel mit zwei Siegeln (unter den Urkunden von St Blaſien). Rückvermerk des xv Jahrh. Privilegium, quod feſta et jejunia hic in Brunswic aliter ſervari poſſint, quam in ſinodo Hildenſemenſi ordinatur, ex ordinacione abbatis Egidii et decani ſancti Blaſii.

NOVERINT Univerſi, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, quod nos Otto Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus, ſollerter attendentes, quod civitas ſeu opidum Bruneswich eſt contigue tam in noſtra quam Halberſtadenſi dyoceſibus conſtitutum, et ex hoc propter vicinitatem hominum ibidem conmorancium et ſibi ad invicem conmunicancium, ſicut multiplex experiencia nobis edocuit, ſiunt negligencie et transgreſſiones in feſtivitatibus quibusdam et jejuniis et pluribus aliis obedienter exequendis, que in noſtris et Halberſtadenſibus ſynodis aliquociens diverſimode ſtatuuntur peragenda, igitur, ut hujusmodi transgreſſionum ſcandala ſalubri ac conpetenti remedio caveantur, cum conſenſu capituli noſtri, donec ad nos duxerimus revocandum, diſpenſative annuimus et gracioſe preſentibus indulgemus, ut feſta et feſtorum transpoſitiones et jejunia et alia exequenda inter muros Brunswich, in Rennelberghe et in monte ſancti Cyriaci adjacentibus taliter peragantur, ſicut decanus eccleſie ſancti Blaſii in Brunswich et abbas monaſterii ſancti Egidii ibidem de hujusmodi feſtis et jejuniis et aliis exequendis intra ſe duxerint ordinandum, non obſtante, ſi aliqua ex hiis in ſynodis noſtris contigerit aliter intimari. Et in horum teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo capituli noſtri preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini m° ccc° viceſimo ſecundo decimo ſeptimo kal. Julii.

1322 Juni 18 Walsrode. Das Kloſter Walsrode quittiert über den Kaufpreis für die den Siechen zu St Leonhard überlaſſenen Güter zu Remlingen. [54

Original im Stadtarchive mit Siegel.

NOS Dei gracia Hinricus prepoſitus, Gertrudis prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium monaſterii in Walsrode viris honorabilibus et discretis proviſoribus leproſorum ad ſanctum Leonardum apud civitatem nomine Bruneswic et omnibus, quorum intereſt vel intereſſe poterit, volumus eſſe notum, quod honorabili viro domino Gyſelero, vicario eccleſie ſancti Cyriaci, viceprepoſito ac capellano noſtro, conmiſimus et nichilominus preſentibus conmittimus tollendi pecuniam a vobis, videlicet centum et quindecim marcas puri argenti bruneswicenſis ponderis et valoris, in qua nobis tenemini racione contractus pro bonis Remnigghe per vos leproſis ad ſanctum Leonardum conparatis ſive emptis perpetuo, plenam facultatem, ratum

Im Orig. 32 fehlt plenam facultatem.

habentes, quicquid per eundem dominum Gyſelerum de eadem pecunia ordinatum fuerit ſive factum. Verumtamen pagacione ſeu ſolucione ſibi facta per vos de taxata pecunia cum graciarum actione ab omni inpeticione nomine leproſorum et veſtro dimittimus quitos, liberos et ſolutos, quod preſentibus ſub ſigillo conventus publice proteſtamur. Datum Walsrode anno m° ccc° xxij° xiiij° kalendas Julii.

1322 Juni 23. Das Kloſter Walsrode verſpricht, den Siechen von St Leonhard ſein altes Privileg über die ihnen verkauften Güter zu Remlingen nach deſſen Wiederauffindung auszuhändigen. [55

Original im Stadtarchive mit Siegel. Gedruckt im Lüneburger Urk.-B., xv Abth.: Archiv des Kl. St Johannis zu Walsrode, S. 91.

NOS Dei gracia Henricus prepoſitus, Ghertrudis prioriſſa totusque conventus monaſterii ſancti Johannis ſanctimonialium in Walsrodhe honorabilibus et discretis proviſoribus leproſorum ad ſanctum Leonardum apud civitatem Brunswic et omnibus, quorum intereſt vel intereſſe poterit, volumus eſſe notum, quod antiquum noſtrum privilegium ſuper bonis ſitis in Remnigghe poſſeſſis a noſtro clauſtro in ccc et xxxvj annis, per nos vobis venditis ad manus dictorum leproſorum aut vetuſtate demolitum aut neglectione perditum ad preſens nequivimus invenire, vos ſcire volentes, quod, quandocunque illud invenire nos contigerit, vobis utique absque ullo protractionis articulo transmittemus. In hujus teſtimonium preſens ſcriptum ſigillo noſtri conventus duximus conmuniri. Datum anno domini m° ccc° xxij° in vigilia nativitatis ſancti Johannis baptiſte.

Im Orig. 17 contingerit.

1322 Juli 4. Der Rath zu Goslar verkauft an Eliſabeth, Alheid, Johannen und deren jüngſte Schweſter Jutte, Ludolf Oſſens Töchter, an Margarethen, Ludemann Chriſtianis Tochter, und an Bertraden, Tochter Bertrams v. Damme, ſämmtlich Kloſterfrauen zu Steterburg, je für 10 Mark zu Leibgeding jährlich eine Mark. Datum anno domini m° ccc° xxij° in die beati Odolrici confeſſoris. [56

Sechs gleichlautende Urkunden zu Goslar, gedruckt bei Bode, Goslarſches Urk.-B. III, S. 405. Siehe auch S. 473 u. 486.

1322 Juli 13 Hildesheim. Biſchof Otto und das Domkapitel, die Klöſter St Michaelis und St Godehardi und die Stifter St Mauritii und zum H. Kreuz in Hildesheim entſagen allem Recht an ihren in Braunſchweig Bürger gewordenen Laten. [57

Zwei bis auf unweſentliche Abweichungen gleichlautende Originalausfertigungen im Stadtarchive, die eine unter den Urkunden gemeiner Stadt (A), die andere unter denen der Martinikirche (B); beide mit je 9 Siegeln an rothgrünen Seidenſträngen.

NOS . . Otto Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus et eadem gracia . . Otto prepoſitus, . . Hermannus decanus, . . Otto ſcolaſticus totumque capitulum ejusdem eccleſie, . . Hinricus abbas et conventus ſancti Michahelis, . . Eylhardus abbas et conventus ſancti Godehardi monaſteriorum necnon . . Hildebrandus decanus et capitulum montis ſancti Mauricii et . . Conradus decanus ac capitulum ſancte Crucis eccleſiarum ibidem ad noticiam omnium, quorum intereſt ſeu intereſſe poterit, per preſentes deducimus et volumus devenire, quod, cum ſuper quibusdam noſtris eccleſiarum ac monaſteriorum predictorum litonibus ſeu hominibus, qui ſe ad civitatem Brunswicenſem transtulerant ibidem cives effecti, inter nos ex una necnon discretos viros . . Conſules in Brunswic parte ex altera dudum fuiſſet diſſentionis materia ventilata, demum tamen mediantibus viris prudentibus cum bono, unanimi et pleno noſtro ac omnium noſtrum conſenſu diſſentio hujusmodi ſopita eſt et terminata amicabiliter in hunc modum, videlicet quod omnes utriusque ſexus homines cum pueris ſuis ſeu tota poſteritate ſua, litones noſtri necnon eccleſiarum et monaſteriorum noſtrorum predictorum, qui unquam in Brunswic translati ibidem cives quocunque tempore preterito ſunt effecti, ab omni jure litonico ac ſervicio liberi debent eſſe ſimpliciter et omnimode abſoluti. Quos eciam nos nomine noſtro necnon eccleſiarum et monaſteriorum predictorum nomine ab omni jure litonico ac ſervicio quolibet, quibus tam pro ſe quam ſuis progenitoribus et conſanguineis quibuslibet premortuis nobis et dictis noſtris monaſteriis ac eccleſiis tenebantur ſeu in futurum poterant obligari, abſolventes manumittimus per preſentes et ab omni jugo ſervitutis ac proprietatis pronunciamus publice abſolutos, nichil nobis juris in ipſis penitus reſervantes. Preterea, ſi de aliquo premiſſorum manumiſſo, utrum ante datam preſentium vel poſt ſe ad civitatem Brunswic tranſtulerit et ibidem in civem ſit receptus, dubium oriatur, et ipſum contingat inpeti ut litonem, duo de Conſulibus Brunswicenſis Antique civitatis prefatum dubium poterunt amovere, ita videlicet, quod, ſi per ſacramenta ipſorum corporaliter ab ipſis preſtita eundem ante datam preſentis littere civem in Brunswic fuiſſe declaraverint, dubium idem amotum eſſe et inpeticio eadem ceſſare debebit difficultate aliquali non obſtante. In quorum omnium teſtimonium nos . . epiſcopus, . . prepoſitus et abbates necnon capitula et conventus ſupradicti noſtro, eccleſiarum et monaſteriorum noſtrorum predictorum nomine ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum Hildenſem anno domini milleſimo ccc° xxij° in die beate Margarete virginis.

Im Orig. 10 noſtrorum hominibus ſeu lytonibus *B.* 16 *fehlt* predictorum *B.* inquam *AB.* 18 eccleſiarum, monaſteriorum, capitulorum et conventuum noſtrorum nomine *B.* 23 eis *B.* 24 receptus fuerit *B.* 28 aliqua *B.* 32 *fehlt* in *B.*

1322 Auguſt 5. Der Neuſtädter Rath bekundet, daß Herr Ludolf v. Dungelbeck von St Andreä ein Leibgedinge gekauft hat. [58

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt. Am Rande de redditibus domini Ludolfi de Dungelbeke. *Vorher Nr 21.*

Bl. 5 NOS Albertus de Peyne, Ludolfus de Ringelem, Albertus Blivot, Johannes Grote, Johannes Gherwini et Dedolfus Widenveldes, Conſules Nove civitatis Brunswich, recognoſcimus volentes ad noticiam univerſorum preſentibus publice pervenire, quod dominus Ludolfus dictus de Dungelbeke emit et comparavit a Thiderico dicto Abbatis et Thiderico de Valeberghe, proviſoribus noſtre eccleſie ſancti Andree Nove civitatis Brunswich predicte, unam marcam annue penſionis dandam et ſolvendam ſibi a dictis proviſoribus ſeu eorum ſucceſſoribus annis ſingulis, quamdiu vixerit, expedite pro decem marcis puri argenti et ponderis brunswicenſis in utilitatem et ſtructuram dicte noſtre eccleſie converſis et proviſoribus ſuis predictis integraliter per- *Bl. 5'* ſolutis noſtro conſenſu et approbatione accedente. Et dicte marce dimidietas dabitur in feſto | paſche et reliqua medietas in feſto ſancti Michaelis dilationibus et protractionibus ac contradictionibus quibuslibet pretermiſſis. Dicto vero domino Ludolfo mortuo dicta penſio ad dictam noſtram eccleſiam libera redibit et ſoluta. In cujus rei evidentiam pleniorem premiſſa duximus libro noſtre civitatis inſcribenda. Actum anno domini m° ccc° xxij° in die ſancti Oswaldi regis. Teſtes etiam hujus rei ſunt discreti viri domini Henricus plebanus in Grasleghe et Johannes de Wedele ſacerdos ac plures alii fide digni.

1322 November 11. Die Brüder Stapel verkaufen dem Kloſter Riddagshauſen den Zehnt zu Harderode. [59

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel. Eine gleichlautende Urkunde ſtellten am ſelben Tage Jordan Stapel und Hermann, weiland Konrad Stapels Sohn, aus. Zeugen Gherardus dictus Peperkelre, Daniel Kronesben, Albertus Criſpus et frater ejus Conradus, Hermannus Stapel filius quondam Johannis et Conradus filius Jordani ſupradicti. *Das einzige Siegel abgefallen. Orig. ebd.*

NOS Johannes et Hermannus fratres dicti Stapel, filii quondam Conradi Stapel, recognoſcimus et notum eſſe volumus univerſis preſentis temporis et futuri, quod nos religioſis viris domino abbati et conventui monaſterii Riddageshuſen vendidimus decimam Herderode cum omnibus pertinenciis ſuis tam in villa quam in campis pro xxx marcis puri argenti nobis integraliter perſolutis. Quam quidem decimam reſignavimus ſtrennuo militi domino noſtro Jordano de Wenthuſen, a quo ipſam hactenus tenuimus tytulo feodali, nichil nobis aut heredibus noſtris in predicta decima juris penitus reſervantes. Promittimus eciam ipſius decime debitam pre-

ſtare warandiam pro nobis ac juſtis heredibus noſtris, quandocunque requiſiti fuerimus aut quando predictis religioſis fuerit oportunum. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Teſtes hujus rei ſunt Jordanus et Hermannus, patrui noſtri, Gherhardus Peperkelre, Daniel Cronesben, Albertus Criſpus et Conradus frater ejus. Datum anno domini milleſimo ccc° xxij° in feſto beati Martini epiſcopi.

1322 November 11. Von den Pfarrern zu Remlingen und zu Salzdahlum beſiegelte Urkunde über die Verpfändung von Gütern zu Remlingen an die Siechen zu St Leonhard. [60

Original mit zwei Siegeln im Stadtarchive (unter den Urkunden des Marienſpitals).

ALBRECHT Abbenrodh heft utgheſat ene halve hove unde enen hof unde eyn huttenblek mit allem rechte tho Remnighe Thilen Doringh, Olrike Reſen tho dher ſekenhant tho ſante Lenarde bi Brunswik vor ſex mark lodighes ſulveres, dhe mach her wederkopen an ſante Peteres daghe in der vaſten umbe dat ſilve ghelt. alſo her it van ſich antworde, alſo ſcalmit eme weder antwordhen. So heft Albrecht noch tw hove unde eyn halfferndel van ener hove tho Remnighe, dar ſcal me af gheven tho tinſe des jares achtehalven ſcepel wetes unde ſex ſcillingh penninghe. Wat dat gůth mer gelden mochte des jares, dat ſcolde me afrekenen van drittich ſcepel wetes verſetenes tinſes, dhen he ſculdich is. Unde Rycheyt ſin ſůſter hadde des ſilven gůdes tho erem live dre morghene, dhe heft ſe vorſat umbe twelf ſcillingh, dhe mach me wederkopen umbe dat ſilve gelt, alſo ſe it van ſich antworde. Dit hef Albrecht willekoret vor der kerken unde vor den buren tho Remnighe unde is witlich dhem herren van Soltdalem unde dhem herren van Remnighe, dat bethuget ſe mit eren ingheſeghelen. Dit is gheſchehen na Goddes bort duſent jar unde drehundert jar an dhem twey unde twintegheſten jare in ſante Martines daghe.

1322 November 19. Biſchof Otto von Hildesheim geſtattet dem Rathe der Altſtadt, die H. Geiſtskapelle, ihre Altäre und ihr Witthum auf jede Weiſe zu beſſern. [61

Original mit Siegel im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche).

DEI Gracia Otto Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus dilectis ſibi in Chriſto . . Conſulibus Antique civitatis Brunswich ſinceram in domino karitatem. Ut capellam ſancti Spiritus extra muros Brunswich ſitam et altaria inibi conſtructa et conſecrata ac dotem ipſius capelle et omnia ad hec pertinentia valeatis et poſſitis de veſtris et aliorum Chriſti fidelium elemoſinis emendare tam in fructibus, proventibus quam dotibus et in ceteris neceſſariis ſuis ſeu utilitatibus modo quocumque ad hoc pertinente, vobis preſentibus indulgemus, dummodo tamen rectoris ejus-

Im Orig. 30 pertinendis.

dem capelle conſenſus ad hoc acceſſerit et voluntas. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum anno domini m° ccc° xxij° feria ſexta poſt octavam beati Martini.

1322 November 19. Der Neuſtädter Rath urkundet über einen Erbzins der Witwe und der Söhne Dietrichs v. Himſtedt. [62

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt. Am Rande van vern Geſen van Helmſtede. *Vorher Nr 58.*

Bl. 5' NOS Albertus de Peyne, Ludolfus de Ringelem, Albertus Blivot, Johannes Magnus, Henningus Gherwini, Dedolfus Widenvelt, Conſules Nove civitatis illo tempore, tam preſentibus quam futuris volumus eſſe notum, quod domina Gertrudis quondam uxor Thiderici de Heymſtede et ſui pueri habent unam marcam debite penſionis et perpetue in domo Olrici de Hedelendorpe, que quondam jam dicti Thiderici fuit, in platea textorum, quam ſingulis annis debito tempore percipient, videlicet in feſto paſche dimidiam marcam et in feſto Michaelis dimidiam marcam, poſſidendo legitime et quiete. In cujus rei evidenciam premiſſa juſſimus inſcribi libro noſtre civitatis anno domini m° ccc° xxij feria ſexta ante feſtum Katherine virginis.

1322 November 19. Balduin von Wenden verzichtet zu Gunſten des Marienſpitals auf das Dorf Wendebüttel. [63

Schlecht erhaltenes Original im Stadtarchive mit Siegel an rothem Seidenſtrange.

EGO Boldewinus de Wendhen miles, filius Boldewini pie memorie militis dicti de Wendhen, recognoſco volens ad univerſorum tam preſentium quam futurorum notitiam preſentibus publice pervenire, quod provida deliberatione et maturo conſilio ac conſenſu omnium meorum heredum, quorum conſenſus de jure fuerat requirendus, renuntiavi et renuntio in hiis ſcriptis pro me et meis heredibus ſupradictis omni actioni, inpetitioni et juri cuilibet tam canonico quam civili, ſi que michi aut meis heredibus predictis in comitia, advocatia, uſufructu et emolimento ac ſervitute quibuslibet in villa Wendebutle, villis, ſilvis, campis, pratis, paſchuis, viis et inviis ab omni jure advocatie, comitie ac cujuslibet ſervitutis prorſus libera et ſoluta a domino Boldewino patre meo pie memorie ſupradicto hoſpitali infirmorum ſancte Marie rite et rationabiliter meo conſenſu et approbatione accedentibus legitime vendita ac dimiſſa conpetebant ſeu conpetere poſſent aliqualiter in futuro, approbans et affirmans preſentibus litteras a dicto patre meo ſuper dicto contractu editas et hoſpitali predicto ab ipſo erogatas, volens ipſas ratas ſervare firmiter et inconvulſas. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum duxi patenter preſentibus apponendum.

Im Orig. 21 quolibet. 24 libera et ſoluta *fälſchlich erſt nach* legitime *Z. 26.*

Teſtes eciam hujus rei ſunt famoſi viri et honeſti Henricus de Wendhen miles, Eylardus Boneke et Hildebrandus Eleri, cives in Bruneswich, et plures alii fide digni. Datum et actum anno domini m° ccc° xxij° in die ſancte Elyzabet.

Im Orig.: Wendhen *und* Boneke *zerſtört, aus einem Copialbuche ergänzt.*

1322 December 12 Braunſchweig. Gotfrid von Vorsfelde verzichtet zu Gunſten Ritter Jordans v. Wendhauſen auf ſeinen Antheil an den von Ritter Jordan vom Campe 1309 Juli 15 gekauften zwei Hufen zu Ührde. [64

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Gertrudenkalands). Das Siegel iſt abgefallen. Rückvermerke des XIV Jahrh. 1. ſuper duos manſos in Urde. *2.* Gotfridi Vorsvelde.

EGO Gotfridus de Varsvelde militaris ad noticiam omnium, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, cupio publice pervenire, quod dominus Jordanus de Campe miles vendidit et dimiſit domino Jordano militi de Wenthuſen et michi duos manſos ſitos in campis ville Urdhe. In cujus vendicionis recognitionem dedit nobis litteram ſuam, cujus de verbo ad verbum eſt tenor talis: Nos Jordanus, Baldewinus, Henricus et Otto fratres dicti de Campis . . . Datum anno domini m° ccc° ix° in die diviſionis apoſtolorum.[a] Et quia ego poſt hec dimiſi domino Jordano predicto eosdem duos manſos renunciando omni juri, quod in eis habebam, propter hoc, ne ego vel aliquis heredum meorum per premiſſam litteram nobis ſimul datam jus aliquod in predictis manſis ſibi vendicare valeat aut de facto uſurpare preſumat, ad irritandum eandem litteram, prout me contingit et heredes meos contingere poſſet, preſentem litteram duxi ſigillo meo patenter roborandam. Datum in Bruneswich anno domini m° ccc° xxij° pridie ydus Decembris.

[a] *II, Nr 641.*

(Nach 1322.) Der Rath von Einbeck an den zu Braunſchweig: klagt über ehrenrührige Ausſprengungen Mündens, legt den Sachverhalt dar und bittet um Vermittelung. [65

Original im Stadtarchive. Von der Beſiegelung iſt keine Spur mehr vorhanden. Der hier gedachte domicellus *war Herzog Ernſt zu Oſterode, der Sohn des 1322 September 8 verſtorbenen Herzog Heinrichs des Wunderlichen von Grubenhagen.*

HONORABILIBUS Viris, dominis et amicis ſuis . . Conſulibus in Bruneswich . . Conſules in Eymbeke obſequiorum ſuorum promptitudinem indefeſſam. Dilectioni veſtre ſignificamus queruloſi, quod prudentes viri . . Conſules Mundenſes ſuis litteris nos deferunt per civitates circumquaque de nobis querimoniam moventes, inexpedite inponentes nobis, quod litteras noſtras datas ipſis non teneamus, in qua utique querela ſcimus et ſperamus quia nobis injuriantur. De quo prudentiam veſtram ſcire cupimus, quod nuper Northem cum ipſis Mindenſibus perſonales tractatus habuimus hinc inde volventes, in quo et qualiter ipſis gracia cujusdam

littere, quam nobis obiciunt et occaſione cujus a nobis juvamen poſtulant contra dominum noſtrum, inclitum principem, domicellum noſtrum Erneſtum ducem de Brunswich, cui omaghii huldam fecimus, teneamur. Tandem ipſo die placitorum fini intendentes ipſis exhibuimus, ut in duos viros approbatos, quibus conſtare poſſet de diffinitione hujus materie, conpromitterent ex una, nobis ſimiliter volentibus in duos viros ydoneos et discretos conpromittere parte ex altera, ita videlicet, ut, in quacunque diffinitione hii quatuor concordaverint, in quo et qualiter dictis Mindenſibus de jure ratione dicte littere teneremur et non teneremur, eo contentari ex utrisque partibus deberemus. Ad quod reſpondebant hii, qui protunc preſentes erant, quod cum eorum discretioribus deliberare vellent ſuper eo, de quo amplius determinationem non habuimus expeditam. Sic vero querelas litteris ſuis de nobis movent et honori noſtro derogare innituntur. Ad quod quia facere poſſumus parum, tam faciliter per terras nos deferunt preſumptione temeraria et indigna. Idcirco dilectionis veſtre ſinceritatem ſuppliciter rogamus, quatenus dictos Mindenſes . . Conſules ad hoc informare dignemini pro nobis exhibentes juſticiam, ut jure nobiscum contentari dignentur et ammodo honori eorum parcentes nobis verbula indecentia non inponant, in premiſſis tam fideliter cooperantes, ſicuti de veſtra benignitate pie confidimus, faciatis. Cetera lator. Datum a tergo noſtro ſub ſigillo.

1323. Allerlei Theidung. [66

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. Fortſetzung von Nr 28.

Anno m° ccc° xxiij.

Bl. 64' HANNUS Von Alvelde hevet ghekoft den halven tegeden tho Lamme umme ſine penninghe ane ſine brodere undhe hevet en Claus undhe W°lradhe ſinen broderen ghelegen lathen. Den mach he laten undhe vorkopen an ſe, unde wan he en laten wil, ſo moghen en ſine vorbenomeden brodere eder ere erven gelden vor ſeventych marc. en woldhen ſe des nicht don, ſo mach he en laten unde vorkopen ſoweme he wil ſunder ere wederſprake.

Alheyt, Eghelinges wedewe boven deme kerchove, hevet gegeven vif punt geldes ervetinſes erme kinde Koneken, Eghelinges dochter. deſſe vif punt geldes dhe mach Henric undhe Bertold, Eghelinges brodere, eder ere erven wederkopen vor veſtych marc lodiges ſulveres unde bruneswikes wichte. Diſſe vif punt eder diſſe viftych marc ſcolen Hannus, Claus unde Wlrad, Alheyde brodere von Alvelde, vormundhen deme kinde tho gude. Diſſer vif punt gad twey ut eme hus upme markede bi Hillebrandes hus von Luckenum unde xxx ſcillinghe ut emme erve unde emme bomgarden uppe der Wevereſtrate unde xxx ſcillinghe ut erer boden under den hoken neyſt der entleſten bode ton ſcroderen wort.

In der Hſ. 19 ſunder *etc. nachgetragen.* 20 wededewe. 26 *fehlt* den.

Herdeke uppe der Bredenſtrate hevet ghegeven Johanne deme papen, ſiner dochter ſone, ver marc geldes na ſime dode, two in Heyneken hus Scelen up der Godelingesſtrate unde two in Smerſniders hus vor deme Hondore. Deſſe ver marc geldes mach men wederkôpen vor ſeſtich marc, unde ſwen men ſe weder- | kopet, et ſi entelen eder thoſamene, ſo ſchal men ſe leghen in andere ver *Bl. 65* marc geldes, unde wanne Johan, deſſe vorbenomede pape, ſtervet, ſo ſcal dit ſulve gelt erven uppe de negeſten.

Vor Alheyt, wedewe bi ſente Paule hern Henninghes, hevet ghegeven mit wlbort Gereken und Johannis erer ſone x ſcillinghe geldes in Herwiges hus mit deme crulle in deme Sacke erer dochter Hannen der cloſtervrowen tho den Pauliſten tho Halberſtad. Wan ſe ſtervet, ſo vallen ſe weder uppe Gereken unde Johannen, dhe hir vor benômet ſin, unde ere erven.

Hannus, Hennighes ſone Platenmekeres, hevet afgelaten vor deme Rade van alleme angevelle, dhat eme anvallen mach van ſime vader eder van ſiner moder.

Dhat nye hus, dat Henric va nBorſum gheb°wet hevet bi deme ſteynhus bi der twegheten in der Scowerthenſtrate, dat ſchal de rennen bekoſteghen, de dar tuſchen en beyden leget.

Hennigh Santberch hevet anderhalve marc geldes an hern Heynen erve Elye unde anderhalve marc geldes alle jar in Ludemannes erve Elye tho ſime live. Na ſime dode ſin ſe los.

Hern Heynen wedewe Elye ſcal geven ver punt geldes ut erme vorwerke, dat hern Hentelen was, cloſtervrôwen, den ſe Heyneke Stapel, hern Gereken ſone, beſceden hevet. Worde hir enech brake an, dar ſchal Bertram van deme Damme unde Thile Dhorinch vol don. Deſſe ſulven ver punt geldes mogen ſe wederkôpen vor vertech marc vor paſchen, wan ſe willen, unde wan de cloſtervrowen dot ſin, ſo ſcholen Heyneken erven dit geld legen to ener miſſe mit anderme gelde, dar ſe Heneke beſcheden hevet.

Claus van Levenſtede hevet ghegeven Mechtilde ſiner husvrowen xl[a] marc. de ſcal men er geven van ſime redeſten gude na ſime dode. Wat dar over is, dar ſcolen ſine kinder, de erſthen mit den leſten, tho liker delinge an gan. willet, de beradhen ſin, tho diſſer delinghe mede gan, ſo ſcolen ſe weder inbringen, | unde Kine, Geſe unde Bele ſine dochtere, cloſtervrowen tho Lam *Bl. 65'* meſpringe, de ſcolen hebben tvů marc geldes to erme live in deme ſteynhus bi ſente Olrike vor der Schowertenſtrate. Wanne er eyn ſtervet, ſo nemen de anderen tvů diſſe tvů marc geldes gensliken up. wanne der twier eyn ſtervet, ſo vellet ein marc uppe de erven. ſo wanne de leſte ſtervet, ſo is dit hus der erven ledich unde los.

Hildebrand van Hone hevet bekant vor deme Rade, dat he unde ſine erven ſcolen geven ſiner

Im Orig. 1 *ausradiert* Herdeke — ghegeven. 1f. *desgl.* ver marc geldes, *und* two *nach* dode. 3 *desgl.* ver marc geldes. 15 Heyne. 23ff. *am Rande zu diesem durchstrichenen Eintrage* iſtud non debet eſſe deletum. 24 erſthen: erthen.

ſuſter Geſen tho erme live two marc geldes ut ſineme erve, ene tho ſente Mychelis dage unde ene tho paſchen, dewile ſe levet. Na erme dode ſint ſe Hildebrandes unde ſiner erven los.

Luthard van Brokelde ſcal geven ene halve marc geldes van der marc geldes, de he hevet in Tileken Eylmers hus vor ſente Peteres dore, Aleken, Johannis dochter van deme hus, der cloſtervrowen tho Yſenhagen, dewile ſe levet. na erme dode is ſe Luthardes unde ſiner erven los.

Ilſebe, Heyneken ſuſter van Blekenſtede, de cloſtervrowe is tho Winhuſen, hevet eyn punt geldes in Clauſes hus van Urdhe uppe der Bredenſtrate, de wile ſe levet. dhat vellet na erme dode uppe Heyneken van Blekenſtede, de hir vorbenomet is, unde ſine erven. Dat mach diſſe ſelve Claus eder ſine erven na Ylſebene dode wederkopen vor teyn march van Heyneken eder ſinen erven.

Johan Schockeman hevet in Hennighes hus bi der ſutmolen ſeven verdinghe geldes alle jar. de mach he wederkoepen tho dren thiden, jo ene halve march vor achte march unde dre verdinghe vor twelfh march.

Alſodan gut, alſe her Kone Holtnicker unde Kort unde Herman ſine vedderen thoſamende hadden an ſes hoven tho Runinghe, de ere egen ſin, der hevet her Kone gegeven ſinen deyl ſinen vedderen, de hir vor benomet ſin.

Bl. 66 Hermen von Bokenem hevet gegeven vor Greten ſiner husvrowen | xviij marc lodiges ſilveres. de ſcal me er geven van ſineme redeſteme gude na ſineme dode. Darmede ſcal ſe vorſcheden ſin von ſime gude unde ſinen kinderen.

Im Orig. 14 Alſodan — 18 Darmede *auf Raſur*. 15 de.

1323. Allerlei Theidung. [67

Aus dem Degedingebuche des Hagens. Fortſetzung von Nr 29.

Anno m° ccc° xxiij°.

Bl. 6 NOS Conradus de Twelken, Jordanus Stapel, Albertus Cruſe, Daniel Cronsben, Eggelingus de Ringelum, Johannes Elye, Rodolfus de Wetelemſtidde et Dithmarus Breghen, Conſules Indaginis civitatis Brunswik, hec nobis recognoſcimus fore nota, quod Alheydis, relicta quondam Hildebrandi de Bockesrode, noſtra burgenſis, matura penitus deliberatione Hildebran- *Bl. 6'* do et Johanni, ſuis filiis, | omnem ſuarum rerum tam mobilium quam immobilium ſubſtantiam, quam poſt obitum ſuum poſt ſe reliquerit, coram nobis reſignavit integre et donavit, ita videlicet, quod nullus ceterorum filiorum ſeu filiarum ſuarum ipſis aliquam ſuper bonis hereditariis inpetitionem quovis modo facere poteſt, ſi quam vellet.

1323. Verfeſtete der Altſtadt. [68

Aus dem Liber proſcriptionum et judicii vemeding. *Fortſetzung von Nr 30.*

M° ccc° xxiij°.

HENRICUS Der lenen de Veltſtede proſcriptus eſt ex parte Hermanni de molendino, quia vulneravit Conradum de Veltſtede. *Bl. 2'*

Bertrammus, filius Lodwici clippeatoris, eſt proſcriptus ex parte Thiderici de Godenſtede in Dammone eo, quod falſis litteris tradidit eum in captivitatem.

Bodo de Knesbeke miles et Bertoldus filius ſuus ſunt proſcripti ex parte David, Danielis, Johannis et Henrici fratrum Kronsben pro violentia eis facta in bonis ſuis in Haſenwinkele.

1323. Anno, Truchſeß Jordans Sohn, bekundet die Beilegung ſeines Streites mit Jordan von Wendhauſen über zwei Hufen zu Uehrde und den Verkauf der ihm zugeſprochenen einen an Jordan, der beide Hufen an die Prieſterbrüderſchaft weiterverkauft hat. [69

Original im Stadtarchive mit rundem Siegel in rothem Wachs. Rückvermerk des XIV Jahrh. Littera Annonis filii Jordanis dapiferi ſuper disbrigatione duorum manſorum ſitorum in campis ville Urde.

EGO Anno, filius Jordani quondam dapiferi illuſtrium principum ducum in Bruneswich, tenore preſencium publice recognoſco, quod controverſia, que inter me parte ex una et dominum Jordanum militem de Wenthuſen parte ex altera vertebatur ſuper duobus manſis ſitis in campis ville Urdhe et una curia in eadem villa ad ipſos pertinente, per discretos viros Ludegherum de Gharsnebutle et Bertoldum de Honlaghe milites, in quos tamquam in arbitros ſeu arbitratores et amicabiles conpoſitores fide data conpromiſimus, nos ratum habituros, quicquid ipſi decernerent arbitrandum et ſtatuendum, eſt finaliter ſopita et terminata ipſis pronunciantibus et arbitrantibus in hunc modum, quod ego deberem unum illorum manſorum, de quibus inter nos erat diſſenſio, habere, et ipſe deberet reliquum retinere. Qua pronunciatione a nobis acceptata dominus Jordanus ſic mecum denuo placitavit, quod dedit michi quatuordecim marcas argenti pro manſo michi per arbitrium aſſignato, et ut eundem manſum reſignarem domino meo Ottoni, illuſtri principi, duci in Bruneswich, et renunciarem omni juri, quod michi in ambobus manſis conpeteret et conpetere poſſet in futuro. Renunciavi igitur expreſſe et in Dei nomine pro me et pueris meis, quorum gero tutelam, et adhuc infra annos ſuos in patria poteſtate conſtitutis, et propinquioribus meis renuncio per preſentes eisdem duobus manſis et omnibus eorum pertinenciis omnique actioni et juri, quod michi in eis conpetebat et conpetere poſſet in futuro. Inſuper declaravi coram predicto domino meo, quod nulli fratrum vel alicui propinquiorum meorum jus aliquod conpetit in ſupradictis manſis, unde ipſos rite inpetere valeat in preſenti tempore vel in futuro. Promiſi inſuper et promitto fide data per preſentes domino Jordano prefato et filiis ſuis Ludolfo et Lyppoldo, quod volo ipſos et confratres ac conſorores ſacerdotalis con-

fraternitatis in Bruneswich, qui predictos manſos a domino Jordano emerunt et poſſident, legitime warandare et ab omni homine disbrigare et indempnes conſervare, ſi, quod abſit, litem aut controverſiam ſeu inpetitionem ipſis ab aliquo moveri contigerit de manſo ſupradicto, pro cujus reſignatione et renunciatione dominus Jordanus quatuordecim marcas michi dedit. Ad quod ſine omni exceptione faciendum me obligo ipſis litteris preſentibus ſigillo meo patenter conmunitis. Teſtes eciam ſunt honeſti viri domini Thidericus notarius prefati domini mei ducis, Rodolfus et Ludegherus de Garsnebutle, Ludolfus et Bertoldus de Honlaghe, Ghevehardus de Weverlinghe, Borchardus filius quondam domini Ecberti de Aſſeborch, milites, et plures alii fide digni. Actum anno domini m° ccc° xxiij°.

1323 Januar 21 Halberſtadt. Biſchof Albrecht von Halberſtadt belehnt ſtatt des Erzprieſters zu Schöppenſtedt Bertram vom Damme und Hermann Bernardi mit anderthalb Hufen daſelbſt.

Original mit Siegeltrümmer im Stadtarchive.

NOS Albertus Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus tenore preſentium recognoſcimus volentes ad univerſorum notitiam publice pervenire, quod Bertrammo de Dammone et Hermanno Bernardi, ſocero ſuo, civibus in Bruneswich, mittimus et conferimus in hiis ſcriptis unum manſum cum dimidio in Schepenſtede ſitum vice archidyaconi banni ejusdem juſto titulo pheodali, quem Ludemannus Elye, civis Bruneswicenſis, ab archidyacono banni jam dicti hactenus pheodaliter tenuit et nobis ad manus Bertrammi et Hermanni predictorum benivole reſignavit nomine archidyaconi ſupradicti. Inſuper recognoſcimus, quod Adelheydi, uxori Bertrammi predicti, contulimus et conferimus in hiis ſcriptis dictum manſum cum dimidio nomine dotalitii in pheodum temporibus vite ſue pacifice poſſidendum, volentes Bertrammum, Hermannum et Adelheydem predictos prefato manſo cum dimidio manualiter inpheodare, quandocumque preſentiam ipſorum contingat noſtro conſpectui preſentari. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Halberſtat anno domini m° ccc° xxiij° feria ſexta ante dominicam, qua cantatur Circumdederunt.

Im Orig. 23 preſentare.

1323 Februar 27. Propſt Johannes, Priorin Margaretha und Convent zu Dorſtadt bekunden, daß ihre Mitſchweſter Margaretha v. Braunſchweig (Margareta monialis noſtra dicta de Bruneswich) *eine halbe Hufe zu Bruchmachterſen* (in campo Machterſem apud Lechtenberghe) *zunächſt zu ihrer Leibzucht, nach ihrem Tode und nach Abtrag der etwa hinterlaſſenen Schulden zu Behuf ihrer Jahrzeit gekauft hat.* Datum anno domini m° ccc° xxiij° iij° kalendas Marcii.

Original zu Dorſtadt.

1323 März 9. Abt, Prior und Convent des Michaelisklofters zu Hildesheim bekunden, daß Johann v. Ottbergen (de Otberghe), *Bürger daſelbſt, für 15½ Mark eine halbe Hufe zu Bierbergen* (Berberghe) *von deren Lehnsinhabern, den Brüdern Gerhard, Ulrich und Konrad Reſen, Gerhards Söhnen, zu Braunſchweig* (a Gerhardo, Olrico et Conrado fratribus, civibus in Brunswich, filiis Gerhardi dicti Gygantis, quem [dimidium manſum] ipſi a nobis pheodo tenuerunt), *gekauft und unter Vorbehalt eines Leibgedinges dem Kloſter zu Behuf ſeiner Jahrzeit und der ſeiner Frau Rickelen gewidmet hat.* Datum anno domini m° ccc° xxiij° feria quarta poſt Letare.

Original des Michaelisklofters in Hildesheim zu Hannover. Gedr. bei Doebner, Urk.-B. der St. H. 1, S. 413.

1323 März 20 Braunſchweig. Hildebrand Ludolfi verkauft an Bernhard Kalen einen Kothof zu Geitelde. [73

Steterburger Copialbuch zu Wolfenbüttel, S. 367.

EGO Hildebrandus dictus Ludolphi, civis in Brunswich, ad noticiam omnium tam preſentium quam futurorum, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, publice volo pervenire, quod accedente conſenſu omnium heredum meorum, quorum conſenſus de jure vel de conſuetudine fuerat requirendus, pro quinque marcis puri argenti brunswicenſis ponderis et valoris mihi integraliter perſolutis vendidi, dimiſi et in poſſeſſionem tradidi Bernhardo dicto Kalen, civi in Brunswich, et ſuis heredibus unam aream, que etiam kothof dicitur, ſitam in medio ville Getlede, cum omnibus juribus et utilitatibus ſuis tam in villa quam in campis, ſilvis, pratis et ceteris pertinentiis univerſis poſſidendam et habendam proprietatis titulo pacifice et quiete, volens etiam pro me et meis heredibus et pro omnibus eam impetentibus predictum Bernhardum et heredes ſuos de predicta area et de ejus proprietate ac libertate legitime warandare, ubicunque vel quandocunque ipſis opus fuerit aut neceſſe. Renuntiavi autem et renuntio per preſentes predicte aree utilitatibus et juribus et omni impetitioni, que mihi et meis heredibus in ea competebant aut in futuro competere potuiſſent. In horum omnium evidens teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Teſtes hujus rei ſunt Wedego de Veltſtede, Olricus Reſe, Conſules illius anni in Brunswich, Arnoldus et Johannes, fratres mei, Conradus Thurigus, civis ibidem, et quam plures alii fide digni. Actum Brunswich anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo tertio in die palmarum.

1323 März 20. Die Brüder v. Geitelde eignen Bernhard Kalen den von Hildebrand Ludolfi gekauften Kothof zu Geitelde. [74

Steterburger Copialbuch zu Wolfenbüttel, S. 371.

IN Dei nomine amen. Nos Hinricus, Andreas et Willekinus fratres dicti de Getlede, famuli, ad noticiam omnium tam preſentium quam futurorum, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, publice volumus pervenire, quod cum expreſſo aſſenſu et conſenſu omnium heredum noſtrorum, quorum conſenſus de jure vel de conſuetudine fuerat requirendus, ad petitionem Hildebrandi dicti Ludolphi, burgenſis in Brunswich, ſuorumque amicorum Bernhardo dicto Kalen, civi ibidem in Brunswich, et heredibus ſuis appropriavimus et in ipſum ac heredes ſuos appropriando transtulimus et transferimus per preſentes unam aream, que alio nomine kothof dicitur, ſitam in medio ville Getlede, quam predictus Hildebrandus Ludolphi a nobis habuerat in feudo, cum omnibus ſuis pertinentiis, juribus et utilitatibus tam in villa quam in campis, ab omni jure advocatie et quibuslibet ſervitiis prorſus liberam et immunem cum proprietatis et libertatis titulo et jure dominii libere, ſicut nos et progenitores noſtri eandem aream cum ſuis pertinentiis poſſedimus, pacifice poſſidendam, taliter etiam, quod ipſe Bernhardus et heredes ſui ſupradictam aream cum ſuis pertinentiis jure proprietatis et libertatis poſſunt donando, vendendo, permutando et quolibet alio contractu appropriando transferre libere in quamcunque voluerint eccleſiam, collegium, conventum, univerſitatem aut perſonam ſine omni exceptione, ratum habituri, quicquid per ipſos in his fuerit ordinatum. Renuntiavimus etiam ac renuntiamus per preſentes predicte aree et omnibus utilitatibus et juribus, que nobis et noſtris heredibus in ea competebant et in futuro competere potuiſſent, adjicientes etiam, quod volumus ipſum Bernhardum et heredes ſuos de predicta area et ejus proprietate ac libertate legitime warandare et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, impetitionem aut controverſiam ab aliquo moveri contigerit in toto vel in parte de aliquo premiſſorum. Ad quod faciendum obligamus nos ipſis per preſentes. In horum omnium evidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus patenter apponenda. Actum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo tertio in die palmarum. Teſtes ſunt etiam Ludolphus dictus de Winnigſtede, avunculus noſter, Borchardus de Aſſeborch dictus longus, Albertus dictus de Were, Olricus de Strobeke, milites, et quam plures alii fide digni.

In der Hſ. 21 contingerit.

1323 April 4. Die Brüder Burchard der Lange und Burchard Lochte v. d. Aſſeburg verkaufen den Siechen von St Leonhard eine Hufe ſamt Zubehör zu Rautheim. [75

Original im Stadtarchive mit ſechs Siegeln: das ſiebente abgefallen. Gedr. im Aſſeburger Urk.-B. II, S. 132.

IN Nomine ſancte et individue trinitatis Borchardus longus et Borchardus lochte fratres, milites dicti de Aſſeborch, omnibus in perpetuum. Ad noticiam omnium tam preſentium quam

futurorum publice volumus pervenire, quod concordi voluntate cum conſenſu fratris noſtri domini Borchardi, Halberſtadenſis ecclefie canonici, ac dilectarum ſororum noſtrarum Jutte et Conegundis et filiorum meorum et filie mei, ſcilicet Borchardi longi predicti, videlicet Borchardi, Halberſtadenſis ecclefie canonici, Borchardi, Borchardi, Borchardi, Borchardi et Richeydis, et filiorum ac filiarum mei, ſcilicet Borchardi dicti lochten predicti, videlicet Borchardi, Lodewici, Borchardi, Ecberti, Conegundis, Ode, Richeydis, Mechtildis, et omnium propinquorum noſtrorum, quorum conſenſus de jure vel de conſuetudine fuerat requirendus, vendidimus in perpetuum congregationi ſeu conmunitati leproſorum ad ſanctum Leonardum apud civitatem Bruneswich conmorantium unum manſum ſitum in campis ville Rothne et curiam unam et tres areas in eadem villa et duo prata ad eundem manſum pertinentia cum omnibus aliis eorum utilitatibus ſeu pertinentiis univerſis in villis, ſilvis, campis, agris, cultis et incultis, pratis, paſcuis, viis et inviis, ab omni jure comicie, advocatie et qualibet ſervitute prorſus libera proprietatis et libertatis tytulo, ſicut nos et progenitores noſtri eadem bona poſſedimus, libere et quiete poſſidenda. Et miſimus Thidericum Dhoring et Olricum Gygantis, burgenſes in Bruneswich, proviſores dictorum leproſorum, tam ſuo quam eorumdem leproſorum nomine in predictorum bonorum poſſeſſionem corporalem, renuntiantes in Dei nomine pro nobis et noſtris heredibus eisdem bonis et omni utilitati et juri, quod nobis in eisdem bonis conpetebat et conpetere potuiſſet in futuro. Promiſimus etiam et promittimus per preſentes predicte congregationi ſeu conmunitati et eorum proviſoribus tam preſentibus quam futuris, quod volumus ipſos in poſſeſſione, proprietate ac libertate predictorum bonorum legitime defendere et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpeticionem aut controverſiam moveri contigerit de aliquo premiſſorum. Ad que omnia et ſingula ſine omni exceptione cujuslibet juris perficienda nos obligamus per preſentes et eſſe volumus obligati. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigilla noſtra una cum ſigillis predicti fratris noſtri et Borchardi, Borchardi, filiorum mei, Borchardi longi predicti, et Conradi nobilis de Werberghe et Johannis de Saldere ſenioris, militum, maritorum predilectarum ſororum noſtrarum, preſentibus ſunt appenſa. Nos etiam Conradus nobilis de Werberghe et Johannes de Saldere ſenior, milites jam dicti, recognoſcimus, quod conjuges noſtre vendicionem predictorum bonorum ratam habentes cum expreſſo conſenſu noſtro renunciaverunt eisdem bonis et omni juri et utilitati, quod eis in eisdem bonis conpetebat et conpetere potuiſſet in futuro. Quam ratihabitionem et renuntiationem ipſarum nos approbantes ſigilla noſtra pro nobis et ipſis ad peticionem fratrum ſuorum dictorum preſentibus duximus apponenda. Teſtes hujus rei ſunt Hermannus Wulverammi, Conradus Holtnicker ſenior, Johannes Ludolfi, Conradus Holtnicker junior, Thidericus Dhoring ſenior, Bernardus Cale, Olricus Gygantis,

Im Orig. 11 *fehlt* in. 21 movere. 30 ratibitionem.

burgenſes in Bruneswich, et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo tercio in die beati Ambroſii confeſſoris.

1323 April 18. Die Söhne Johanns v. Munſtedt, weiland Bürgers zu Hildesheim, verkaufen dem Kreuzkloſter einen Gartenzins zur Seeltröſtung ihres Großvaters. [76

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel.

NOS Egkelingus et Henricus fratres, filii quondam Johannis de Munſtede, burgenſis Hildenſemenſis, preſentibus proteſtamur, quod pro altera dimidia marca puri argenti vendidimus trium ſolidorum redditus brunswicenſium denariorum domino . . prepoſito et . . conventui ſancte Crucis in Rennelberghe apud muros Brunswic, quos recipient de uno orto ſito ante valvam ſancti Andree ejusdem civitatis, in quo idem clauſtrum novem ſolidorum redditus pro remedio anime avi noſtri, pie memorie Johannis ſimiliter dicti de Munſtede, recepit annos jam per multos. Ne autem rationabilis hujusmodi noſtra venditio ab aliquo in poſterum poſſit infringi, preſentem litteram inde conſcriptam ipſis dedimus, quia propriis ſigillis caremus, ſigillo Ludolfi Monetarii junioris, avunculi noſtri, patenter ſigillatam. Teſtes etiam ſunt Bernardus Cale, Hermannus Bernardi et Henricus apud cimiterium, Conſules in Brunswich, eccleſie ſancte Crucis predicte proviſores, ac quam plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° xxiij° feria ſecunda poſt dominicam, qua cantatur Jubilate.

1323 April 22. Heinrich, Pfarrer zu Bornum, und die Brüder v. Hötzum verkaufen an Ludolf von Wendhauſen und an Ruſcher eine freie Hufe zu Hötzum. [77

Original zu Wolfenbüttel (unter den Urkunden des Kreuzkloſters) mit drei Siegeln.

NOS Henricus plebanus in Bornum necnon Otto et Wasmodus famuli, fratres dicti de Hoczelum, recognoſcimus preſentibus ſigillis noſtris firmiter roboratis, quod manu unanimi et concordi conſenſu vendidimus pro decem marcis puri argenti Ludolfo de Wenthuſen et Ruſchere, civibus in Brunswik, necnon liberis eorundem quendam manſum liberum ſitum in campis ville Hoczelum cum omni fructu et utilitate, ſicut ipſum habuimus, poſſidendum pacifice et quiete. Poſſumus autem prefatum manſum infra quatuor annos proximos a feſto beati Michaelis proximo conputandos reemere quovis anno in feſto beati Michaelis vel heredes noſtri pro ejusdem, ut predicitur, pecunie quantitate. quod ſi non fecerimus aut heredes noſtri, dictus manſus Ludolfo et Ruſchere ſupradictis necnon eorum heredibus perpetuum hereditarium bonum perpetue remanebit. Datum anno domini m° ccc° viceſimo tercio in vigilia beati Georrii.

Im Orig. 29 perpetuus heres et bonum.

1323 Mai 6. Das Vehmgericht gehegt. [78

Aus dem Liber proſcriptionum et judicii vemeding. *Forſetzung von Nr 50.*

ANNO Domini m° ccc° xxiij° feria ſexta poſt aſcenſionem domini habitum eſt judicium vemeding. *Bl. 34*

¶ Hoben citatus eſt pro furto, quod fecit Bernardo de Goddenſtede. ¶ Conradus Vreſe citatus eſt ex parte Brunonis ſertoris pro furto. ¶ Ilſebe Wendinne citata eſt ex parte ejusdem Brunonis pro furto. ¶ Henricus Rodhenvilre citatus ex parte Sifridi raſoris. ¶ Bodenborch furatus eſt lagenam cum vino et amphoram cum vino. ¶ Cruſe de Wenden opilio et uxor ſua ſunt citati pro porcis, quos furati ſunt et vendiderunt Bocke carnifici. ¶ Henricus Kedinge juravit ſolus. ¶ Conradus, Jordanus et Eggelingus fratres de Kiſſenbrugke ſunt citati ex parte Gotfridi et Jordani Cramere pro equis furtive deductis. ¶ Milius Hoppe juravit ſolus. ¶ Henningus et Henningus, Henricus et Tilo, ſervi villici Johannis Stapel, ſunt citati pro ordeo, quod furati ſunt, quando ſeminare debuerunt. ¶ Bele et Ilſe mulieres ſunt citate ex parte Alberti Slavi pro furto. ¶ Henricus de Lere citatus a Ludolfo Floreken. | ¶ Johannes, ſervus Ludolfi Gruben, citatus eſt pro pecunia, quam ei furatus fuit. *Bl. 34'* ¶ Lodwicus, ſocer Halveharing, et Johannes de Borſſum ſunt citati ex parte Stacii. ¶ Luthgardis, ancilla plebani de Rethem, citata fuit ex parte Beyerſtedes. ¶ Henricus de Merdorpe citatus eſt ex parte Henrici de Timberla pro frumento furtim abducto. ¶ Conradus Vreſe citatus ex parte Krudop olificis pro furto. ¶ Johannes, filius Conradi de Borch, citatus ex parte Helmoldi coci. ¶ Gherardus de Isleve citatus ex parte Kempen peneſtici. ¶ Saldere morans in rure citatus ex parte Henrici de Katenſen pro porco. ¶ Heyſo Clot citatus ex parte Elemanni pelvificis pro furto pecunie. ¶ Marquardus ſervus citatus pro incude, quem furatus eſt Gherwino monetario. ¶ Muſchert de Hamelen citatus pro tribus equis, quos furatus eſt Nicolao Raven. ¶ Alheidis de Brozede citata ex parte Johannis Meybom. ¶ Johannes de Quedelingborch citatus ex parte Henrici Stolten et matris ſue pro furto. ¶ Meteke, que fuit ancilla Viſcherſcen, citata pro frumento et toga, que furata eſt Olrico de Wetelmſtede. ¶ Herwicus Erwetmele citatus pro lana, quam Ludero de Werle furatus eſt. ¶ Mette, filia Somer de Scheninge, eſt citata ex parte Ditmari, ſocii Stolten. ¶ Henricus Killemille citatus ex parte Arnoldi Sedeleres pro furto. ¶ Sophia Nadelſche de Hildenſem citata ex parte Conradi de Horneborg pro frumento furtim ablato. ¶ Johannes Dukere citatus pro furto ex parte Henrici de Velthem.

1323 Mai 13. Der Neuſtädter Rath bekundet, daß Konemann Dideldinges und ſeine Frau auf deren Theil am Muttererbe verzichtet haben. [79

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt. Am Rande van Conen Dideldinges. *Vorher Nr 12.*

xus, quorum intererat, vendidimus, dimiſimus et in corporalem poſſeſſionem miſimus necnon dimittimus in his ſcriptis proprietatem undecim chororum ſiliginis brunswicenſis menſure, quorum Crakowe ſex et Conradus ac Hermannus fratres dicti Holtnicker quinque choros a nobis in feudo tenuerunt, quos hactenus habuimus in molendino Leiforde ſecus Ovecram ſito, et ipſius emolimenta cum ſorte ipſius molendini, que ad nos ſpectaverat, discretis viris Wedegoni de Velſtede et Conrado dicto Holtnicker juniori, burgenſibus in Brunswich, et ipſorum heredibus pro decem marcis puri argenti et ponderis brunswicenſis nobis integraliter perſolutis quiete et pacifice, perpetue et liberaliter poſſidendam, volentes ipſis dicte proprietatis dictorum undecim chororum ſiliginis et ſortis dicti molendini ad nos ſpectantis debitam et legitimam preſtare warandiam, ubicunque ipſis opus fuerit et neceſſe, renuntiantes nihilominus pro nobis et noſtris heredibus ac coheredibus utriusque ſexus, cujuscunque conditionis aut ſtatus exiſtant, omni juri tam eccleſiaſtico quam civili, quod nobis in dictis undecim choris ſiliginis et ipſorum proprietate cum ſorte noſtra dicti molendini conpetebat ſeu conpetere poſſet aliqualiter in futuro. Poſſumus tamen dictam proprietatem dictorum undecim chororum cum ſorte ipſius molendini infra ſex annos proximos et continue ſubſequentes reemere, in quo dicti burgenſes nobis fecerunt gratioſe, pro predictis decem marcis, quando nobis videbitur expedire, quod tamen, cum facere voluerimus, dictis burgenſibus notificabimus dimidii anni ſpacio integro precedente. Si vero dictorum undecim chororum et molendini predicti proprietatem non reemerimus infra terminum ſupraſcriptum, ſepedicti burgenſes et ipſorum heredes eandem proprietatem, ipſam ad monaſterium ſanctimonialium in Stederborch convertendo et donando, fideliter et non alias, quancunque decreverint, liberaliter perpetuo poſſidebunt et dictum molendinum formabunt et emendare poterunt aqueductibus et meatibus, edificiis et ſtructuris, quibuscunque expediens fuerit et neceſſe. In cujus rei teſtimonium dedimus preſens ſcriptum noſtrorum ſigillorum munimine firmiter roboratum. Teſtes etiam premiſſorum ſunt ſtrenui viri et discreti Albertus de Werre, Ludolphus de Winnigſtede, Olricus de Strobeke, milites, Hermannus Wolverammi, Johannes Ludolphi, Bertrammus de Dammone, David Kronsben, burgenſes in Brunswich, et plures alii fide digni. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo quinto feria tertia ante diem beati Bartholomei apoſtoli.

In der Hſ. 5 emolimento. 25 Winniſtede

1325 Auguſt 26. Der Neuſtädter Rath bekundet, daß Henning Stockemann Hanſen v. der Heide den Wiederkauf eines Zinſes an ſeinem Hauſe zugeſtanden, und daß Hanſens Brüder und Schwager auf jeden Anſpruch an dieſem Erbe verzichtet haben. [150

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt: am Rande van Hennige Stockeman. *Vorher Nr 146.*

NOS Boffo Settere, Ludolfus de Ringelem, Dethardus Widenvelt, Henningus Gerwini, Henningus de Munftede et Conradus Rothgeri, Confules Nove civitatis illo anno, recognofcimus prefentibus et teftamur, quod Henningus | dictus Stockeman in Indagine bono animo *Bl. 7* dedit Johanni de Mirica, noftro concivi in ponte Indaginis, liberam facultatem, quandocumque fortuna fibi faverit, reemendi quinque fertones puri argenti debite penfionis annuatim pro viginti marcis puri argenti, quos fibi in domo fua coram nobis refignavit. Recognofcimus etiam, quod Henricus et Conradus et Bernardus, fratres ejusdem Johannis de Mirica, necnon Johannes Weygergang, maritus fororis fue, abrenunciaverunt eidem hereditati coram nobis. itaque Johannem de Mirica predictum inpetere pro jam dicta hereditate vel fuos heredes non debent ullo modo. In cujus rei teftimonium premiffa libro civitatis noftre duximus annotanda anno domini m° ccc° xxv° feria fecunda poft diem Bartholomei apoftoli.

1325 October 21. Der Neuftädter Rath bekundet eine Auseinanderfetzung Heinrich Krufens und feiner Schwefter. [151

Aus dem Degedingebuche der Neuftadt; am Rande van Henrike Crufen. *Vorher Nr 145.*

WE Boffe Settere, Ludolf van Ringelem, Dedolf Widenvelt, Henning van Munftede, Henning hern Gherwines unde Conred Rotgheres, bi der tyd ratman in der Nyenftad to Bruneswich, bekennet in diffeme | jeghenwordegen breve unde betughet, dat Henrik Crufe, ufe bor- *Bl. 8* ghere, unde fin fufter Ermgard alfus over en komen fint to dren jaren na der tyd to rekenende, alfo diffe fcrift ghefcreven is, dat he fe holden fcal de fulven dre jar unde fcal ere pleghen koft unde cledhere, de ere themlik fin, alfe he went hereto heft. unde welde fe in deme dridden jare hebben dat ere van dere have, de fe tofamende ghehad hebbet, fo fcal fe it eme en half jar vore kundeghen, unde he fcal ere binnen deme fulven halven jare hundert mark lodeghes filveres gentzliken bered hebben. Oc fcal fe hebben to ereme behove de vrucht van ener halven hove uppe deme velde to Bernftorp, de wile dat fe levet. oc fcal de vrucht dere fulven halven hôve na ereme dodhe eren fufteren, den cloftervrowen Belen to Lamfpringe unde Mechtilde to Heninghe, to ereme live bliven. unde na erer beyder dodhe valt fe weder uppe Henrike eder uppe fine rechten erven. To eneme orkunde lete we diffe ding in ufer ftad bok fcriven na Goddes bord dufent drehundert jar in deme vif unde twintegeften jare in der elf dufent meghede daghe.

In der Hf. 15 Munfte.

1325 vor October 27. Der Rath von Hamburg an den zu Braunfchweig: klagt, daß wegen einer dort über den Braunfchweiger Berthold Hilgen verhängten Bekümmerung der Knecht eines Hamburger Bürgers durch Gebhard von Alvensleben gefangen worden ift, auch noch mit weiterer Vergeltung gedroht wird, und bittet um Abhilfe. [152

Aus dem erſten Degedingebuche der Altſtadt, wo ſich dies Schreiben nach Nr 115 unter dem Jahre 1339 findet: ſeine Datierung ergiebt Nr 153. Gedruckt bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. II, S. 183.

Bl. 117' VIRIS Honorabilibus et discretis, amicis ſuis dilectis, dominis Conſulibus Brunswicenſibus, Conſules Hamborgenſes cum mutue promocionis conſtancia ſervicium et honorem. Bene novit veſtra prudencia, quod Bertoldus Hilghe, civis veſter, cum ſtanno ſpoliato noſtram civitatem intravit profitens, ſe eſſe ſocium in hoc ſtanno, et quia ſuum warandatorem adducere non potuit, fuit mortis ſentencia condempnatus. Nos autem propter preces efficaces domini Wedekindi et domini Seghebandi de Wittorpe ac dominorum Conſulum Luneborgenſium necnon propter veſtrum honorem et preces nobis private et publice deſtinatas fuimus fideles cooperatores et interceſſores apud advocatum dominorum noſtrorum comitum, quod penam mortis ſibi in emendam pecuniariam conmutavit, ſperantes, quod in hoc apud vos debuiſſemus favorem et graciam meruiſſe. Nunc vero Gevehardus de Alvensleve propter premiſſa noſtri civis famulum captivavit et nobis ſuas inimicicias publicavit, volens nos et noſtros cives ubilibet inpedire, niſi ſtannum et pecunia redempcionis vite dicti Bertoldi fuerint reſtituta. Preterea percepimus, quedam alia verba per quosdam veſtros cives et ſocios ſonuiſſe. Propter que devocius exoramus, quatenus intuitu mutue promocionis et dilectionis, que dudum inter vos et nos viguit, apud dictum Gevehardum efficere dignemini, quod famulus noſtri civis et ſui fidejuſſores liberi dimittantur, et quod nos et noſtri cives ab ipſo Gevehardo propter dictam cauſam vel a quovis alio non gravemur. Hoc ſemper cupimus deſervire, vos ſcire cupientes, ſi ſecus factum fuerit, quod eciam et nos conqueri volumus noſtris dominis, fautoribus et amicis. . .

1325 October 27. Rath und Gemeinheit ertheilen gute Zuſicherung auf vorſtehende Bitte des ***Rathes zu Hamburg.*** [153

Aus dem dem erſten Degedingebuche der Altſtadt vorgebundenen Gedenkbuche Bl. 5': am Rande litera data . . Conſulibus in Hamborch. *Regeſt bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. II, S. 183.*

OMNIBUS Preſencia viſuris et audituris nos . . Conſules et conmune civitatis Brunswich cupimus eſſe notum et tenore preſencium proteſtamur, quod cauſa diſſenſionis, que ſuborta fuit ex eo, quod Bertoldus Hilghe, civis noſter, cum ſtanno Hildebrandi Eleri, domini ſui et conſocii et concivis noſtri, fuit in civitate Hamburgenſi detentus, amicabiliter eſt ſopita, et nos pro eo ſtabimus, quod dictus Hildebrandus, civis noſter, per ſe aut per ſuos amicos pro ſupradicta cauſa . . Conſules et cives Hamburgenſes in noſtra civitate vel extra non moleſtabit nec impediet in corporibus vel in rebus. Volumus eciam, omnia privilegia inter Hamburgenſem et noſtram civitates ab antiquo data firma et integra permanere. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini m° ccc° xxv° ſexto kalendas Novenbris.

31 Volumus *ungewiſſe Ergänzung des in der Hſ. verlöſchten Wortes.*

1325 November 22. Der Neustädter Rath bekundet ein Vermächtniß Konrad Kupferschlägers zu Gunsten seiner Frau. [154

Aus dem Degedingebuche der Neustadt; am Rande van Conrede Kopperslegere. *Vorher das nach Nr 118 später eingeschaltete Stück* van Tilen Dhoringe, *das hier unter 1330 folgt.*

WE Boſſe Settere, Ludolf van Ringelem, Henning hern Gherwines, Dedeke Widenveld, *Bl. 3'* Henning van Munſtede unde Conred Rotgheres, radmanne to dere tyd in der Nyenſtad, bekennet, dat Conred Kopperſleghere heft bekant vor us, dat he heft ghelovet Bertramme van deme Damme, Thilen Dhoringe unde Arnde des Dhoringes, dat ſin husvrowe Mechtild ſcal hebben tovoren an ſineme erve unde an ſineme redeſten gude drittich lodeghe mark, wanne ſiner to kort wart. To eneme orkunde, dat hir nen wandel an ne ſche, ſint diſſe ding in uſer ſtad bok gheſcreven na Goddes bord duſent jar drehundert jar in deme vive unde twintegheſten jare in ſunte Cecilien dage.

1325 November 29. Alheid v. Cramme übergiebt ihrem Schwager Ludolf unter Vorbehalt ihrer Leibzucht all ihr Gut. [155

Aus dem Degedingebuche der Neustadt; am Rande van Alheyde van Cramme. *Vorher Nr 154.*

EGO Alheydis, vidua Johannis quondam de Cramme pie memorie, recognoſco tenore pre- *Bl. 3* ſencium publice proteſtando, quod coram honeſtis viris et discretis . . Conſulibus Nove civitatis in Brunswich, videlicet Borchardo Settere, Ludolfo de Ringelem, Henningo Gherwini, Henningo de Munſtede, Dedeken Widenvelt necnon Conrado Rotgheri, omnia bona mea tam intra quam extra civitatem Brunswich ſita discreto viro Ludolfo, meo ſocero, necnon ſuis veris heredibus tribuo voluntarie et preſentibus integraliter erogavi, ita ſane, quod predictus Ludolfus, meus ſocer, ſingula mea neceſſaria, quoad vixerim, mihi tribuat et miniſtret. Actum anno domini m° ccc° xxv° in vigilia Andree apoſtoli.

1325 December 4. Die Proviſoren des Marienſpitals urkunden über die Jahrzeitſtiftung der Teſtamenter Meiſter Engelberts des Arztes. [156

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln. Rückvermerk des xiv Jahrh. magiſter Engelbertus.

NOS Hako, procurator, Hildebrandus Eleri et Hildebrandus de Luckenum, proviſores pro tempore hoſpitalis infirmorum eccleſie ſancte Marie in Brunswich juxta Longum pontem, recognoſcimus et preſentibus publice proteſtamur, quod dominus Conradus, beneficiatus ſacerdos eccleſie ſancti Blaſii, Wedego de Veltſtede ac Bernardus dictus Cale, burgenſes in Brunswich, executores teſtamenti magiſtri Engelberti, quondam medici ibidem, ad honorem beate Marie virginis pro ſalute anime ejus et refectione pauperum in predicto hoſpitali decumbentium

ordinaverunt ac procuraverunt, quod ſingulis annis perpetuo ejusdem magiſtri Engelberti anniverſarius in die ſancti Nicolai de veſpere vigiliis et in craſtino miſſis pro defunctis devocius peragetur et in eodem anniverſario peragendo ſedecim ſolidi ad hoc comparati distribuentur hoc modo. Dabitur a procuratore dimidium talentum cere ad candelas in vigiliis et miſſis arſuras, et decem et octo denarii ſacerdotibus proportionaliter dabuntur, ſcolari tres denarii, campanario duo denarii et domine procuratrici ejusdem hoſpitalis ſex denarii, duabus ancillis cuilibet tres denarii et cuilibet infirmorum duo denarii miniſtrentur. Obligamus igitur nos et ſucceſſores noſtros ad anniverſarium predicti magiſtri Engelberti ſecundum formam premiſſam inmutabiliter peragendum. Nos etiam . . Conſules civitatis ejusdem adicimus, quod, ſi predictus anniverſarius cum distribucione ſedecim ſolidorum non perageretur, tunc nos et ſucceſſores noſtri ad hoc eſſe volumus obligati, quod efficiamus bona fide, quod idem anniverſarius ſecundum modum debitum peragatur et, ſi quid neglectum fuerit, totaliter ſuppleatur. Ut autem hec inconvulſa maneant, ſigillum hoſpitalis appoſuimus ac ſigillum civitatis Brunswich apponi procuravimus pro efficaci memoria et cautela. Actum anno domini m° ccc° xxv° in die beate Barbare virginis.

1326. Allerlei Theidung. [157

Aus dem älteſten Degedingebuche der Altſtadt. Fortſetzung von Nr 124.

Bl. 68 EK Luder Cramere bekenne, dat mine brodere Dedeke unde Fricke me hebbet gegeven mennen del, de me geborede van mines vader erve. Des hebbe ek aftichte gedan aller dinghe van alſodaneme erve, alſo ſe hebbet, unde van deme lengude met alſusdaneme underſchede: ofte ſe beyde afgingen ane erven, ſo wat me danne anvallen mach, dar ne hebbe ek nicht af gelaten. Ok hebbe ek dat geredet: alſodan gût, als ek met en hebbe in den lenſchen weren, dat ek dat uplaten ſchal, ſo wanne ſe it van me eſchen. Unde ofte ſe dat willen vorkopen eder vorſetten, dat ek ſe dar nicht an hinderen ne ſchal, wante ek dar nicht an ne hebbe, ſunder dat ek it en holden wille tho gude unde tho vromen.

Den tegeden tho Ingeleve, den Rolef van Kalve unde Hannus Roſeke hebbeth tho erme live, de is Roleves an lene, unde Hannus ſcal en holden to gude. Den ſcal upnemen na Roleves dode, de wile Hannus levet, her Thomas unde Arnold, Roleves ſone, unde Hannus unde Thomas, Hannuſes ſone, ſunder dat erſte jar dat ſcal Roleve volgen. Dit is, ofte Hannus Roleves dot levet.

Bl. 68' Ludeke unde Heyneke Blidelevent, brodere, hebbent ſek vorliket met Alheyde, Roleves wedewen eres broder, dat ſe ſcal ſitten in erer liftûcht in dren hoven tho Lamme, unde ſe ſchal en geven des jares twey honer, dat ſe de were mede beholden.

Henric unde Siferd, Siferdes ſone des ſcherers, de hebbet afgelaten van al ers vader erve. des hevet he en gegeven xvij ſol. geldes in deme hornhus vor der Borch inme Sacke.

Geſe hern Eylemannes is des erſcheden vorme Rade, dat de xvj ſol. geldes, de ſe hevet in deme hus, dat Pipenbrich hetet, ſi ere ervetyns.

Conrad Wasmoding hevet afgelaten vor richte unde vor Rade van alme dinge unde angevelle, dat eme mochte anvallen van Hermanne Kemere, ſime herren, des dochter he hevet.

Johan van Sendhe hevet gegeven na ſime dode Alheyde ſiner husvrowen unde den kinderen, de he bi er hevet, al ſin gut. unde de kindere, de he vore hadde, de ſint van en erſcheden.

Geſe, Hildebrandes dochter van Luckenum, de kloſtervrowe is tho Stederborch, de ſchal hebben xvj ſol. geldes tho erme live in der kinder krame van Luckenum. na erme dode ſo vallet ſe weder uppe de kinder van Luckenum unde ere erven.

Heyneke van Siverdeshuſen hevet geſat xx margene, de hir vor der ſtad lighen, Hildebrande van Velthem, ſeme ſwagere, vor xv marc lodiges ſilveres. de mach he weder loſen umme dat ſelve gelt, wanne he wil.

Fredericus Kolarſethe conparavit pro x marcis puri argenti in duobus manſis ſitis in Sliſtede xvj ſol. redditus, quos novo hoſpitali ſancte Marie legavit et donavit, de quibus anime ſue et ſuorum parentum anniverſarius feria ſecunda poſt dominicam Letare ſingulis annis in dicto hoſpitali miſſis et vigiliis ſolempniter peragetur. et dicti xvj ſol. dabuntur a procuratore et distribuentur in hunc modum. Procurator predictis dabit j libram cere ad candelas in miſſis et vigiliis ardendas, ſacerdotibus tribus xviij denarios, ſcolari iij den., campanario ij den., procuratrici vj den., duabus ancillis cuilibet iij den. et cuilibet infirmorum ij den.

Her Johan de kertzenmekere, de preſter, de hevet dre verdinge geldes in Henninghes hus van Goddenſtede vor der Korten brughe. de ſchal he hebben to ſime live. Na ſime dode ſo vallet *Bl 69* ſe uppe ſine ſuſter Mergreten j ferding unde de j marc up Sophyen unde Alheyde, Hennighes dochtere van Melverode. Unde wan Mergrete ſtervet, ſo vellet de verdingh ok uppe ſe. darna ſchal et vallen uppe de negeſten.

Xvj ſol. geldes, de vor Koneke hevet in des ſevemekers hus vor der Korten brughe tygen ſente Johanneſe, de hevet ſe gegeven tho v jartyden: x ſol. deme pernere tho ſente Olrike unde vj ſol. tho ſente Martine tho deme luchte. Wanne vor Koneke dot is, ſo ſchal men diſſen tyns vorkopen unde dat gelt leghen an anderen ewigen tyns unde darmede don, alſo hirvor beſcreven is.

Denecke vamme ſpitale hevet iij marc geldes tho Ylſeneborch. de ſchal he upnemen, de wile he levet. Wanne he ſtervet, ſo gat two af met eme, unde de dridde marc de ſchal Aleke van Můden,

In der Hſ. 3 dat ſe. 6 des he dochter. 16 de quibus *übergeſchrieben.* 17 quorum anniverſarius *fehlt* annis. 18 distribuuntur. 22 heveſt. 27 xvij *auf Raſur: ſtatt* xvj, *wie die Folge ergiebt.* 30 *fehlt* unde don] do. 32 dridden.

ſin nichtele, upnemen tho erme live. unde wanne ſe ſtervet, ſo wert ſe ok los den van Ylſeneborch. Deſſe ſulven dre marc geldes de mogen de van Ylſeneborch wederkopen, ofte ſe willet, umme xxvij marc lodiges ſilveres. Unde Deneke de ſchal bruken ſiner wisheyt met Eylardes wedewen unde Gereken Peperkellere

Johan de keſtenmekere hevet vorkoft Clauſe van Luckenum unde Henrike van Erkerode ſin hus bi der drenke vor der Korten brughe. Darvor ſcolen ſe eme geven ſes marc bynnen diſme erſten jare unde ſcolen eme geven de koſt, de wile he levet, like en ſelven unde ſcolen eme geven enen rok van bruneswickeſſcheme lakene unde en par linnener kledere jo des jares. Ne wolde he erer koſt nicht eten, ſo ſcolen ſe eme geven jo des dages twene pennighe vor de koſt unde ſcolen eme laten de woninghe boven deme herde. Storve he binnen deme erſten jare, ſo ſcolen ſe dre marc geven ſinen jungeſten dren kinderen tho den ſeſſen. ne ſtervet he aver nicht binnen deme erſten jare, ſo ſint ſe der dryer marc los.

Dat capetel unde de herren von dem berge ſente Cyriakes hebbet Heynecken von Veltſtede den ſcoworten, de ere late was, vry gegeven unde los gelaten al des rechtes, dat ſe an eme hadden, met aller anſprake.

Bl 69' Herman Droeslere hevet al ſin gut gegeven Hannen ſiner husvrowen, | Conrades dochtere vamme Garden von Halverſtad, met ſiner kinder willen. ſunder Hermanne unde Hanneſe, ſinen jungeſten twen kinderen, den ſchal men geven vj tal. van ſime redeſten gude.

Mechtild, Hanneſes husvrowe Stapeles, ſchal hebben ½ marc lodiges ſilveres in iij hove, de he vry unde ledech hevet hir vor der ſtad, ofte he afginge ane erven.

Alheyt, Albrechtes wedewe des beckeres, unde ere kindere hebbet ij marc geldes in Olrikes hus van Eveſſum, dat Helmoldes was eres broder. der mache jowelke wederkopen vor xv marc lodiges ſilveres. Vor diſſe ſelven ij marc geldes hevet gelovet Rolef van Kalve, Hannus Roſeke unde Hildebrant von Oldendorpe. Storve diſſer borgen en, er he ſe wederkofte, ſo ſcholde Helmold enen anderen alſo guden weder in de ſtede ſetten. Met den erſten ij marc geldes, de he wederkofthe, ſcolen diſſe borgen los weſen.

In der Hſ. 6. 9. 11 *fehlt* ſe 6 bynne. 21 ij *radiert, unſicher* Olrikes — dat *übergeſchrieben.* 22 was *auf Raſur.* 23 diſſer. 26 *urſprünglich* dar ſint de borgen los

1326. Allerlei Theidung. [158

Aus dem Degedingebuche des Hagens. Fortſetzung von Nr 125.

Anno m° ccc° xxvj°.

Bl. 7' WE Eggelingh van Ringelum, Danel Cronesben, Albert Cruſe, Diderek van Hemeſtidde, Conrad Stapel unde Herman van Wetelemſtidde, radman in dem Haghen bi der tid, be-

kennet in diſſem breve, dat Alheit, Hanſes wedewe van Watenſtidde, heft ghewefen vor uns mit Benedicten, eres mannes moder, unde mit ereme ſone Lůdere unde mit Eggelinge van Ringelum unde mit Ludolve uth dem winkele, de der ſilven Alheyde hadden lovet eine liftucht, unde hebbet openbare bekant vor uns, dat ſe ſek vrůntliken under ander hebben verliket beſchedeliken aldus, dat men der vorbenomden Alheide ene mark gheldes heft gheledighet an ereme erve, de de vorbenomde Ludolf uth dem winkele dar an hadde ghehat unde is ledich ghelaten alle der ſchult, de ere man Hannes unde ſe hadden ſchuldich ghewefen Benedicten unde eren erven. Hir umme heft ſe afghelaten, icht der vorbenomden Bene-|dicten unde Luderes eres ſones unde *Bl 8* ſiner erven to kort worde, van alleme anghevalle unde aller anſprake, de ſe hebben unde don mochte van eres mannes weghene Hanſes an Benedicten unde Luderes gude unde erer erven.

Des ſilven jares bekande Hillebrant Bockesrode openbare vor uns: do he dat grote ſtenhus, dat dar ſteyt upme horne bi der Můrenſtrate, kofte van Alheyde, de ichteswanne was husvrowe Henninges Laghen, do behelt ſek de vorbenomde Alheyt dat lutteke ſtenhus, dar ſe inne wonet, to eghene mit alleme rechte vor teyn mark lodighes ſilveres, unde de kǒre ſteyt an ere, ſwer ſe de teyn mark nemen wille vor dat hus eder nicht, unde ſe mach in dem ſilven huſe wonen, al de wile ſe levet.

Des ſilven jares heft Gheſe, de husvrowe was Ludolves van Helde, gheven Ludolve unde Ghereken eren ſǒnen van dem halven dele eres gudes malkeme xvij mark lodich to dele mit alſodanem underſchede: welk erer, der twyer ſǒne, levet na dem dode der vorbenomden Gheſen erer moder, de ſchal ſine xvij mark weder inbringen, eder malk xvij mark, icht ſe beyde leven, unde ſcullet denne anderwerve to dele gan to dem erve, alſe uſer ſtat recht is. Ok heft de vorbeſcrevene Gheſe bekant, dat Ludolf ere man vor ſime dode het, dat ſe ſcolde erer dochter Hillen gheven na ſime dode xxvj punt penninge tighen de koſt, de he hadde draghen uppe ſine ſǒne unde ſine anderen dochtere. Des beſchedet de ſilve Gheſe, dat de vorbenomde Hille na ereme dode diſſe xxvj punt ſcal tovoren upnemen unde ſcal denne to dele gan mit eren anderen kinderen, alſe uſer ſtat recht is. Ok hebbet de vorbeſchrevenen brodere Ludolf unde Ghereke ſek under ander beſcheden: icht erer ein ſtorve er erer moder dode, dat ſin broder ſcal upnemen al dat gud, dat he hinder ſek let, unde ſiner ſele van pleghen, alſe bilk is.

In der Hſ. 6 winke. 10 eres erves.

1326. Verfeſtete der Altſtadt. [159

Aus dem Liber proſcriptionum et judicii vemeding. *Fortſetzung von Nr 126.*

M° ccc° xxvj°.

CONRADUS De Sunnenberghe proſcriptus eſt ex parte Henneken de Solede, quia vulneravit eum.

Ludolſus de Jercſum et conplices ſui ſunt proſcripti ex parte Johannis Herbordi pro violentia ſibi facta in bonis ſuis in Borchtorpe.

Conradus Stortekropel eſt proſcriptus ex parte Johannis de Goslaria, quia percuſſit eum ligno ad caput.

Thilo de Honovere eſt proſcriptus ex parte Henrici Bocheſter carnificis, quia vulneravit eum.

1326 Januar 12. Die Brüder v. Sambleben verkaufen der Prieſterbrüderſchaft eine Hufe zu Sambleben. [160

Original im Stadtarchive; die beiden Siegel an rothen Seidenſträngen. Rückvermerk des XIV Jahrh. privilegia ſuper uno manſo in Tzampleve, *von anderer Hand* Wilhelmi et Bertrammi, *des XV* mcccxxvj.

NOS Willehelmus miles et Bertrammus fratres de Tzampeleve litteris preſentibus publice recognoſcimus et teſtamur, quod effecimus, quod Milo, civis in Tzampeleve, cum bona voluntate reſignavit nobis unum manſum ſitum in campis ville Tzampeleve cum omnibus ſuis pertinenciis, ſicut ipſum a nobis habuerat titulo pheodali. Quo facto nos eundem manſum libere nobis reſignatum concordi voluntate vendidimus in perpetuum pro viginti tribus marcis nobis perſolutis . . prepoſito et confratribus ac conſororibus ſacerdotalis confraternitatis in Brunswich. Et eundem manſum reſignavimus libere illuſtri principi domino noſtro . . Ottoni duci in Brunswich, a quo ipſum habuimus in pheodo, et optinuimus ab ipſo, quod eundem manſum cum omnibus ſuis utilitatibus et juribus ac pertinenciis univerſis in villis, ſilvis, campis, agris, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure advocatie et qualibet ſervitute et omnibus preſtationibus liberum dedit et apropriavit . . prepoſito et confratribus ac conſororibus confraternitatis predicte in dotem altaris ſancti Thome martiris in capella ſancte Ghertrudis virginis in Brunswich dotali jure et eccleſiaſtica emunitate pacifice et quiete perpetuo poſſidendum. Et nos pro proprietate ejusdem manſi in reconpenſam et reſtaurum dedimus ſibi proprietatem duorum manſorum noſtrorum in Deſtede, quos Johannes Roſeke, burgenſis in Brunswich, a nobis tunc tenuit et habuit tytulo pheodali. Tradidimus eciam dominis . . Henrico prepoſito predicte confraternitatis et Johanni rectori predicti altaris ſupradicti manſi et ſuorum pertinencium tam ſuo quam confratrum ac conſororum ſuarum nomine poſſeſſionem corporalem, renunciantes pro nobis et noſtris heredibus et propinquis omni juri, quod nobis in predicto manſo conpetebat ſeu conpetere poſſet in futuro, promittentes eisdem, quod volumus ipſos et quoslibet ſuos ſucceſſores de predicto manſo legitime warandare et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpetitionem aut controverſiam ipſis ab aliquo moveri contigerit de eodem. Ad quod nos obligantes . .

Im Orig. 18 *fehlt* in. 31 contingerit.

prepoſito . . . confratribus et conſororibus predicte confraternitatis preſentem litteram inde conſcriptam ipſis dedimus pro nobis et noſtris heredibus ſigillis noſtris patenter conmunitam. Teſtes eciam ſunt dominus Thidericus, notarius incliti principis domini noſtri Ottonis ducis in Brunswich, Ludolfus de Honlaghe, Bertoldus de Veltem, Ghevehardus de Weverlinghe, milites, Jordanus Stapel et Conradus de Thuelken, burgenſes in Brunswich, et plures alii fide digni. Actum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſexto pridie ydus Januarii.

1326 Januar 23 Wolfenbüttel. Herzog Otto eignet der Prieſterbrüderſchaft eine von den Brüdern von Sambleben gekaufte Hufe zu Sambleben, wofür ihm die Verkäufer das Eigenthum an zwei Hufen zu Deſtedt überlaſſen haben. [161

Original im Stadtarchive; das Siegel vom rothen Seidenſtrange abgeſchnitten. Rückvermerk des xiv Jahrh. Ottonis ducis ſuper unum manſum in Czampleve, *des xv* m° ccc° xxvj.

IN Nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Otto dux in Brunswich omnibus in perpetuum. Ad perpetuam memoriam tam preſentium quam futurorum publice volumus pervenire, quod Willehelmus miles et Bertrammus fratres de Tzampeleve reſignaverunt nobis unum manſum ſitum in campis ville Tzampeleve, quem Milo, civis ejusdem ville, ab ipſis habuerat tytulo pheodali, et optinuerunt a nobis, quod nos cum conſenſu dilecti fratris noſtri Magni predictum manſum ab ipſis venditum ſacerdotali confraternitati in Brunswich nobis reſignatum cum omnibus ſuis utilitatibus et juribus ac pertinenciis univerſis in villis, ſilvis, campis, agris, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure advocatie et qualibet ſervitute et omnibus preſtacionibus liberum dedimus et apropriavimus ac in Dei nomine apropriamus per preſentes . . prepoſito et confratribus ſacerdotalis confraternitatis predicte in dotem altaris ſancti Thome martiris in cappella ſancte Ghertrudis virginis in Brunswich dotali libertate pacifice et quiete perpetuo poſſidendum. Et nos a prenominatis fratribus in reconpenſam et reſtaurum proprietatis manſi jam dicti et ſuorum pertinentium recepimus proprietatem duorum manſorum ſuorum ſitorum in campis ville Deſtede, quos Johannes Roſeke, burgenſis in Brunswich, tunc ab eis habuit tytulo pheodali. Miſimus eciam Henricum predicte confraternitatis prepoſitum et Johannem rectorem altaris predicti tam ſuo quam predicte confraternitatis nomine in ejusdem manſi poſſeſſionem corporalem et, ſicut ratione temporalis jurisditionis noſtra intereſt, firmavimus ac firmamus eis per preſentes ejusdem poſſeſſionis firmam pacem atque bannum renunciando pro nobis et noſtris omni utilitati et juri, quod nobis in eo conpetebat et conpetere potuiſſet in futuro, adicientes, quod volumus ipſos et ſuos ſucceſſores de premiſſis omnibus ſufficienter et legitime warandare, cum a nobis fuerit requiſitum. Igitur, ut ſepedicti . . prepoſitus et confratres ac con-

Im Orig. 18 fehlt in.

ſorores predicte confraternitatis predictum manſum cum omnibus ſuis pertinentiis libere ac pacifice poſſideant, preſentem litteram inde conſcriptam ipſis dedimus pro nobis ac noſtris fratribus ſigillo noſtro patenter conmunitam. Teſtes eciam ſunt Thidericus notarius noſter, Ludolfus de Honlaghe, Bertoldus de Veltem et Ghevehardus de Weverlinge, milites, fideles noſtri, et plures alii fide digni. Actum Wûlferbutle anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſexto decimo kalendas Februarii.

1326 Februar 24 Hildesheim. Biſchof Otto von Hildesheim ſchenkt dem Marienſpitale eine Hufe zu Wendebüttel. [162

Schlecht erhaltenes Original im Stadtarchive; die beiden Siegel ſind abgefallen. Rückvermerk des XIV Jahrh. Wennebutle.

NOS Otto Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus recognoſcimus publice per preſentes, quod pleno tocius noſtri capituli accedente conſenſu manſum unum in Wendebûtle cum univerſis ac ſingulis pertinentiis ſuis eccleſie in Bortvelde in quinque ſolidorum cenſu annuo debitum quoad omne jus proprietatis, dominii et utilitatis cujuscunque, quod nobis et eccleſie noſtre conpetebat vel conpetere poſſet quomodolibet in eodem, donavimus intuitu retributionis divine hoſpitali ſancte Marie miſerabilium perſonarum prope Longum pontem in Bruneswich et preſentibus liberaliter donamus ac in ipſum cum omni integritate transferimus translatione perpetuo valitura, nobis, ſucceſſoribus noſtris ſeu noſtre eccleſie in prefato manſo nichil penitus ad preſens vel in futurum modo aliquo reſervantes. In quarum donationis noſtre ac translationis felicem memoriam ac perpetuam firmitatem noſtrum et capituli noſtri predicti ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Actum et datum Hildenſem anno domini m° ccc° xxvj° vj° kalendas Martii.

1326 März 1. Dekan Engelbert zu St Blaſien, Patron der St Gertrudenkapelle, bekundet, daß der Prieſter Berthold von Watzum der Prieſterbrüderſchaft 20 Mark zum Ankauf einer Hufe in Sambleben geſchenkt hat. [163

Original im Stadtarchive, von den beiden Siegeln das zweite beſchädigt. Rückvermerke des XIV Jahrh. de manſo in Zampleve, *von anderer Hand* Engelberti Bertoldi de Wattexen.

NOS Enghelbertus Dei gracia decanus eccleſie ſancti Blaſii in Brunswich, patronus eccleſie ſancte Gertrudis ibidem, ad noticiam omnium, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, publice cupimus pervenire, quod dominus Bertoldus de Watteſem ſacerdos volens ſibi et anime ſue ſalubriter providere dedit de bonis ſuis viginti marcas examinati argenti confratribus ſacerdotalis confraternitatis in Brunswich ad unum manſum conparatum ſitum in campis ville Tzampeleve in dotem et jure dotis altaris ſancti Thome epiſcopi et martiris predicte cappelle

ſancte Ghertrudis perpetuo permanſurum, ita tamen, quod villicus ejusdem manſi dabit ipſi domino Bertoldo quatuor partes cenſus de eodem manſo annis ſingulis ad tempora ſue vite. poſt obitum autem ipſius jam dicte quatuor partes cenſus remanebunt rectoribus dicti altaris perpetuo recipiendi libere et ſolute. Quintam vero partem cenſus predicti manſi recipiet . . prepoſitus predicte confraternitatis ad ſupplementum dimidie marce, quam dabit Winneken, quondam filie Ludolfi de Denchte, eciam ad tempora ſue vite, poſt cujus obitum eadem quinta pars cenſus erit libera et ſoluta rectoribus altaris ſupradicti. Indulgemus inſuper predicto domino Bertoldo, quod ipſe libere poterit ad executionem devotionis ſue legere miſſam ad altare predictum tempore rectori ejusdem altaris et ſibi congruenti. Igitur, ut hec omnia et ſingula racionabiliter concepta et ordinata firma maneant atque rata, ſigillum noſtrum una cum ſigillo fraternitatis predicte preſentibus duximus patenter apponendum. Actum anno domini m° ccc° viceſimo ſexto ſabbato proximo ante dominicam Letare.

1326 März 13. Der Neuſtädter Rath bekundet, daß Margaretha, Herrn Gerwins Witwe, Dietrich v. Bröckel und Johann Gerwins 36 Mark l. S. in ihrem Wohnhauſe verſchrieben hat.

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt; am Rande van vorn Greten hern Gherwens. *Vorher Nr 151.*

NOS Ludolfus de Ringelem, Albertus Blyvot, Thidericus Abbatis, Thidericus de Brokelde, Henningus de Munſtede, Johannes Magnus, Conſules Nove civitatis tunc temporis, recognoſcimus, quod Margareta, relicta Gherwini quondam concivis noſtri, coram nobis et judicio noſtre civitatis cum bona voluntate Henrici filii ſui et uxoris ejus Johanne et omnium, quo- *Bl. 8* rum ad hoc conſenſus requirendus fuerat, reſignavit et aſſignavit Thiderico de Brokelde et Johanni Gherwini et eorum heredibus veris triginta et ſex marcas puri argenti brunswicenſis ponderis et valoris in domo ſua, in qua moratur. In cujus rei evidentiam hoc factum inſcribi fecimus libro noſtre civitatis anno domini m° ccc° xxvj° feria quinta ante feſtum palmarum.

1326 April 2. Bertram v. Werle d. J. verkauft dem Marienſpitale vier Hufen, einen Hof und eine Wurt zu Werle und zwei Hufen nebſt zwei Wurten zu Schlieſtedt. [165

Original im Stadtarchive mit Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrhunderts Werle.

IN Dei nomine amen. Ne acta hominum poſt mortem conmunem omnium anulentur, expedit et veterum decrevit auctoritas, ut litterali teſtimonio memorie conmendentur. Hinc eſt, quod ego Bertrammus de Werle junior, famulus, filius Conemanni, ad noticiam omnium tam preſentium quam futurorum cupio preſentibus publice pervenire, quod conſenſu omnium meorum heredum, quorum intererat, accedente pro centum et ſexaginta et tribus marcis puri argenti et ponderis bruneswicenſis michi integraliter perſolutis vendidi, dimiſi et in poſſeſſionem tra-

didi corporalem novo hoſpitali infirmorum beate virginis Marie ſito ante Longum pontem in Bruneswich quatuor manſos et unam curiam cum una area dicta hopwort ſitos in campis et villa Werle et duos manſos cum duabus areis, quarum una eſt contigue adherens curie hoſpitalis et reliqua ſita eſt verſus aquilonem juxta novale dictum rodhelant, ſitos in campis et villa Slizſtede cum omnibus ſuis juribus et utilitatibus in villis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, viis et inviis ceterisque ſuis proventibus, uſufructibus et pertinentiis univerſis ab omni jure comicie, advocacie et qualibet ſervitute liberos et ſolutos juſto proprietatis tytulo quiete et pacifice perpetuo poſſidendos, renuntians pro me et meis heredibus utriusque ſexus actionibus et inpeticionibus quibuscumque ac omni juri tam eccleſiaſtico quam civili, que michi et meis heredibus in predictis bonis conpetebant ſeu conpetere poſſent aliqualiter in futuro. Recognoſco inſuper, quod dicto hoſpitali et poſſeſſoribus ſeu proviſoribus ſuis, quicumque fuerint, volo de ſepedictis bonis et proprietate eorundem cum omnibus ſuis juribus et pertinentiis debitam preſtare warandiam, ubicumque et quandocumque ipſis opus fuerit et neceſſe. In quorum evidens teſtimonium dedi preſens ſcriptum meo ſigillo firmiter roboratum. Teſtes etiam premiſſorum ſunt famoſi viri et honeſti domini Thidericus de Godenſtede, canonicus eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich, Gevehardus de Weverlinge miles, Conradus Holtnickere ſenior, Wedego de Veltſtede, Ludolfus Oſſe, Hildebrandus Eleri, Hildebrandus de Luckenum, cives in Bruneswich, et plures alii fide digni. Datum et actum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſexto quarto nonas Aprilis.

Im Orig 5 *fehlt* in. 7 *fehlt* liberos et ſolutos. 11 poſſeſſoribus] procuratoribus.

1326 April 2. Die Brüder Heinrich und Bertram v. Werle willigen in vorſtehenden Verkauf.

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln an rothen Seidenſträngen; die Schrift iſt ſtellenweiſe ſtark verblaßt oder ganz zerſtört. Ergänzungen lieferte ein Copialbuch. Rückvermerk des XIV Jahrhunderts Werle.

NOS Henricus et Bertrammus fratres dicti de Werle, famuli, recognoſcimus publice per preſentes, quod ſtrennuus vir Bertrammus de Werle famulus, filius Conemanni, conſanguineus noſter et nepos, vendidit et dimiſit ac in poſſeſſionem tradidit corporalem noſtro ſcitu et conſenſu accedente novo hoſpitali infirmorum beate Marie virginis in Bruneswich quatuor manſos cum una curia et una area in campis et villa Werle et duos manſos cum duabus areis in campis et villa Slizſtede ſitos ab omni jure liberos et ſolutos et juſto proprietatis titulo perpetue poſſidendos, prout in ſuis litteris deſuper editis plenius continetur. Recognoſcimus inſuper, quod in dictis bonis nichil juris habuimus vel habemus, quod nobis et noſtris heredibus ad eadem bona ſupradicta nobis vendicanda poterit in poſterum modo quolibet ſuffragari. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra duximus patenter preſentibus apponenda. Datum anno domini m° ccc° xx° ſexto quarto nonas Aprilis.

1326 April 2. Bertram und Sophia v. Ührde willigen ebenſalls in den Verkauf der Güter in Werle und Schlieſtedt an das Marienſpital. [167

Original im Stadtarchive mit Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrhunderts Werle.

NOS Bertrammus filius et Sophia filia Stephani de Urdhe famuli recognoſcimus publice per preſentes, quod venditioni ſex manſorum, ſcilicet quatuor manſorum cum una curia et una area in campis et villa Werle et duorum manſorum cum duabus areis in Slizſtede ſitorum, quos Bertrammus de Werle famulus, filius quondam Conemanni, avunculi noſtri, vendidit et dimiſit novo hoſpitali infirmorum beate Marie virginis in Bruneswich, prout in ſuis litteris deſuper editis plenius continetur, noſtrum conſenſum benivolum adhibuimus et preſentibus in omnibus, quibus noſtrum intereſt, adhibemus, renuntiantes pro nobis et noſtris heredibus omni juri tam eccleſiaſtico quam civili ac inpetitioni ſeu actioni quibuscunque, ſi que nobis in predictis bonis conpetebant ſeu conpetere poſſent aliqualiter in futuro. In quorum evidens teſtimonium dedimus preſens ſcriptum ſigillo Stephani de Urdhe, patris noſtri ſupradicti, quia propriis ſigillis caruimus, patenter conmunitum. Et ego Stephanus de Urdhe, famulus memoratus, ad petitiones Bertrammi et Sophie, filii et filie meorum predictorum, ſigillum meum duxi patenter preſentibus apponendum. Datum et actum anno domini m° ccc° viceſimo ſexto quarto nonas Aprilis.

1326 April 7 Braunſchweig. Herzog Otto eignet mit Zuſtimmung ſeines Bruders Magnus dem Kreuzkloſter die Feldmark des eingegangenen Dorſes Dutzem (locum ville quondam dicte Dhûcen . . . cum omnibus ſuis pertinenciis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, ac ſi adhuc villa eſſet) *zu Behuf einer Jahrzeit* (anniverſalis memoria) *für Ritter Gebhard v. Weſerlingen* (de Weverlinghe), *der ſie ihm aufgeſandt hat, und für deſſen Eltern. Zeugen* Reymboldus rector eccleſie ſancte Katherine in Brunswich, Thidericus notarius noſter, canonicus eccleſie montis ſancti Cyriaci, Borchardus de Aſſeborch, Johannes de Ampeleve, milites, Bertrammus de Dammone, Conradus Holtnicker, Thidericus Dûringh, Bernardus Kale, burgenſes in Brunswich, fideles noſtri. Actum et datum ibidem anno milleſimo trecenteſimo viceſimo ſexto ſeptimo ydus Aprilis. [168

Original zu Wolfenbüttel

1326 April 18. Der Neuſtädter Rath ertauſcht vom Blaſienſtifte gegen einen Garten am Wege nach Ölper das Blek vor den Häuſern am Waſſer bei der Mühle. [169

Aus dem Rechts- und Gedenkbuche der Neuſtadt Bl. xxxvj': *ſ. II S.* xj.

WE Boſſe Settere, Hermen van Helmſtede, Ludolf van Ringelem, Diderik des Abbedes, Albert Blivot, Henning Gherwines, Rad in der Nyenſtad des jares, bekennet, dat we mit

rade unde mit guder voreſathe hebbet anghegan ene weslinghe mit deme dekene unde deme capitele to ſunte Blaſieſe to Brunswich an deſſer wiſe, dat we en hebbet ghegheven enen garden, de lit an der ſtrate, wanne me gheyt to Elbere, to der vorderen half bi deme echteren garden des cloſteres van deme Rennelberghe, umme dat blek, dat is vor den huſen der vorebenomden herren, des dekenes unde des capiteles, bi dem watere tyeghen der molen vor deme Nyenſtaddore, alſo beſcedheleken, dat de hus ſcullet hebben den ovesval up uſe blek, unde de lude, de dar wonhaftich ſin an den huſen, ſcullet hebben eynen vryen utgang unde ingang to der ſtad word, to erer notdorft ere ding ut unde in to bringene. Weret ok, dat uſe ſtad openbare orloghe hedde, ſcole we dat bewaren, dat nement en mŏghe over dat blek unde over de Ovekere riden eder wanderen, dar dere ſtad mochte ſcadhe af gheſchen, alſo doch, dat de lude nicht ghehinderet en worden, des daghes ute den huſen to gande to Brunswich unde weder in. Wente ok uſe garde grotere is wan ere blek, ſo hebbet ſe us to deme bleke ghegheven twŏ mark. Uppe dat diſſe weslinge ſtede blive ane allerleye wederſprake, ſo hebbe we diſſen bref ghegheven den vorebenomden herren, deme dekene unde deme capitele to ſunte Blaſieſe, beſeghelet mit uſer ſtad ingheſeghele. Diſſe bref is ghegheven na der bord Goddes duſent jar drehundert jar in deme ſeſſentwintegheſten jare des vridaghes na der herren ſunte Tyburcius unde Valerianes daghe.

In der Hſ. 6 de ovesval. 8 nodorft. 10 gheſche. 12 *fehlt* diſſe.

1326 April 18. Gegenurkunde des Capitels St Blaſien [170

Original im Stadtarchive mit Siegel.

WE Engelbricht deken unde dat ganze capitel ſente Blaſius to Brunswich bekennet openbare an diſſem breve, dat we mit guder vordacht unde endrachtighem willen hebbet angegan eyne weslinghe mit Boſſen Settere, Hermanne van Helmeſtad, Ludolve van Ringhelem, Thiderike des Abbedes, Alberte Blivote, Henninghe Gherwines, to dher tit ratmannen in dher Nygenſtad to Brunswich, an diſſer wis, dat we en hebbet gegheven dat bleck, dat is vor unſen hûſen bi dem watere gyghen der molen vor dem Nygenſtaddore, alſo beſchedeliken, dat dhe ſulven unſe hûs ſcolet hebben dhen ovesval uppe dat bleck, unde dhe ludhe, dhe dar wonet an den hûſen, ſcolet hebben eynen vrien utghang unde ingang to erer nût unde notdorft uppe dat bleck, ere ding ut unde in to bringhende an dhe hûs, umme eynen garden, dhe lecht an der ſtrate, ſwan men gheyt to Elbere, to der vorderen half bi dem echteren garden des cloſteres up dem Rennelberghe. Scude over dat, dat dhe ſtad to Brunswich openbare orlighe hette, ſo ſcolen ſe dat bewaren, dat nement en moghe over dat bleck unde over dhe Ovekere rithen eder wanderen, dar der ſtad mochte ſcade af geſchen, alſo doch, dat dhe ludhe nicht gehindert en werden to jenegher tit an dhe hûs ut to ghende unde weder in. Wante doch dhe garde des vorbenomden Rades grotere is ſwanne unſe bleck, ſo hebbe we to dhem bleke en

Im Orig. 24 gheghevet. 26 dhe ovesval. 27 vrin.

gegheven twe marck. Uppe dat diſſe wesle ſtede blive an allerleye wederſprake, ſo hebbe we diſſen bref gegheven den vorbenomden ludhen unde dem Radhe in der Nygenſtad beſeghelet mit uſes capitels ingheſeghele. Unde dit is geſchen na der bort Goddes duſent jar unde drehûndert jar an deme ſeſſentwintigheſten jare des vridaghes na dher heren ſente Thiburcius unde Valerianes daghe.

1326 Mai 3. Herzog Otto beſtätigt Bertrams v. Werle Verkauf von Gütern zu Werle und Schlieſtedt an das Marienſpital. [171]

Original im Stadtarchive mit Siegel an rothem Seidenſtrange. Vergl. Nr 165.

IN Nomine ſancte et individue trinitatis. Cum per motum temporum deperire ſoleant actiones hominum, niſi eas roboret et perhennet vivacitas litterarum, nos Otto Dei gracia dux in Bruneswich notum eſſe volumus in hiis ſcriptis tam preſentibus quam futuris, quod ſtrennuus famulus Bertrammus de Werle junior, filius quondam Conemanni, necnon Ermegardis ipſius conthoralis legitima recognoverunt publice in noſtra preſencia conſtituti, ſe conmuni conſenſu et concordi voluntate juſto proprietatis tytulo vendidiſſe, donaſſe et in poſſeſſionem corporalem tradidiſſe novo hoſpitali infirmorum beate Marie virginis ſito ante Longum pontem in Bruneswich pro centum et ſexaginta et tribus marcis puri argenti et ponderis bruneswicenſis ipſis integraliter perſolutis quatuor manſos in campis ville Werle ſitos et unam curiam cum una area dicta hopwort in eadem villa Werle ſitas necnon duos manſos in campis ville Slizſtede ſitos cum duabus areis ſitis in villa Slizſtede jam dicta, quarum una adjacet curie hoſpitalis prefati ibidem et reliqua ſita eſt verſus aquilonem juxta novale dictum rodhelant, cum omnibus ipſorum juribus et utilitatibus in villis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, viis et inviis ceterisque ſuis proventibus, uſufructibus et pertinentiis univerſis ab omni jure comicie, advocacie et qualibet ſervitute liberos et ſolutos et juſto proprietatis tytulo quiete ac pacifice perpetue poſſidendos. Renunciaverunt etiam pro ſe et ſuis heredibus utriusque ſexus omnibus actionibus et inpetitionibus ac juribus tam eccleſiaſticis quam civilibus ſibi in predictis bonis conpetentibus ſeu conpetendis univerſis, quibus premiſſa omnia et ſingula poſſent calumpniari, retractari vel quomodolibet inmutari, abdicantes ab ipſis omne jus, quod habuerunt ſeu habere poſſent in bonis memoratis, ſe ad warandiam ipſorum ac proprietatis et libertatis eorundem, ubicumque ipſis opus fuerit, firmiter aſtringentes. Unde nos vendicionem, donacionem et corporalis poſſeſſionis traditionem ſepedictorum bonorum cum proprietate et libertate ipſorum rite et rationabiliter in noſtra preſentia factas conſencientes, ratificantes et approbantes, ut premiſſa omnia et ſingula perpetuo firma maneant atque rata, et ne aliquis per oblivionem aut ignoranciam jus aliquod aut ſervicium de ſepedictis bonis ſibi de facto uſurpare preſumat, preſentem litteram pro evidenti teſtimonio pre-

Im Orig. 20 *fehlt* in. 21 pertinentibs. 27 proprietate et libertate.

miſſorum conſcriptam prenarrato hoſpitali dedimus ſigillo noſtro patenter roboratam. Teſtes etiam, qui premiſſis aderant, ſunt honorabiles viri domini Syfridus de Alten, Thidericus de Godenſtede, Ludolfus de Honlaghe, canonici eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich, Thidericus notarius noſter necnon ſtrennui viri et honeſti Jordanus de Wenthuſen, Ludolfus de Honlaghe, Johannes de Ampeleve, Ghevehardus de Weverlinge, milites, Ludolfus Oſſe, Rodolfus de Calve, Wedego de Veltſtede, Conradus Holtnicker, Hillebrandus Eleri, Hillebrandus de Luckenum et plures alii fide digni. Datum et actum anno domini milleſimo ccc° viceſimo ſexto quinto nonas Majii.

1326 Mai 7. Das Kreuzkloſter verkauft der Witwe Herrn Gerwins eine Kornrente zu ihrem und ihrer Töchter Leibgedinge und demnächſt zu Behuf einer Jahrzeit für ſie, ihren Mann und ihren Sohn. [172

Original zu Wolfenbüttel mit zwei Siegeln

UNIVERSIS Chriſti fidelibus nos Ludolfus prepoſitus, Ghertrudis abbatiſſa totusque conventus ſanctimonialium montis ſancte Crucis foras Brunswich ſalutem in vero ſalutari. Tenore preſentium puplice recognoſcimus, quod de conmuni conſenſu omnis noſtri conventus pro decem et octo marcis puri argenti brunsvicenſis ponderis et valoris nobis integraliter perſolutis vendidimus Margarete, relicte Gherwini quondam civis in Nova civitate Bruneswich, quatuor choros tritici brunswicenſis menſure, quos ſibi vel procuratoribus ſuis infra civitatem Brunswich ſingulis annis in feſto beati Galli confeſſoris expedite ad vite ſue tempora dabimus de bonis noſtris ſitis in campis et in villa Weverlinge ſine quolibet inpedimento. Poſt obitum autem predicte Margarete dictos choros quatuor dabimus integraliter et ſine defectu Margarete et Mechtildi necnon Gerburgi ſororibus, filiabus ſuis, vel procuratoribus earum ſingulis annis, quamdiu aliqua earum vivere contigerit, termino et modo ſupradicto. Mortuis matre et filiabus omnibus predictis prefati chori quatuor cedent conventui noſtro ſingulis annis pro anniverſaria conſolatione, unde anniverſarium Gerwini et Margarete relicte predicte necnon Johannis clerici, filii eorum, annis ſingulis in vigiliis et miſſis ſollempniter conventus noſter in evum celebrabit. Et in premiſſorum omnium evidens teſtimonium preſentem litteram inde conſcriptam ſigillis noſtris dedimus patenter conmunitam. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſexto feria quarta poſt inventionem ſancte crucis.

Im Orig. 21 defecto. 24 cedunt. 26 ewm.

1326 Mai 10. Der Rath von Goslar verkauft an Henricus Scriptor de Brunswik *zu Behuf ſeiner Töchter Lucken und Greten, Kloſterfrauen zu Neuwerk, für 12 Mark l. S. jährlich eine Mark Leibgedinge.* Datum anno domini m° ccc° xxvj° in vigilia penthecoſtes. [173

Regeſt nach dem Eintrage im gleichzeitigen Copialbuche bei Bode, Urk.-B. der Stadt G. III, S. 502.

1326 Mai 14. Herzog Otto eignet mit Zuſtimmung ſeines Bruders Magnus dem Blaſienſtifte zwei Höfe zu Zweidorf (Tvedorp), *um mit den Aufkünften zur Seeltröſtung Konrads v. Vallſtedt* (de Veltſtede) *eine ewige Vikarie zu beſtellen.* Actum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſexto pridie idus Maji. [174

Original zu Wolfenbüttel. Dort auch im Original eine gleichlautend am ſelben Tage von Herzog Magnus (domicellus in Bruneswich) *gegebene Urkunde. Am Rande einer Abſchrift im Ordinarius St Blaſii:* To deme meyerhove hord iij hove, to dem andern hove ij hove. *Die Hälfte des einen war an die Brüder v. Garßenbüttel* (de Garsnebutle), *Ritter Rudolf und Knappe Wedekind, der andere an Ludolf v. Hondelage* (de Honleghe) *verlehnt und von dieſen* procurante Conrado de Veltſtede *dem Herzoge am ſelben Tage aufgeſandt worden. Entwurf oder gleichzeitige Abſchrift ebd.*

1326 Juni 11. Ludolf Muntaries und ſein Sohn Johannes eignen dem Altſtädter Rathe eine Wurt zu Lehndorf zum Entgelt für die von ihnen durch Verkauf an das Blaſienſtift dem Weichbildsrecht entzogenen Gärten bei St Cyriaci. [175

Original im Stadtarchive mit vier Siegeln, das dritte an rothgrünem, die übrigen an gelben Seidenſträngen; vom fünften nur noch ſolcher. Rückvermerk des XIV Jahrh. de area in Lendorpe.

NOS Ludolfus Monetarius et Johannes filius Ludolfi predicti recognoſcimus publice per preſentes, quod ob exceſſum per nos in ortis prope montem ſancti Cyriaci ſitis venditis domino . . decano et capitulo eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich et alienatis a jure municipali dicto wlgo wichbildesrecht contra conſtitutiones civitatis Bruneswich commiſſum dominis . . Conſulibus Antique civitatis ibidem dedimus et aſſignavimus et preſentibus aſſignamus unam aream in villa Lendorpe apud allodium ſanctimonialium monaſterii ſancte Crucis verſus aquilonem ſitam, ſolventem annis ſingulis ſeptem ſolidos bruneswicenſium denariorum dativorum et ſeptem pullos, ab omni jure comicie, advocacie et qualibet ſervitute prorſus liberam et ſolutam ac juſto proprietatis titulo perpetue poſſidendam, abdicantes a nobis et noſtris heredibus omne jus, quod nobis in dicta area conpetebat ſeu conpetere poſſet aliqualiter in futuro, obligantes nos per preſentes, quod dictis dominis . . Conſulibus, quicumque pro tempore fuerint, volumus de area et ſua proprietate memoratis debitam et legitimam warandiam preſtare et ab inpetenti quolibet disbrigare. In cujus rei teſtimonium dedimus prefatis dominis Conſulibus preſens ſcriptum noſtris et dilectorum amicorum noſtrorum, videlicet Wedegonis de Veltſtede ſenioris, Johannis Ludolphi et Ludolfi dicti Hakelenberch, ſigillis firmiter roboratum. Et nos Wedego de Veltſtede, Johannes Ludolphi et Ludolfus Hakelenberch memorati ad peticiones Ludolfi et Johannis ſui filii predictorum et ad majorem evidenciam premiſſorum ſigilla noſtra duximus patenter preſentibus apponenda. Datum et actum anno domini m° ccc° xxvj° tertio idus Junii.

1326 Juni 13. Heinrich von Odelſen, Canonicus zu Fritzlar, bekundet, daß er im Auftrage weiland Biſchof Heinrichs von Hildesheim von weiland Erzbiſchof Peter von Mainz die Genehmigung der zu Braunſchweig üblichen Eheſchließung ohne Aufgebot erwirkt hat. [176

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. ſuper matrimonio

EGO Henricus de Odelſen, .. canonicus eccleſie Fritslarienſis, recognoſco publice per preſentes, me quodam tempore ab olim reverendo domino, domino Petro archiepiſcopo Moguntino, ex parte quondam venerabilis domini Henrici epiſcopi Hildenſemenſis de ſpeciali gracia impetraſſe, quod cives vel incole civitatis Brunswicenſis affectantes matrimonialiter copulari nulla proclamacione ſeu preconizacione precedente, dummodo tamen ad manus dyoceſani ejusdem civitatis rectoribus eccleſiarum ibidem per copulandos ſufficiens fieret caucio fidejuſſoria, quod nullum inter eos impedimentum exiſteret, per quod matrimonium dirimi poſſet vel deberet, poſſent ſecundum antiquam dicte civitatis conſuetudinem diucius obſervatam per rectores eccleſiarum hujusmodi in facie eccleſie matrimonialiter copulari non obſtante ſtatuto provinciali Moguntino, quo hoc fieri prohibetur. Datum ſub meo ſigillo anno domini m° ccc° xxvj° idus Junii.

1326 Juni 15. Das Kreuzkloſter verkauft ſeinem Kaplan Henricus Oddonis auf Lebenszeit und hernach zu Behuf ſeiner Jahrzeit ein Haus vor dem Petrithore. [177

Original zu Wolfenbüttel. Das erſte der beiden Siegel fehlt.

NOS Dei gracia Ludolfus prepoſitus, Gertrudis abbatiſſa, Mechtildis prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium eccleſie ſancte Crucis in Rennelberghe prope Brunswich recognoſcimus preſentibus volentes ad noticiam omnium publice pervenire, quod concorditer et bona deliberatione prehabita vendidimus et dimiſimus pro quinque talentis brunswicenſium denariorum domino Henrico ſacerdoti dicto Oddonis, noſtro capellano, domum noſtram, que ſita eſt ante exteriorem valvam ſancti Petri prope murum foſſati dicte civitatis Brunswich, cujus quidem domus curia nobis pertinebat primitus jure cenſuali et adhuc pertinet ſolvitque eccleſie noſtre decem ſolidos annui cenſus denariorum predictorum, habendam uſibus ſuis ac edificandam ſeu locandam, cuicumque voluerit, ad tempora vite ſue, ita tamen, quod idem dominus Henricus aut talis, cui ipſe dictam domum locaverit, nichil cenſus de domo nobis teneatur ſolvere, ſet tantummodo de ipſa curia dicti decem ſolidi, ſcilicet quinque in feſto paſche et quinque Michaelis, erunt noſtre eccleſie perſolvendi quovis anno. Concedimus inſuper dicto domino Henrico favorabiliter, quod in area adjacente verſus occidentalem partem edificare poterit domum aliam ſeu manſionem pro ſuo libitu voluntatis. Poſt mortem vero ipſius domini Henrici domus ſepedicta ſimul cum curia ad noſtram eccleſiam libere revertentur, et extunc de cenſu annuo, quem domus ante-

Im Orig. 32 revertuntur.

dicta folverit feu folvere poterit, anniverfarium fuum adjunctis parentibus fuis Johanne et Ghertrude fideliter in noftra ecclefia, quo videlicet idem anniverfarius evenerit, vigiliis et miffis animarum devoteque perpetuo peragemus et cum hujusmodi denariis dominabus noftri conventus procurabimus fieri fervicium in relevamen fuorum laborum in hoc anniverfario habitorum. Ne igitur premiffa omnia in oblivionem tam apud nos quam fucceffores noftros redigantur, fet memoriter in perpetuum teneantur, prefens fcriptum inde confectum figillis noftris, videlicet . . prepofiti et . . conventus predictorum, duximus firmiter muniendum. Actum et datum in capitulo noftro convocatis ad hoc omnibus de jure vel de confuetudine convocandis anno domini m° ccc° xx° fexto in die beati Viti martyris.

1326 Juni 24. Pfarrer Bruno zu St Andreä bekundet, daß ihn weiland Bifchof Heinrich von Hildesheim beauftragt hat, den übrigen Pfarrern zu Braunfchweig die Genehmigung der dort üblichen Ehefchließung ohne Aufgebot durch den Erzbifchof von Mainz zu eröffnen. [178

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrhunderts fuper matrimonio proclamando mandatum.

EGO Bruno rector ecclefie fancti Andree in Brunswich omnibus, quibus prefentes littere fuerint exhibite, cupio fore notum, quod felicis recordacionis venerabilis in Chrifto pater ac dominus H., Hildenfemenfis ecclefie epifcopus, michi viva voce conmifit, quod dicere deberem omnibus rectoribus ecclefiarum in Brunswich Hyldenfemenfis dyoc., quod fecundum confuetudinem diucius obfervatam in Brunswich matrimonialiter poffent copulare matrimonium contrahere volentes, quivis in fua parrochia, fine proclamacione, dummodo reciperent ad manus fuas caucionem fufficientem a contrahere volentibus, quod nullum inpedimentum exifteret, per quod matrimonium dirimi poffet vel deberet, non obftante ftatuto concilii Maguntini, et hujusmodi difpenfacionem michi dixit quod optinuerit a venerabili in Chrifto patre ac domino, quondam domino P. archiepifcopo Maguntino. In cujus rei certitudinem prefentem litteram dedi figillo meo fignatam. Datum anno domini m° ccc° xxvj° viij° kalendas Julii.

1326 Juli 2. Das Vehmgericht gehegt. [179

Aus dem Liber profcriptionum et judicii vemeding. *Fortfetzung von Nr 78.*

ANNO Domini m° ccc° xxiiij° et xxv°, hiis duobus annis non eft habitum judicium. Anno m° *Bl 14'* ccc° xxvj° feria iiij^a^ poft feftum apoftolorum Petri et Pauli obfervatum eft vemeding in foffato fancti Petri.

¶ Filia Crûfes citata ex parte Gherardi aurifabri et Henrici tornatoris pro vaccis. ¶ Aleke, filia fratris Porneres, citata ex parte uxoris Johannis Stendeckere pro veftibus. ¶ Henning hern Sanderes citatus pro cupro ex parte Hen. de cimiterio et fratrum fuorum. ¶ Hintzo de Alvelde citatus ex parte Henrici Muntmefter pro pecunia. ¶ Heneke fervus et Reyneke mit deme

vlaſſe citati ex parte Hildebrandi de Hone pro monilibus et ornatibus argenteis. ¶ Sperling citatus pro frumento Johannis de Vlotede. ¶ Berta mulier de Eytzem furtum retinuit, ſcilicet caſulam. ¶ Heneke Duvel peneſticus citatus ex parte Conradi de domo pro porcis. ¶ Bertolt de Borchtorpe citatus ex parte Gherberti fabri pro ferro et calibe. ¶ Gheſe Waghenvoreres citata fuit ex parte Blanken pro toga. ¶ Henneke de Stenhuſe citatus ex parte Eyken pelvificis pro caldariis. ¶ Muſchert citatus pro diverſis, que furatus eſt. ¶ Conradus Pepermole citatus ex parte Bertoldi de Elvede pro lana. ¶ Nachtman judeus negavit duos pannos, quos perdidit Jo. Slachman. ¶ Kerſten Slavus citatus pro olla et ſuperplicio. ¶ Ludeke Strantzun citatus pro furto ex parte Bernardi Scereres. ¶ Conradus Spangenghetere citatus pro furto. ¶ Antlat negavit unum pannum mulieri, pro quo eſt citatus. ¶ Hermen de Eſſende citatus ex parte Poppen ſartoris pro furto.

1326 Juli 6 Rom. Biſchof Stephan von Veriſſa verheißt Allen, die vor dem Schweißtuche der h. Veronica zu St Petri beten, vierzigtägigen Ablaß. [180

Original im Stadtarchive; das Siegel aus rother Maſſe an gelbem, blaugerändertem Zwirnsbande. — Formular wie Bd. II, Nr 117.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis frater Stephanus, Dei gracia Verienſis epiſcopus, ſalutem in domino ſempiternam. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur ex parte Methildis nobis humiliter fuerit ſupplicatum, ut omnibus venientibus ad Veronicam, id eſt ymaginem wltus Chriſti, que in eccleſia beati Petri apoſtoli in Brunswich continetur dyoc. Hyldenſemenſis, velimus indulgentiam exhibere, nos vero de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui vel que predictam viſitaverint Veronicam in feſto nativitatis domini, circumciſionis, epiphanie, reſurrexionis, aſcenſſionis, pentecoſtes, trinitatis necnon in ſollempnitatibus beate Marie virginis, ſanctorum Petri et Pauli apoſtolorum aliorumque apoſtolorum et ewangeliſtarum, ſancti Johannis baptiſte, ſancti Nicolai, ſancti Stephani, ſancti Laurencii, ſancti Martini, ſancti Odalrici, ſancte Katerine, ſancte Margarete, ſancte Marie Magdalene, ſancte Elyſabet, ſancte Odilie, ſancte Lucie, in feſto undecim milium virginum, in feſto corporis Chriſti, in feſto omnium ſanctorum, in dedicatione eccleſie ac

Im Orig. 30 ſancte Katerine] ſancti K. 32 mille.

in die animarum et per eorum octavas et ibidem flexis genibus Pater noſter cum Ave Maria devote dixerint, xl dies de injunctis eis penitentiis miſericorditer in domino relaxamus, dummodo dyoceſanus preſtet aſſenſum. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras fieri fecimus noſtri ſigilli appenſione munitas. Datum Rome anno domini m° ccc° xxvj° menſis Julii die vj, pontificatus domini Johannis pape xxij anno decimo.

Im Orig. 5 anno ejus decimo

1326 Juli 22. Die Brüder Burchard und Gunzelin v. d. Aſſeburg verkaufen Johann Haken und ſeiner Frau 31 Schilling Hufenzins zu Remlingen. [181

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln. Gedruckt im Aſſeburger Urk.-B. II, S. 146.

NOS Borchardus miles et Guncelinus fratres, filii quondam domini Ecberti de Aſſeborch militis, tenore preſentium publice recognoſcimus et teſtamur, quod concordi voluntate vendidimus pro decem marcis examinati argenti nobis perſolutis Johanni dicto Haken ac Margarete uxori ſue, civibus in Bruneswich, et eorum heredibus triginta et unum ſolidos cenſus in quatuor manſis ſitis in campis ville Remninge, videlicet ſeptem ſolidos cum dimidio in altero dimidio manſo, quos habent Fredericus et Conradus fratres de Remninge, cives in Bruneswich, inſuper decem et ſeptem ſolidos cum dimidio in duobus manſis, quos habet Conradus Wasmodinghe, et ſex ſolidos in dimidio manſo, quem habet Johannes Hillewerdinge, cives in Remninge, et contulimus et per preſentes conferimus jam dictis civibus et eorum heredibus prefatum cenſum in predictis manſis poſſidendum et habendum in ſolidum et in totum juſto tytulo pheodali. Promittimus etiam per preſentes prenominatis perſonis et eorum heredibus, quod volumus eos in pacifica poſſeſſione predicti cenſus legitime defendere et ab omni homine disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpetitionem aut controverſiam ipſis ab aliquo moveri contigerit de eodem cenſu in toto vel in parte. Ad quod faciendum obligantes nos et heredes noſtros ipſis et eorum heredibus preſentem litteram inde conſcriptam eis dedimus ſigillis noſtris patenter conmunitam. Teſtes etiam ſunt Wedego et Bertrammus de Veltſtede, Bertrammus de Dammone, Henricus de Nendorpe, Helmoldus de Tzicte, burgenſes in Bruneswich, et alii plures fide digni. Actum et datum anno domini milleſimo ccc° xx° ſexto in die beate Marie Magdalene.

1326 Auguſt 23. Herzog Otto eignet dem Kreuzkloſter den Steinhof zu Zweidorf. [182

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel.

IN Nomine domini amen. Nos Otto Dei gracia dux in Brunswich omnibus in perpetuum. Ad perpetuam memoriam omnium Chriſti fidelium tam preſentium quam futurorum volumus publice pervenire, quod Ludolfus de Honlage miles et Conradus de Velſtede, civis in Brunswich, reſignaverunt nobis curiam ſitam in villa Twedorp, que wlgariter dicitur Stenhof, et unum

manſum ſitum in campis ejusdem ville ad eandem curiam pertinentem, quam curiam cum dicto manſo Conradus de Velſtede predictus ad vite ſue tempora debuerat poſſediſſe. Nos vero pie propter Deum et pro decem marcis nobis datis ſepedictam curiam cum ſuo manſo et eorum omnibus pertinenciis in villis, agris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis damus et appropriamus monaſterio ſanctimonialium in Rennelberge jure proprii, dotaliter et eccleſiaſtica emunitate ab omni jure advocacie, comicie et qualibet ſervitute liberam et exemptam pacifice et quiete perpetue poſſidendam, adicientes, quod volumus predictum monaſterium de prefata curia et ſuo manſo legitime warandare et a quolibet inpetente disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpetitionem aut controverſiam eidem monaſterio moveri contigerit de aliquo premiſſorum. In hujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum pro nobis et noſtris fratribus dilectis, videlicet Magno et Erneſto, quorum tutelam adhuc gerimus, patenter preſentibus eſt appenſum. Teſtes eciam ſunt Ghevehardus de Weverlinge et Borchardus junior dictus de Aſſeborch, milites, Bernardus Calvus et Henricus Bernardi et Thidericus Dûring, burgenſes in Brunswich, et alii plures ſide digni. Actum et datum anno milleſimo treceenteſimo viceſimo ſexto in vigilia beati Bartholomei apoſtoli.

Im Orig. 4 *fehlt* in. 9 movere.

1326 Auguſt 27 Biſchof Otto von Hildesheim regelt die Rechtsverhältniſſe der Heiligengeiſtskapelle. [183]

Original mit Siegel im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche).

NOS Otto Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus ad perpetuam rei memoriam preſentibus proteſtamur, quod capelle ſancti Spiritus apud muros Bruneswichcenſes jus patronatus et ad eam preſentandi ac ad altaria in eadem exiſtentia et que in ipſa fundari contigerit in futuro, ſpectat ad . Conſules ejusdem civitatis Bruneswich jam predicte. Et quia dicta capella non habet populum regendum ad ipſam pertinentem, declarantes et decidentes pronunciamus ipſam ſimplex eſſe beneficium et penitus incuratum. Verum quia eadem capella ſita eſt intra parrochiam eccleſie ſancti Mychaelis in Bruneswich, decernimus, quod . . rectores ejusdem capelle ac ipſorum familia debent a . rectoribus eccleſie ſancti Mychaelis jam dicte eccleſiaſtica recipere ſacramenta et eisdem facere debitam juſticiam ſicut alii ſui parrochiani, adicientes, quod omnia, que eidem cappelle predicte et altaribus in ea fundatis et fundandis ac ipſorum . . rectoribus qualitercumque donari contigerit et offerri, debent ipſis libere remanere, auctoritate ordinaria decernentes irritum et inane, quicquid in horum contrarium contigerit attemptari, ſalvo tamen nobis et noſtris ſucceſſoribus ac loci archidyacono jure noſtro quoad capellam hujusmodi et altaria ac rectores eorundem. Igitur, ut hec omnia inmutabiliter firma maneant atque rata, preſentem litteram inde conſcriptam appenſione ſigilli noſtri duximus perpetualiter roborandam. Datum et actum anno domini m° ccc° xxvj° vj° kalendas Septembris.

1326 September 3. Pfarrer Johannes zu St Michaelis an Biſchof Otto von Hildesheim: willigt in die Ueberlaſſung der Opfer in der Heiligengeiſtskapelle an deren Rectoren. [184

Original im Stadtarchive (unter den Urk. der Martinikirche); das aufgedrückt geweſene Siegel iſt abgefallen

REVERENDO Domino ſuo, domino Ottoni Hildenſemenſis eccleſie epiſcopo, Johannes rector eccleſie ſancti Mychaelis in Bruneswich reverencie, ſervicii quicquid poterit et honoris Ut litteram capelle ſancti Spiritus a . . ſcriptore . . Conſulum Bruneswicenſium vobis preſentatam ſub iſto articulo incluſo, quod oblaciones, quas in dicta capella offerri contigerit, . . rectoribus ejusdem capelle et altarium in eadem exiſtencium maneant, ſigilletis, meum adhibeo conſenſum benivolum per preſentes. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum duxi tergotenus preſentibus apponendum. Anno domini m° ccc° xxvj° feria quarta poſt diem beati Egidii.

Im Orig. 7 **quas] q̄.**

1326 September 30. Pleban Berthold zu Kißleben, Procurator der Pröpſtin Sophia von Quedlinburg, eignet Hermann von Sonnenberg, ſeiner Frau und ſeinem Bruder eine halbe Hufe zu Sonnenberg. [185

Original mit Siegelreſt im Stadtarchive (unter den Urkunden des Matthäikalands). Rückvermerk des XIV Jahrhunderts **uppe xviij den. Sunneberch**

EGO Bartoldus plebanus in Cisleve, procurator honorabilis domine Sophye, Quedeligeborgenſis eccleſie prepoſite, recognoſco per preſentes, quod Hermanno de Sunnenberch et Gertrudi uxori ſue et Ambroſio fratri ſuo et ejus veris heredibus, civibus in Bruneswich, contuli dimidium manſum ſitum in campis Sunnenberch decem et octo denarios ſingulis annis ſolventem jure hereditario poſſidendum. In cujus rei evidens teſtimonium meum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini m° ccc° xxvj° in craſtino ſancti Michahelis archangheli.

1326 October 19. Vier Brüder von Steder geloben Rath und Bürgern zu Braunſchweig, ihre beſchworenen Friedensgelübde zu halten. [186

Original im Stadtarchive. Von den vier Siegeln fehlen das dritte und das vierte. Rückvermerk des XIV Jahrhunderts orveyde Stedere.

NOS Fredericus miles, Johannes, . . Torn et Monek famuli, fratres de Sthedere, recognoſcimus publice per preſentes nos in ſolidum et in totum fide data firmiter obligando, quod treugas et federa pacis manibus convolutis et juramentis preſtitis per nos corporaliter promiſſa . Conſulibus et . burgenſibus univerſis et ſingulis in Bruneswich volumus et debemus perpetue inmutabiliter obſervare, renunciantes pro nobis et noſtris heredibus omnibus actionibus et inpeticionibus, ſi que nobis contra ipſos conpetebant ſeu conpetere poſſent aliqualiter in futu-

ro, adicientes eciam: ſi treuge et federa pacis premiſſa a quoquam noſtrum opere vel facto reciſa fuerint ſeu ſoluta, quod abſit, volumus omnes conjunctim et diviſim pari pena cum ſolvente et recindente treugas et federa pacis ſupradicta ſubici et aſtringi, quam penam in nos et quemlibet noſtrum ſuscipimus extunc ut exnunc in hiis ſcriptis, ac ſi exceſſus talis ſolventis treugas et federa pacis ſepedicta fuerit per nos ipſos conjunctim et diviſim perpetratus. In quorum evidens teſtimonium, ut premiſſa omnia et ſingula a nobis firma ſerventur et inconvulſa, . . Conſulibus et burgenſibus Bruneswicenſibus memoratis dedimus preſens ſcriptum noſtris ſigillis patenter conmunitum. Datum et actum anno domini m° ccc° xxvj° . . xiiij° kalendas Novembris.

1326 October 29. Alheid, Witwe Friderichs v. Roden, beſtellt vor dem Neuſtädter Rathe Vermächtniſſe zu Gunſten ihrer Tochter und ihrer Enkelin. [187

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt. Am Rande van der Rodeſchen dochter. *Vorher Nr 164.*

Bl. 8' EGO Alheydis, relicta Frederici bone memorie dicti de Rodhen, preſentibus ſcriptis publice recognoſco, quod probe filie mee Jutten corpore vivo et voluntate libera dedi et dabo poſt obitum meum parvam domum ſitam verſus valvam ſancti Andree juxta domum meam, quam inhabito, juſta poſſeſſione perpetue poſſidendam, conditione tamen iſta interpoſita, quod prefata Jutta filia mea ſingulis annis de eadem domo omni contradictione ſemota in commemorationem anime mee dimidiam marcam ſit datura. Inſuper arbitrio meo confirmo predictam Juttam filiam meam, ut poſt obitum meum ab omnibus bonis et rebus ſupermanentibus debitis meis, que ego perſolvere undique teneor, prius ab hiis perſolutis partem, quemadmodum alii pueri mei, ſuam recipiat et colligat equalem. Item promitto et firmiter volo, ut prius, antequam diviſio rerum mearum fiat, Rickelen, filie Jutten filie mee, de bonis et rebus meis duo chori reddituum, unus ſiliginis et alter tritici, emantur ſingulis annis absque inpedimento percipiendi et in uſus ſuos convertendi. Et ne alicui dubium ſuper hoc oriatur, nos Conſules Nove civitatis, Ludolfus de
Bl. 9 Ringelem, Thidericus Abbatis, Albertus Blivot, Johannes Magnus, Thidericus de Brokelde et Johannes de Munſtede, recognoſcimus, hec coram nobis fore facta, et in teſtimonium ad noſtrum librum ſcribi fecimus anno domini m° ccc° xxvj° in craſtino Simonis et Jude apoſtolorum.

In der Hſ 19 mei] ſui.

1326 November 25. Ludeger v. Garßenbüttel verkauft der Kirche des Marienſpitals eine Hufe zu Wendebüttel. [188

Original im Stadtarchive mit Siegel an rothem Seidenſtrange

EGO Ludegherus de Garsnebutle miles recognoſco publice et omnibus hanc litteram viſuris vel audituris eſſe volo manifeſtum, quod cum conſenſu heredum meorum omnium pro decem et novem marcis puri argenti brunswicenſis ponderis et valoris michi integraliter per-

ſolutis vendidi et dimiſi eccleſie novi hoſpitalis beate Marie virginis apud Longum pontem in Brunswich et proviſoribus ejusdem eccleſie unum manſum ſitum in Wendebutle cum omnibus utilitatibus ſeu proventibus et pertinentiis ſuis univerſis tam in villa quam in campis, ſilvis, agris cultis et incultis, pratis, paſcuis, viis et inviis libere et quiete perpetue poſſidendum. Volo inſuper dicte eccleſie et ejus proviſoribus de prefato manſo et ſuis pertinentiis una cum heredibus meis debitam facere warandiam et ipſos ab omni inpetitione legitime defendere et exbrigare, ubicumque et quandocumque ipſis opus fuerit et neceſſe, renuncians pro me et ipſis meis heredibus omni utilitati et juri, quod michi aut ipſis in dicto manſo conpetebat et conpetere potuiſſet in futuro. In cujus rei evidens teſtimonium et ad premiſſa omnia firmiter tenenda pro me et heredibus meis ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Teſtes etiam hujus rei ſunt ſtrennui viri Rodolfus de Garsnebutle et Bertoldus de Velthem, milites, necnon discreti viri Hildebrandus Eleri, Hildebrandus de Luckenum, burgenſes in Brunswich, et Hako, proviſores pro tempore dicte eccleſie hoſpitalis, et quam plures alii ſide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° viceſimo ſexto in die beate Katerine virginis et martyris.

1326 November 25. Rudolf v. Garßenbüttel und Berthold v. Veltheim bezeugen vorſtehenden Verkauf. [189

Original im Stadtarchive mit zwei Siegeln an rothen Seidenſtrangen

NOS Rodolfus de Garsnebutle ac Bertoldus de Velthem, milites, omnibus hoc ſcriptum viſuris ſeu audituris volumus eſſe notum, quod preſentes fuimus, vidimus et audivimus, quia ſtrennuus miles Ludegherus de Garsnebutle de conſenſu heredum ſuorum pro decem et novem marcis argenti puri vendidit et dimiſit unum manſum in Wendebutle ſitum cum omnibus ejus pertinentiis et utilitatibus tam in villa quam in campis eccleſie novi hoſpitalis ſancte Marie virginis apud Longum pontem in Brunswich et . . proviſoribus ejusdem eccleſie perpetualiter poſſidendum, cui etiam manſo et omnibus utilitatibus ſuis et juribus pro ſe et heredibus ſuis renunciavit penitus, que ſibi in eo conpetebant et conpetere potuiſſent in futuro. Promiſit etiam debitam de dicto manſo facere warandiam predictis . . eccleſie et proviſoribus et ab omni inpetitione ipſos legitime una cum heredibus ſuis velle defendere et exbrigare, quando aut ubi opus fuerit et neceſſe. In cujus rei teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Actum et datum anno domini m° ccc° xx° ſexto in die beate Katerine martyris et virginis glorioſe.

1326 November 25. Ludeger und Rudolf v. Garßenbüttel an Biſchof und Domkapitel zu Hildesheim: ſenden dem Stifte eine Hufe zu Wendebüttel auf. [190

Original im Stadtarchive: Ludegers Siegel fehlt, das Rudolfs liegt bei. Rückvermerk des XIV Jahrunderts Hildebrando Eleri debet.

VENERABILI In Chriſto patri ac domino ſuo, domino Ottoni Hildenſemenſis eccleſie epiſcopo, necnon honorabilibus dominis . . prepoſito, . . decano totique capitulo ejusdem eccleſie Ludegherus et Rodolfus dicti de Garsnebutle, milites, cum reverentia et honore paratum ſuum in omnibus famulatum. Reverentie veſtre unum manſum in Wendebutle ſitum, quem a vobis in pheodo tenuimus, cum omnibus ſuis juribus, utilitatibus et pertinentiis, ſicut poſſedimus et habuimus, vobis reſignamus in nomine domini in hiis ſcriptis. Volentes hanc noſtram reſignationem fore efficacem preſentem litteram noſtrorum munimine ſigillorum duximus roborandam. Actum anno domini m° ccc° viceſimo ſexto in die beate Katerine virginis.

1326 November 26 Braunſchweig. Ludolf Eliä verkauft Frau Mechtilden von Bortfeld und dem Kloſter Steterburg ſein Lehnrecht an ſechs Morgen zu Geitelde. [191

Steterburger Copialbuch zu Wolfenbüttel, S. 362.

LABILIS Hominum expoſcit memoria, ut ſcriptis perhennentur et confirmentur facta perpetuis temporibus duratura. Hinc eſt, quod ego Ludolphus Helie, civis in Brunswich, bona voluntate cum conſenſu meorum heredum pro quatuor marcis puris mihi plenarie perſolutis vendidi, dimiſi et in poſſeſſionem tradidi ſex jugera in campo Ghetlede ſita, que hactenus ab eccleſia in Stederborch tenui, domine Mechtildi de Bortvelde et eccleſie in Stederborch in comparationem luminarium ſancti Nicolai ad habendum et poſſidendum pacifice et quiete in perpetuum, ſicut ego hactenus habui et poſſedi. Inſuper renuntio omni juri, quod mihi in ipſis jugeribus competebat vel meis heredibus competere poterit quomodolibet in futurum. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt impreſſum. Datum Brunswich anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſexto in craſtino Katharine.

1326 December 9. Der Altſtädter Rath urkundet über die Stiftung des Allerheiligenaltars im Marienſpitale. [192

Zwei nahezu gleichlautende Originalausfertigungen im Stadtarchive, die eine unter den Urkunden des Marienſpitals (A), die andere unter denen der Martinikirche (B); bei A das Burgenſenſiegel an rothem, das des Spitals an gelbrothem, bei B beide Siegel an rothen Seidenſträngen.

IN Dei nomine amen. Memoria hominum conſulte juvatur, dum geſte rei ſeries litterali teſtimonio roboratur. Hinc eſt, quod nos Conradus Holtnicker ſenior, Bernardus Druſebant, Rodolfus de Calve, Ludolfus Oſſe, Wedego de Veltſtede, Bertrammus de Dammone, Hildebrandus de Luckenum, Conradus Dhoring, Hermannus Bernardi, Hermannus Holtnicker, Thidericus Dhoring et Ludolfus Felix, pro tempore Conſules in Bruneswich, procuratores novi hoſpitalis

Im Orig. 27 dum] cum *B.*

infirmorum beate Marie virginis glorioſe ſiti apud Longum pontem ibidem, ad noticiam omnium tam preſentium quam futurorum volumus preſentibus publice pervenire, quod discreti viri dominus Henricus dictus de ſancto Stephano, ſacerdos, et Ecbertus Scheveling in remedium animarum ſuorum parentum et ſuarum legaverunt et dotali jure donaverunt centum marcas puri argenti et ponderis bruneswicenſis ad dotandum in jam dicto hoſpitali altare in honore omnium ſanctorum conſecratum ac idem altare perpetue diebus ſingulis officiandum et easdem centum marcas . . proviſoribus predicti hoſpitalis cum noſtro ſcitu preſentaverunt. Quarum iidem proviſores ſeptuaginta marcas in quatuor manſos ſitos in Werle et duos manſos ſitos in Slizſtede comparatos cum ſuis pertinentiis a Bertrammo de Werle juniore, famulo, cum noſtro ſcitu converterunt, de quibus proviſores prefati hoſpitalis, quicumque pro tempore fuerint, dabunt perpetue ſucceſſoribus predicti domini Henrici, quicumque extiterint, duodecim choros tritici et quatuor choros ſiliginis pure et valentis annone in die beati Michaelis annis ſingulis expedite. reſiduas vero triginta marcas iidem proviſores in tres manſos in Wendebutle ſitos et a Bertoldo de Gotlande ac Jordano de Wendebutle comparatos accedente noſtro conſenſu ſimiliter converterunt, de quibus proviſores memorati ſucceſſoribus dicti domini Henrici ſupradictis dabunt tria talenta novorum bruneswicenſium denariorum etiam perpetue in die beati Michaelis annis ſingulis memorato. Preterea recognoſcimus, quod proviſores hoſpitalis ſepedicti dabunt expedite prefato domino Henrico, prout conditionatum extitit inter eos, decem talenta bruneswicenſium denariorum novorum in die beati Michaelis annis ſingulis, quoad vixerit, pro officiatione altaris memorati, adiciendo: ſi dictus dominus Henricus diem beati Michaelis ſupervixerit, dicta decem talenta ſibi aut cui ipſa danda decreverit, integraliter debent dari. In quorum evidens teſtimonium, ut premiſſa omnia et ſingula firma ſerventur et inconvulſa, ac devotio domini Henrici et Ecberti predictorum effectum perpetuum ſorciatur, dedimus preſens ſcriptum noſtre civitatis et ſepedicti hoſpitalis ſigillorum muniminibus roboratum. Datum et actum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſexto quinto idus Decembris.

Im Orig. 15 dicti *fehlt B.*

1327. Allerlei Theidung. [193

Aus dem Degedingebuche der Altſtadt. Fortſetzung von Nr 157.

Anno domini m° ccc° xxvij°.

CONRAD De koc hevet beſcheden ij marc geldes in den x marc geldes, de he hevet tho ſente *Bl. 69'* Mariendale, hern Henrike ſime ſone deme goddesriddere tho ſime live. Kofte men ſe weder na Kordes dode, ſo ſcolen deſeme ſilven hern Henrike Conrades erven geven xx marc van deme ſilven gelde. darmede is he vorſceden van al ſime erve. Vortmer, wat diſſe Cort levet na

ſime dode boven dat, dat he ſiner husvrowen gegeven hevet, dat ſchal hebben Herman ſin ſone. Vortmer, ſtorve ſin husvrowe er eme, ſo ſcal Herman ſin ſone geven Greten ſiner dochter xx marc, ofte ſe levet.

Heyneke Scele hevet Greten ſiner husvrowen beſceden in ſime erve xxx marc lodiges ſilveres. darmede ſchal ſe vorſceden ſin van ſinen kinderen, unde de kinder, de ſe bi eme hevet, de ſcolen met ſinen erſten kinderen tho dele gan. Wil Henric dit erve vorkopen, dat ſchal he don met diſſer vrowen vrunde rade unde ſcal de xxx marc legen in ander lifgedinch der vrowen. Wanne ſe afgeyt, ſo vellet dith gelt uppe Henric unde ſine erven.

Johannes, Kordes van Oberge ſteſſone, hevet afgelaten van alleme angevelle, dat eme mochte anvallen van ſiner moder unde ſiner broder wegene. |

Bl. 70 Henric Bremere hevet gekoft iij marc geldes in der Kilenbergeſchen hus ſiner vrowen vor xxx marc. de hevet he gegeven ſiner husvrowen Greten tho erme lifgedinge. Worde Greten to kort, ſo ſcolde de Kilenbergeſche de xxx marc Bremere wedergeven, darmede were ſe deſſer iij marc geldes los, unde Bremere ſcolde laten van ij hôven tho Wedele. Vortmer is Bremere x marc ſchuldech deſſer ſelven Kilenbergeſchen. ne gevet he er de nicht weder binnen twen jaren, ſo ſchal ſe ſe wedernemen unde rekenen van diſſen xxx marken.

Heyneke unde Bertold de brodere boven deme kerchove ſcolen geven ij tal. geldes erer ſuſter Aleken, der cloſtervrowen tho Dorſtad, ut erme hus. de mogen ſe ledegen met ij anderen tal. geldes, dar eren vrunden dunket, dat ſe wis ſin. Se ſcolen ok erem brodere heren Johanſe, deme moneke tho Luneborch, geven ij marc geldes tho ſente Mychaelis dage ut erme gude.

Edelere bime Herte hevet ghegeven in ſime hus Koneken ſineme ſone x marc lodiges ſilveres, ofte he ſin doth levet.

Dat hornhus uppe de Godelingeſtrate tegen Bile over, dat Hanneſes Platenmekeres hadde geweſen, dat ſteyt Heyneken boven deme kerchove unde Dedeken Kramere xix marc. Dat mach Hannus ſin om weder loſen umme dat ſelve gelt eder ſine erven.

Hennigh Smerſnidere hevet vorkoft Heyneken von Strobeke unde ſinen broderen eyne halve marc geldes in deme kampe achter deme Rennelberge vor v marc lodich. de mach he wederkopen umme dat ſulve gelt. Deſſe ſulven halven marc geldes de ſchal men geven jo tho ſente Mychaelis dage.

David Kronesben, hern Henniges ſone, hevet bekant vor deme Rade, dat ſodan lengut, alſo her David Kronesben ſin veddere meth eme hevet in den leneſchen weren, dat ſchal he met eme holden tho trûwer hant. Unde were, dat ſiner tho kort worde, ſo ſchal et vallen up hern Daviten unde ſine kindere. Sine ſuſtere ſcholen ok ere liftûcht daran beholden, unde dede es

In der Hſ. 12. 13 xxx *auf Raſur.* 13 iij *auf Raſur.* 14 iij *urſprünglich* iiij? Vortmer *u. ſ. w. ſpäter nachgetragen, von* Bremere *ab am Fußrande der Seite.*

eme nod, he en ſchal en dar nicht an hinderen, ofte he et vorkopen wolde. Hevet et ok ement mer ſek gelenet laten ane Daviten, dat is ane ſinen willen.

Herman de beckere hevet vorkoft Alheyde ſiner ſtyſmoder unde eren kinderen ij marc geldes, de he hadde in Hanneſes hus | van Veltſtede, vor xxx marc. De hevet he gekoft van Hanneſe vor xxxij marc. dar mach ſe Hannes umme wederkôpen, unde Herman mach ſe wederkopen eder ſine erven vor diſſe xxx marc. Ne kofte he er aver nicht weder er wanne Hannes, ſo ſchal men eme ij marc wederkerren to diſſen xxx marken, de hir vor benomet ſin. *Bl. 70'*

Herman de ſmet hevet gegeven Hermanne ſime ſone x marc unde Oden ſiner dochter iiij marc in ſime hus na ſime dode. de ſcholen ſe thovoren hebben, unde dar enboven ſcolen ſe to likeme dele gan mit den anderen kinderen. Bedorve he es aver, ſe en ſcolen en dar nicht ane hinderen, de wile he levet. In diſſeme ſilven hus hevet Ludolf van Winhuſen j fert. geldes, den he kofte vor iiij marc. dar mach men en weder umme kopen. Diſſen verdinc geldes unde diſſe iiij marc, de Ode ſin husvrowe hevet, de hir vor benomet ſin, de ſcolen hebben Berte unde . . . ſche ſine dochtere, cloſtervrowen tho Stederborch.

Hennigh Lakenſcherere hevet vorkoft hern Johanne, ſiner husvrowen Alheyde brodere, deme preſtere, iij marc geldes in ſime erve, de wile he levet. Wanne he dot is, ſo vallet diſſe iij marc geldes uppe Hennige unde Alheyde unde ere erven, de Alheyde kinder ſin, unde ſe ſcholen van diſſen iij marc geldes geven x marc lodiges ſilveres tho ſente Petere to eme ewigen lechte.

Herman van Urde hevet vorkoft Hennige van Urde unde Lidinge ſine maldere in *v* hoeve tho Velthem tho ver jaren. des mach Herman des dridden jares unde des verden wederkoepen jo dat jar umme *v* marc, ofte he wil. Did is geſchen mit ſiner moder unde met ſiner brodere willen.

Heyneke unde Grete, Henrikes kindere Blixen, hebbet afgelaten van aller anſprake, de ſe hadden up Werneken Blixen, eren ſtefvader, van eres vader erves wegene. dar gaf he vor xl[a] marc.

Gobele hevet vorkoft Richmanne ſin hus in der Nyenſtrate, beyde dat echterſte unde dat vorderſte.

Heyneke Dreslere hevet bekant vorme Rade, dat Odilia ſin husvrowe, Hildebrandes dochter von Luttere, ſchole | hebben x marc lodiges ſilveres tho erme liſgedinge in ſime erve. *Bl. 71*

In der Hſ. 13 *fehlt* hebben . . . *die erſte Silbe des Namens in neuer Zeile weggelaſſen.* 19 unde] van? 20 driddes. 24 echterte.

1327. Allerlei Theidung. [194

Aus dem Degedingebuche des Hagens. Fortſetzung von Nr 158.

Anno domini m° ccc° xxvij°.

NOS Jordanus Stapel, Daniel Cronesben, Gherardus Peperkelre, Johannes Frederici, Thidericus de Hemſtidde, Ludolfus de Wenthuſen, Ludolfus Mone- | tarius, Conradus Cruſe, *Bl 8'* Conſules Indaginis civitatis Brunswich, tenore preſentium publice recognoſcimus et fatemur,

quod actum et placitatum eſt coram nobis inter Olricum de Schepenſtidde parte ex una et Henricum de Luneborch, ſororium ſuum, concivem noſtrum, parte ex altera, ita videlicet, quod Olricus conmiſit ipſi Henrico decem marcas puri argenti, de quibus matri ſue in neceſſariis debet providere, hac conditione interpoſita, quod, ſi mater ipſius Olrici moreretur, vel ſi ipſe dictus Henricus nollet eam amplius ſustinere, tunc deberet prefato Olrico pecuniam dictam reddere integraliter et ex toto. Si vero cauſa paupertatis vel penurie reddere non poſſet, prenominatus Olricus ſummam pretaxatam in domo ipſius Henrici deberet optinere.

Des ſilven jares: dat Alheyd, Conredes dochter hern Dethmeres, cloſtervrowe to Lammeſpringe, heft ene halve mark gheldes to ereme live van erer elderen weghene an Kerſtenes huſe Raſchen, de wonet up der Wendeſtrate. Na ereme dode ſo heft Dethmer den vorbenomden Kerſtene begnadet, dat he eder ſine erven eder we in dem huſe wonet, mach de ſilven halven mark gheldes wederkopen vor achtehalve mark to rechter tinstid van Dethmere eder van ſinen erven.

Des ſilven jares: dat Hillebrant van Luttere unde ſine erven hebbet eyn punt gheldes in deme huſe, dat Hinrekes van Luckenum des ſmedes was, na ſuſter Greten dode der bagginen, alſe we in dem boke vûnden. Des hebbe we diſſen bref in der ſtat bok ghehengt Hillebrande unde ſinen erven.

Des ſilven jares heft Gherderud, Ludolves wedewe van Helde, mit vulbort erer ſône Ludolves unde Ghereken unde erer dochter Hilleken boven de delinge, de in diſſem ſilven boke vorbeſchreven is, . . . ereme ſone ghegheven ver lodighe mark vor al de ſchult, de men ome ſchuldich is. mit dem ghelde ſcal he wanderen unde nicht wederkomen twiſchen hir unde paſchen. Hirumme heft ſe ome ghelovet, dat ſe na der tid wel ome to helpe ſenden, wat ſe vormach, oft ſe van ome nene ſpildicheit noch bosheit vornimpt. unde wat ſe ome ſant, dat ſchal men ome in
Bl. 9 ſine anderen delinge rekenen, | oft he ſiner moder dot levet.

Des ſilven jares hebbet vor os gheweſen de erven Bertoldes des Witten. de ſilven erven ſcheleden umme eyn angheval mit eyme kinde Hanneſes hern Kerſtenes, des ſilven Bertoldes dochterkint. Dat wart ghetoghen vor den meynen Rat. des vorſchedede ſe de meyne Rat aldus, dat men deme kinde ſcolde gheven van dem verden dele kindesdel. Des hebbet de erven Bertoldes des Witten deme ſilven kinde bewiſt ſevedehalve mark unde enne halven verdingh unde inghedome alſe gud alſe ſeven lot. Dat vorſprokene ghelt is deme kinde bewiſt an Ebelinges huſe van Deſtidde uppe der Knokenhowereſtrate, unde de ſilve Ebelingh van Deſtidde heft vor os ghewilkoret, dat he dat ſilve kint holden wille vor dat vorſprokene ghelt alſo lange, went des kindes vrûnt dat ome eyn half jar vore weten laten: ſo ſcholde he dat kint mit deme ghelde van ſek antworden. Weret ok, dat he des kindes nicht lengh holden welde, dat ſcolde he des kindes vrunden ok eyn half jar vore weten laten.

In der Hſ. 1 *fehlt* ex. 4 vel ſi] vel quod. 18 *fehlt Name u.* ereme ſone. 32 welden *nach* he *falſchlich* dat *übergeſchrieben.*

Des ſilven jares. Recognoſcimus, quod controverſia et diſſentio fuit inter Katherinam, relictam Alfridi Lemmeken quondam noſtri concivis, et ſuum filium Johannem der Lemmekeſchen dictum, opidanum in Honovere. Diverſisque tractatibus et placitis inter ipſos habitis ſupra quandam ſummam pecunie, quam idem Johannes matri ſue antedicte ſolvere tenebatur, tandem ſepedictus Johannes ad noſtram veniens preſentiam renunciavit omni juri et impetitioni hereditario ſui patris et matris predictorum, quod ipſum contingeret in bonis eorundem vel in poſterum contingere videretur.

1327. Allerlei Theidung. [195

Von einem dem Rechts- und Degedingebuche des Sackes nach Bl. 13 eingehängten Pergamentzettel.

HENRIK Van Woldwiſche heft afghelaten van ſines vader unde ſiner moder erve, dat ſe hebbet buten der ſtad unde binnen der ſtad, alſo dat he dar nene anſprake up don ne ſcal, de wile ſin moder levet. Wanne ſe aver dot is, ſo ſcal he eyn recht erve weſen alſe de anderen kindere to alſodaneme dele, alſe em vallen mach van vader weghene unde van moder. Actum anno domini m° ccc° xxvij° coram Conſulibus in Sacco.

1327. Verfeſtete der Altſtadt. [196

Aus dem Liber proſcriptionum et judicii vemeding. *Fortſetzung von Nr 159.*

M° ccc° xxvij°.

BRAND Et Henricus fratres dicti Clot, Heyſo et Henricus vern Meteken, ſuageri eorundem, *Bl. 5*
cives in Atleveſſen, ſunt proſcripti ex parte Gotfridi et Jordani fratrum Cramere et Hildebrandi de Luckenum, quia occiderunt Fredericum et filium ſuum dictum Grône, cives in Atleveſſen.

Hermannus de Nyenborch oltbotere eſt proſcriptus ex parte Tilonis Tonyesverken, quia percuſſit eum baculo ad mortem.

1327 Januar 8. Ritter Jordan v. Wendhauſen und ſeine Söhne verkaufen den Brüdern vom Kirchhofe einen Hof und eine Hütte auf dem Kirchhofe zu Eveſſen und belehnt ſie mit beiden.

Aus dem Copialbuche des Kreuzkloſters xv Jahrhunderts zu Wolfenbüttel, Bl. 5.

NOS Jordanus miles dictus de Wenthuſen, Ludolphus et Lippoldus fratres, filii dicti domini Jordani, famuli, recognoſcimus publice per preſentes, quod concordi voluntate et unanimi conſenſu vendidimus Henrico et Bertoldo fratribus dictis de cimiterio, burgenſibus in Brunswigk, et ipſorum veris heredibus curiam noſtram in villa Eveſſem apud turrim eccleſie verſus aquilonem cum una caſa in cimiterio ibidem et ipſos in poſſeſſionem miſimus ejusdem curie cum omnibus ſuis uſufructibus, proventibus, pertinentiis ac juribus univerſis, quibus nos hactenus curiam et caſam predictas habuimus et poſſedimus, quiete et pacifice poſſidendas pro viginti et

Im Orig. 32 uſufructus.

una marcis puri argenti et ponderis brunswicenſis nobis integraliter perſolutis. Contulimus etiam et conferimus in hiis ſcriptis Henrico et Bertoldo fratribus memoratis curiam cum caſa prefatam juſto titulo pheodali, nos fide data preſentibus firmiter obligantes, quod de curia et caſa predictis Henrico et Bertoldo ac ſuis heredibus ſepedictis volumus legittimam preſtare warandiam, ubicunque et quandocunque ipſis opus fuerit et neceſſe, et eosdem ab inpetenti quolibet disbrigare. Preterea nos Ludolphus et Lippoldus fratres prenotati recognoſcimus et nos in ſolidum fide data preſentibus firmiter obligamus: ſi ſepedicta bona ad nos quocunque modo devolvi contigerit, nos eadem Henrico et Bertoldo fratribus et ſuis heredibus prelibatis absque omni contradictione, cum fuerimus requiſiti, pheodali juſto titulo conferemus. Poſſumus tamen curiam et caſam ſupradictas reemere pro pecunia memorata, ſi nobis expedire videbitur, infra annum continuum poſt feſtum purificationis beate Marie virginis nunc inſtans proxime conputandum. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra duximus patenter preſentibus apponenda. Teſtes etiam premiſſorum ſunt discreti viri et honeſti domini Engelbertus decanus eccleſie ſancti Blaſii in Brunswigk, Radolfus vicarius ibidem, Hildebrandus Eleri, David et Joannes fratres dicti Kronesben, Henrik de Ursleve et Joannes de Achem, cives in Brunswigk, ac plures alii fide digni. Datum et actum anno domini m° ccc° xxvij° feria quinta infra octavam epiphanie domini.

Im Orig. 5 easdem. 9 conferimus.

1327 März 18. Der Neuſtädter Rath bekundet, daß Alheid Slammen auf ihr Vater- und Muttererbe verzichtet hat. [198

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt; am Rande van Alheyde Slammen. *Vorher der Eintrag von 1327 October 21.*

Bl. 9 NOS Boſſo Settere, Thidericus Abbatis, Albertus Blivot, Dedolfus Widenveld, Johannes Gherwini, Conradus Rotgheri, Conſules Nove civitatis illo anno, tenore preſencium publice recognoſcimus, quod Alheydis, filia Hermanni quondam dicti Slamme noſtri concivis, coram advocato noſtre civitatis et nobis reſignavit et renunciavit bono animo omni hereditati, que
Bl. 9' ſibi nomine patris ſui predicti et matris ſue cedebat et ſucceſſoribus | ſuis cedere poſſet in futuro, ita videlicet, quod eadem Alheydis et omnes ſui heredes Johannem et Olricum dictos Slammen, fratres ſuos, et pueros eorum, ſi quos eos habere contigerit, nullo modo debent inpetere vel pro aliqua hereditate amodo moleſtare. Et hoc factum fecimus ſcribi ad librum noſtre civitatis in teſtimonium ſuper eo anno domini m° ccc° xxvij° feria quarta ante Letare.

1327 März 20. Pfarrer Reimbold zu St Katharinen bekundet ſeinen Vergleich mit Konrad Wasmoding zu Remlingen wegen einer Lathuſe dort. [199

Das Original verloren; wenig jüngere Abſchrift im Copialbuche der Katharinenkirche S. 18f. mit dem Rubrum Littera domini Reymboldi plebani de manſo uno ſubtracto in Remninghe. *Gedruckt bei Gebhardi, Hiſt. Nachr. von dem Stifte St Matthäi in Br., S. 87.*

NOVERINT Univerſi preſentium inſpectores, quod ego Reymboldus rector eccleſie ſancte Katerine in Brunswich dudum litigaveram cum Conrado Wasmodinghe, cive in Remninghe, pro uno manſo litonico in campo ibidem ſito, quem dicebat ſe emiſſe a quodam cive Thiderico Werdere dicto. ego vero eundem emeram et conparaveram cum duobus manſis aliis ibidem ſitis, quos Johannes Vleming colit, et cum duodecim manſis aliis litonicis in Twelken ſitis a decano et capitulo ſancti Bonifacii in Halberſtat pro centum et quinquaginta marcis puri argenti, ſicut hoc probavi cum literis reverendi domini Alberti, pie memorie Halberſtadenſis eccleſie epiſcopi, et decani et capituli predictorum coram honorabilibus et religioſis viris . . domino Hinrico abbate pro tempore et domino Gotfrido quondam abbate, Conrado dicto Koman priore, Ludolfo dicto Dhöring theſaurario, Thiderico Yſerengrevere cellerario et Hinrico de Haverla camerario monaſterii ſancti Egidii in Brunswich, magiſtro Bernardo rectore eccleſie in Erkerode, domino Wernero plebano in Remninghe et domino Wernero in Weſterbywende plebano et aliis pluribus preſentibus fide dignis. Tandem dictus Conradus videns et ſentiens, ſe in ſuo jure deficere, reſignavit coram dominis antedictis manſum predictum ad manus meas et meorum ſucceſſorum graciam petendo. Ego quidem miſericordia motus feci ſibi hanc graciam, quod dictum manſum Johanne, uxori dicti Conradi, et Wasmodo et Hermanno, ſuis filiis, et Thiderico Holtat, filio ſue filie, contuli et confero in hiis ſcriptis ad vite ipſorum tempora pacifice poſſidendum, ita videlicet, quod de dicto manſo dabunt michi et meis ſucceſſoribus, quam diu aliquis iſtorum predictorum quatuor vixerit, duodecim ſolidos novorum brunswicenſium denariorum nomine annue penſionis in die beati Michahelis annis ſingulis expedite. dictis vero quatuor perſonis mortuis dictus manſus redibit ad me et meos ſucceſſores cum omni utilitate liber et ſolutus, occaſionibus, contradictionibus, exceptionibus tam jure civili quam canonico conpetentibus poſtpoſitis et ſemotis. In premiſſorum evidentiam ego Reymboldus rector eccleſie ſancte Katerine antedictus dedi preſentem litteram ſigillo reverendi domini mei Heydenrici Arietis, Halberſtadenſis eccleſie canonici, archidiaconi banni Atleveſſen, et meo firmiter conmunitam. Et nos Heydenricus dictus Aries, Halberſtadenſis eccleſie canonicus, archidiaconus banni Atleveſſen prefatus, premiſſa ratificamus, approbamus et auctorizamus ad petitiones dicti domini Reymboldi et ipſum ſuosque ſucceſſores ad obſervandum premiſſa inviolabiliter preſentibus obligamus. Teſtes hujus ſunt Hermannus Buman, gogravius pro tempore advocatie in Aſſeborch, Henningus Bertelinghe, Fredericus de Valeberge, villicus, et Henningus Hilwerdinghe et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° xxvij° feria ſexta ante dominicam Letare.

In der Copie 9 *fehlt* pro — abbate. 21 *fehlt* omni. 28 et ipſum *hinter* ſuosque *wiederholt*. *Im Drucke* 11 rectore — Erkerode] Merckerode. 25 *fehlt* Halberſtadenſis — canonici. 27 *fehlt* prefatus. 29 advocatie Maſſeborch. Hennync 30 Hennynus.

1327 März 21. Dietrich Doring bekundet ſeinen Vergleich mit dem Stifte St. Blaſien um vier Hufen zu Ölper. 200

Original zu Wolfenbüttel mit fünf Siegeln.

WE Boſſe Settere, Ludolf van Ringelem, Henning van Munſtede, Grote Jan, Dedeke Widenvelt unde Cone Blivot, radmanne to dere tyd in der Nyenſtat, bekennet, dat vor us heft ghewesen Ludeman Dene, Henninges broder Denen, de beyde oleſleghere ſint, unde heft afghelaten van alſodaneme anghevelle und dele, alſe eme ghevallen mochte van ſines broder erve, alſo dat he ene darumme nichtes mer ſcal bedeghedingen noch ſine erven. To eneme orkunde hebbe we dat in uſer ſtad bok gheſcreven laten. Actum anno m° ccc° xxviij°. *Bl. 10*

(1328.) Verfeſtete der Altſtadt. [223

Aus dem Liber proſcriptionum et judicii vemeding. *Fortſetzung von Nr 196*

M° ccc° xxviij° vel circa.

CONRADUS Junior de Horneborch eſt proſcriptus ex parte Thiderici de Vordorpe, quia fecit ei injuriam in pecude ſua. *Bl. 5*

Thileke Jutten de Solede eſt proſcriptus ex parte Ricman, quia ſpoliavit matrem ſuam, molendinariam in magno Lafforde.

Hermannus Glaſewerchte eſt proſcriptus ex parte magiſtri Hermanni Glaſewerchten, quia vulneravit eum.

Bertolt Gherardes de Brozede proſcriptus eſt ex parte Oldendorp advocati, quia violentiam fecit ſervo ſuo.

1328 Januar 5 Braunſchweig. Erwählte Schiedsrichter vergleichen Adelheid v. Semmenſtedt mit Luder Groven und ſeinem Sohne Heidenreich, Bauern daſelbſt, um ſtreitigen Beſitz. Auch verſpricht das Domkapitel zu Goslar, Adelheid in einer Hufe zu Berklingen event. nicht zu hindern. [224

Original zu Goslar mit ſechs Siegeln, darunter die Abt Heinrichs von St Aegidien, Pfarrer Reimbolds zu St Katharinen und Burchard Setteres. Gedruckt bei Bode, Urk.-B. der Stadt Goslar III, S. 535.

NOS Anno Dei gratia decanus, Conradus theſaurarius ecclesie ſanctorum Symonis et Jude apoſtolorum in Goslaria ex parte Ludigeri dicti Groven et Heydenrici filii ſui, villanorum in Tzimmenſtede, et nos magiſter Bernardus, pedagogus domini Erneſti de Brunswich, Halberſtadenſis et Hildenſemenſis eccleſiarum canonici, et Borchardus dictus Settere, civis in Brunswich, ex parte Alheydis, filie quondam Werneri de Tzimmenſtede, in cauſa, que inter dictam Alheydim et villanos predictos vertebatur, arbitri, arbitratores ſeu amicabiles compoſitores hinc et inde electi, notum eſſe cupimus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod Alheydis actrix et villani predicti in nos compromiſerunt, et nos eosdem ſuper omnibus cauſis, queſtionibus et litibus, que inter ipſos hinc et inde ſuper duobus manſis in Tzimmenſtede tam in villa quam extra ſitis vertebantur, reformavimus, et ipſi ſub pena cauſe et amiſſionis predictorum manſorum fide data nobis promiſerunt, quod ordinationem et pronuntiationem noſtram ſervare ratam debeant atque firmam. Nos vero deliberatione matura prehabita cum diſcretis ordinavimus et pronunciavimus ac in hiis ſcriptis arbitrando pronuntiamus, quod dicta Alheydis unum manſum de dictis duobus manſis tam in villa quam extra equaliter dividendis ad vite ſue tempora absque cenſu, quem eccleſia Goslarienſis predicta de eodem manſo ſingulis annis percipere conſueverat, libere poſſidebit. Inſuper nos Anno decanus et Conradus cuſtos eccleſie predicte obligamus nos et capitulum noſtrum noſtrosque ſucceſſores in hiis ſcriptis, quod in manſo uno in Berchlinghe ſito, quem Thidericus dictus Henepere bone memorie quondam poſſederat, non debemus nec volumus dictam Alheydim aliquatenus inpedire, ſi ab heredibus dicti Thiderici Henepere via juris manſum evincere poterit memoratum, cenſum nichilominus noſtre eccleſie de eodem manſo dando annis ſingulis nobis ſalvo. Et in evidentiam premiſſorum nos Anno et Conradus et magiſter Bernhardus et Borchardus, arbitri predicti, ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Et ego magiſter Bernhardus predictus, quia ſigillo proprio carui, ſigillo domini Reymboldi, rectoris eccleſie ſancte Katherine in Brunswick, utor in preſenti, et ego Reymboldus rector eccleſie ſancte Katherine predictus ad preces dicti magiſtri Bernhardi ſigillum meum appoſui huic

ſcripto. Inſuper nos Henricus Dei gratia abbas monaſterii ſancti Egidii in Brunswich, judex in dicta cauſa a ſede apoſtolica deputatus, et nos decanus et capitulum eccleſie Goslarienſis ſepedicte in evidentiam ratificationis omnium premiſſorum ſigilla noſtra preſentibus eciam duximus apponenda. Teſtes hujus ſunt honorabiles viri domini Syfridus de Alten, magiſter Bruno et Reymboldus, rectores eccleſiarum ſancti Martini et ſancti Andree et ſancte Katerine in Brunswich, et plures alii fide digni. Actum et datum Brunswick anno domini m° ccc° xxviij° in vigilia epyphanie domini.

1328 Januar 15. Pfarrer Johannes zu Bortfeld willigt in die von Biſchof und Domkapitel zu Hildesheim vollzogene Schenkung der Bortfeldiſchen Hufe in Wendebüttel an das Marienſpital. [225

Original mit ſtellenweiſe verlöſchter Schrift im Stadtarchive; das Siegel fehlt.

EGO Johannes rector eccleſie in Bortvelde recognoſco publice per preſentes, quod donacioni proprietatis unius manſi ſiti in campis ville Wendebutle, dicti Bortveldeſche hoeve, celebrate et erogate a venerabili in Chriſto patre domino Ottone et . . . capitulo eccleſie Hildenſemenſis hoſpitali infirmorum beate Marie virginis in Bruneswich ſito meum adhibui et adhibeo preſentibus conſenſum benivolum et favorem ipſam affirmando et approbando firmiter per preſentes, renuncians pro me et meis ſucceſſoribus quibuscunque omni actioni ac impeticioni, quascunque contra dictum hoſpitale et ſuos procuratores occaſione dicti manſi habuimus ſeu habere poſſemus aliqualiter in futuro, ſalvo tamen nobis quinque ſolidorum bruneswicenſium denariorum cenſu ſolvendo michi et meis . . ſucceſſoribus expedite annis ſingulis in die beati Mychaelis ab eodem. In cujus rei teſtimonium dedi preſens ſcriptum meo ſigillo firmiter roboratum. Datum anno domini m° ccc° xxviij° feria ſexta proxima poſt octavam epyphanie ejusdem.

1328 Februar 19 Langenſtein. Biſchof Albrecht von Halberſtadt trifft Anordnung zur Sicherung der Jahrzeiten und Feſte zu St Katharinen. [226

Das Original fehlt; Abſchrift in dem ziemlich gleichzeitigen Copialbuche der Katharinenkirche S. 20 mit dem Rubrum Littera epiſcopi Halb. de anniverſariis ſubtractis.

NOS Albertus Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus notum eſſe cupimus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod discretus vir Reymboldus, rector eccleſie ſancte Katerine in Brunswich, nobis expoſuit, quod aliquorum fidelium anniverſarios et quedam feſta in ſua eccleſia predicta perpetue peragenda in miſſalibus eccleſie ſue diverſis ad mandatum venerabilium patrum epiſcoporum anteceſſorum noſtrorum ſecundum ſtatuta provincialia propter eorum memoriam invenerit conſcripta et quosdam ad mandatum venerabilis patris domini Alberti pie memorie, anteceſſoris noſtri, in miſſali eccleſie temporibus ſuis factos eciam ſcribi propter eo-

rum memoriam fecerit et notari, quorum heu jam aliqui per negligentiam, oblivionem et quorundam ſubtractionem inprovidam debito ac ſperato fruſtrati effectu in nichilum ſunt redacti. Verum quia idem dominus Reymboldus malorum veriſimiliter futurorum, prout experientia jam in multis heu edocuit, timidus ſuper negligentiis et ſubtractionibus anniverſariorum jam factis et in antea cavendis in anniverſariis et feſtis in miſſali conſcriptis et adhuc conſcribendis in perpetua memoria et robore conſervandis noſtrum conſilium et auxilium devotiſſime inploravit, igitur, cum ſecundum canones in omnibus piis voluntatibus ſit per locorum epiſcopos providendum, ut ſecundum defunctorum voluntatem univerſa procedant, nos ut teſtamentorum executor ex officii noſtri debito et defenſor rectori . . eccleſie ſancte Katerine predicto ſuiſque ſucceſſoribus dicteque eccleſie proviſoribus in virtute ſancte obedientie et ſub pena ſuspenſionis ab ingreſſu eccleſie diſtricte precipimus et mandamus, quatenus omnes anniverſarios in miſſalibus eccleſie dicte diverſis ſcriptos et ſcribendos et feſta ſcripta et ſcribenda in dicta eccleſia peragendos et peragenda, ne devotio fidelium, qui in prefata eccleſia anniverſarios et feſta ſua pecunia et elemoſinis conparaverunt et adhuc conparabunt, ſperato fruſtretur effectu, conſcribi faciant in duobus libris, quorum unum proviſores eccleſie et alium rectores ejusdem et ſui vicarii habebunt et tenebunt pro memoriali perpetuo et regiſtro, ita videlicet, quod ſcripta in hiis duobus libris et ſcribenda tamquam approbata vel ſigillis autenticis ſigillata firma et inmutabilia debeant perpetualiter obſervari, non obſtante, ſi miſſalia, in quibus anniverſarii et feſta in ſepedicta eccleſia peragenda ſunt conſcripta, forte, quod abſit, vetuſtate vel igne conſumi, perdi, furari contingeret vel auferri. Mandamus eciam ſub pena premiſſa rectoribus, proviſoribus et vicariis eccleſie ſepedicte, ut anniverſarios et feſta factos et facienda fideliter, niſi legitima cauſa vel neceſſitas interveniat ſeu inpediat, peragi faciant et procurent modis debitis et conſuetis, prout indignationem omnipotentis Dei et noſtram et noſtrorum ſucceſſorum, executorum teſtamentorum, voluerint evitare et in examine diſtricti judicii reddere rationem, ratificantes, approbantes et in Dei nomine auctoritate ordinaria preſentibus confirmantes anniverſarios et feſta in predictis duobus libris ſcriptos et ſcribenda ſub pena excommunicationis jam late ſumme, quam in quemlibet in aliquod premiſſorum contrarium facientem, videlicet anniverſarios et feſta predicta facta et facienda ſubtrahentem vel auxilio, conſilio publice vel occulte quomodolibet inpedientem, ferimus in hiis ſcriptis, diſtrictiſſime inhibentes, ne quis aliquid in contrarium premiſſorum attemptare preſumat, decernentes nichilominus irritum et inane, quicquid in aliquod premiſſorum contrarium contigerit attemptari. Volumus eciam, ut dictum mandatum et recognitio executionis preſcripti mandati a rectore et proviſoribus eccleſie nunc temporis in principio dictorum duorum librorum ad mandatum noſtrum ſcribendorum ſcribantur et notentur, ut

In der Handſchr 8 pcedant. 10 pêna. 12 dicte] veſtre. 22 procurant.

tam noſtrum mandatum quam executio mandati ejusdem noſtris ſuisque ſucceſſoribus innoteſcant. Datum et actum Langhenſteyn anno domini m° ccc° viceſimo octavo feria ſexta ante dominicam Invocavit.

(1328) Februar 29. Propſt Ludolf, Priorin Margarethe und Convent zu Dorſtadt bekunden, daß Johann Platenmeker (Thorifex), *Bürger in Braunſchweig, von ihnen zum Leibgedinge ſeiner Schweſtern, der Kloſterfrauen Gertrud und Bertha, und nach deren Tode zu ihrer Begängniß mit Vigilien und Seelmeſſen drittehalb Hufen zu Cramme gekauft hat.* Datum feria ſecunda poſt Reminiſcere. [227

Nach dem jüngern der Dorſtädter Copialbücher, Bl. 33'. Die Jahresangabe fehlt; nach der Stellung dieſer Urkunde in der Reihe könnte ſie auch zum Jahre 1327 gehören, in welchem Falle das Tagesdatum März 9 wäre.

1328 März 23. Bruder Gebhard v. Bortfeld, Generalpräceptor der Johanniter in Sachſen, der Mark und Wendland, eignet dem St Simonis- und Judäaltar in der Johanniskapelle ſechs Hufen zu Vechelde. [228

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche), die drei Siegel an rothen Seidenſträngen; Rückvermerke des XIV Jahrh. von einer Hand 1. littera dominorum ſancti Johannis baptiſte ſuper miſſa perpetue illic obſervanda, 2. de perpetua miſſa obſervanda ad ſanctum Johannem ad hoſpitale.

IN Dei nomine amen. Ne acta hominum per mortem conmunem omnium annullentur, expedit, ut litterali teſtimonio memorie conmendentur. Hinc eſt, quod nos frater Gevehardus de Bortvelde, ſancte domus hoſpitalis ſancti Johannis Jeroſolimitani per Saxoniam, Marchiam et Slaviam preceptor generalis, recognoſcimus volentes ad univerſorum tam preſentium quam futurorum notitiam preſentibus publice pervenire, quod de conſenſu conmuni et conſilio . . fratrum noſtrorum nobis aſſiſtentium ſex manſos in campis ville Vechtelde ſitos cum ſuis uſufructibus et proventibus ac pertinentiis tam in villa quam in campis univerſis necnon proprietate et omni jure liberos et ſolutos, quos diſcretus vir Herwicus dictus de Watenſtede, civis Bruneswicenſis, non inmemor ſalutis ſuorum parentum et ſue animarum a nobis et ordine noſtro pro quadraginta marcis puri argenti et ponderis bruneswicenſis in reemptionem dictorum bonorum converſis comparavit et legavit ad dotem altaris in honorem beatorum Symonis et Jude apoſtolorum in noſtra capella beati Johannis domus noſtre in Bruneswich fundati et conſecrati, donavimus et apropriavimus et nichilominus dotali jure et eccleſiaſtica emunitate donamus et appropriamus per preſentes, obligantes nos et ſucceſſores noſtros ac fratres domus noſtre beati Johannis antedicte ad tenendum et fovendum in perpetuum unum ſacerdotem religioſum vel ſecularem de redditibus et proventibus dictorum manſorum, qui dictum altare officiabit perpetue ſingulis diebus una miſſa. Si vero dictus . . ſacerdos non teneretur, et dictum altare a no

bis noſtrisque ſucceſſoribus ac fratribus antedictis negligenter officiari procuraretur, quod abſit, et discreti viri domini . . Conſules Bruneswicenſes nos ipſosque ſuper hujusmodi negligentia ſuis monicionibus requirerent et conſultarent, talis negligentia debet ſtatim eorum requiſicionibus et monicionibus nobis factis ſufficientius reſtaurari. In quorum evidens teſtimonium, ne dicti Herwici devocio fruſtretur effectu, nec dicta noſtra donacio et appropriacio ab aliquo noſtrorum ſucceſſorum ſeu nobis infringatur quoquam modo, dedimus preſens ſcriptum noſtro ſigillo una cum ſigillis domorum noſtrarum in Bruneswich et Goslaria firmiter roboratum. Teſtes eciam premiſſorum ſunt religioſi viri Thidericus de Peynis conmendator, Her. de Werben prior, Henricus de Oeſen, Everhardus proviſor curie Quanthof, fratres domus noſtre Bruneswich, Hermannus Wlframmi, Bertrammus de Dammone, Conradus Holtnicker, David Kronesben, cives Bruneswicenſes, et plures alii fide digni. Datum et actum anno m° ccc° xxviij° decimo kalendas Aprilis.

Im Orig. 11 fehlt digni.

1328 März 26. Herzog Otto ſchenkt dem Blaſienſtifte zwei Hufen zu Dettum, die Helmold v. Ohlendorf (de Oldendorpe) *in Braunſchweig ihm aufgeſandt hat. Unter den Zeugen* Borchardus dictus Setter, burgenſis in Brunswic. Actum et datum anno domini m° ccc° xxviij° vij° kalendas Aprilis. [229

Abſchrift im Ordinarius St Blaſii zu Wolfenbüttel, Bl. 67.

1328 April 1. Die Herzöge Ernſt und Wilhelm bekunden als Patrone von St Alexandri zu Einbeck für ſich und ihren in der Fremde abweſenden Bruder Heinrich, daß Propſt Johannes für 10 Mark, die er zur Erwerbung nutzbarerer Güter verwandt hat, an Helmold v. Ohlendorf, Bürger (burgenſi) *in Braunſchweig, vier Hufen zu Weſtrum* (in campis quondam ville Weſtherum juxta campos ville Atleveſſen) *verkauft hat. Zeugen* ſtrennui viri Thidericus et Johannes fratrueles de Oldendorp, Widekindus et Wernerus de Barkevelde, milites, Johannes de Bonekenhuſen et Ekbertus de Hatdorpe, caſtrenſes in Hertesberge, famuli. Actum et datum anno domini m° ccc° xxviij° kalendis Aprilis. [230

Abſchrift im Ordinarius St Blaſii zu Wolfenbüttel, Bl. 67.

1328 April 28. Bernhard Kale bewidmet den von ihm zu St Blaſien geſtifteten Altar der zehntauſend Ritter und der heiligen Katharina. [231

Original zu Wolfenbüttel mit beſchädigtem Siegel an rothem Seidenſtrange.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, Bernardus dictus Kale, burgenſis in Bruneswich, in omnium creatore ſalutem. Litteris preſentibus recognoſco, quod volens animabus mee et parentum meorum ſalubriter providere bona deliberatione

prehabita cum conſenſu heredum meorum, videlicet Margarete uxoris mee et puerorum meorum Alheydis, Olrici, Lutghardis, Bernardi, Thiderici, Margarete, Elizabeth, Bertrammi et Ludolfi, dedi et in Dei nomine do per preſentes ſex manſos et dimidium ſitos in campis ville Veltſtede et unam curiam dictam teghethof in eadem villa ad eosdem manſos pertinentem in dotem altaris, quod fundavi ſub altari ſancti Stephani in eccleſia ſancti Blaſii et in honorem decem milium militum et ſancte Katherine dedicari procuravi, eidem altari et omnibus ſuis rectoribus jure et nomine dotis perpetuo permanſuros cum omnibus ſuis utilitatibus, juribus ac pertinentiis univerſis, exceptis tribus curiis wlgariter dictis kothôve, quarum proprietatem et utilitatem michi et meis heredibus retineo et reſervo non obſtante, quod eedem curie in litteris illuſtris principis domini mei ducis Ottonis in Bruneswich et nobilis viri domini Waltheri de Dorſtat et liberorum ſuorum, per quas predictos ſex manſos cum dimidio et proprietatem eorundem et ſuorum pertinentium ſum adeptus, narrantur ad eosdem manſos pertinere, condicionaliter tamen appoſito, quod ego vel heredes mei, donec Thidericus filius meus, quem ad dictum altare preſentavi, in ſacerdotem ſit promotus, totales proventus predictorum manſorum recipiemus, ſalvo tamen ipſi altari jure ſuo dotali et appropriationis eorum. Et nomine proviſorum ipſum altare de eisdem proventibus officiari procurabimus daturi ſacerdoti ipſum altare officianti ſingulis annis ſex talenta dativorum bruneswicenſium denariorum et miniſtrabimus ſibi preparamenta, vinum et luminaria et alia ſibi neceſſaria ad divinum officium exequendum. Et inſuper dabimus de eisdem proventibus triginta quatuor ſolidos bruneswicenſes in anniverſario Olrici patris mei ſexto idus Maji peragendo distribuendos inter dominos canonicos et viginti unum vicarios eccleſie ſancti Blaſii ſecundum portiones apud ipſos conſuetas, et de eisdem inſuper cedent ſcolaribus in dormitorio unus ſolidus, camerario, clavigero et campenario cuilibet duo nummi. Cum vero Thidericus filius meus in ſacerdotem fuerit promotus, tunc ipſe faciet obedienciam domino decano eccleſie ſancti Blaſii et perſonaliter ſuum altare officiabit et ibidem chorum frequentabit ac in cantando et legendo vices ſuas et ſeptimanam ſuam ſervabit ſicut alii vicarii ſacerdotes, et extunc ipſe et quilibet ejus ſucceſſores de dotalibus proventibus altaris, ut premiſſum eſt, procurabunt ſibi vinum et luminaria et alia neceſſaria ad divinum officium exequendum, et inſuper dabunt triginta quatuor ſolidos ad anniverſarium predictum die et modo, ut preſcriptum eſt, peragendum. Ad majorem etiam certitudinem et cautionem firmiorem donationis predictorum ſex manſorum cum dimidio et ſuorum pertinentium pro me et meis heredibus facte in dotem altaris predicti ipſam in librum civitatis Bruneswich feci conſcribi coram Conſulibus Antique civitatis per manum Henrici, notarii civitatis. Transferendo etiam predictos ſex manſos et dimidium in rectores predicti altaris ad manus et nomine eorum preſentavi coram eisdem Con-

Im Orig. 29. 30 donationem . . . factam.

ſulibus domino Engelberto, decano eccleſie ſancti Blaſii, litteras, quas habui de proprietate et poſſeſſione bonorum eorundem. Et in horum omnium evidens teſtimonium ſigillum meum pro me et meis heredibus preſentibus eſt appenſum. Teſtes hujus rei ſunt discreti viri Conradus dictus Holtnickere junior, David Kronsben, Conradus de domo, Henricus de cimiterio, Hermannus Bernardi, Thidericus magnus Thuringus, burgenſes in Bruneswich, et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo octavo quarto kalendas Maji.

1328 April 28. Dekan Engelbert und Capitel zu St Blaſien urkunden über die Bewidmung des von Bernhard Kale zu St Blaſien geſtifteten Altars. [232

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel.

ENGELBERTUS Dei gratia decanus totumque capitulum eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich omnibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, ſalutem in domino ſempiternam. Ad noticiam omnium tam preſentium quam futurorum publice volumus pervenire, quod Bernardus dictus Kale, burgenſis in Bruneswich, volens animabus ſue et parentum ſuorum ſalubriter providere, donavit nomine et jure dotis ad altare, quod fundavit ſub altari ſancti Stephani in eccleſia noſtra et in honorem decem milium militum et ſancte Katerine dedicari procuravit, ſex manſos et dimidium ſitos in campis ville Veltſtede et unam curiam in eadem villa dictam teghethof, ad eosdem manſos pertinentem eidem altari et omnibus ſuis rectoribus nomine et jure dotis perpetuo permanſuros cum omnibus ſuis utilitatibus, juribus ac pertinentiis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis, exceptis tribus curiis wlgariter dictis kothôve, quas cum proprietate et utilitate ipſarum ſibi et ſuis heredibus retinuit et expreſſe reſervavit, non obſtante, quod eedem curie in litteris illuſtris principis ducis Ottonis in Bruneswich et nobilis viri domini Waltheri de Dorſtat et liberorum ſuorum, per quas predictos ſex manſos cum dimidio et proprietatem eorundem et ſuorum pertinencium eſt adeptus, narrantur ad eosdem manſos, quos transtulit in dotem predicti altaris, pertinere. Predictus eciam Bernardus preſentavit filium ſuum Thidericum ad idem altare ipſum nomine et jure beneficii poſſidendum, adjecto: ſi eundem Thidericum mori contigerit, priusquam in ſacerdotem ſit promotus, aut ſi ipſe mutata voluntate nollet aut aliquo caſu vel cauſa emergente nec vellet nec poſſet clericari, tunc Bernardus predictus vel propinquior ſenior heres ſuus, maſculus vel femina, pro ipſo Thiderico aliam perſonam, quamcunque voluerint, ad idem altare preſentabunt (et nos eandem perſonam recipiemus et de eodem altari inveſtiemus) jure et nomine beneficii ipſum poſſidendum et habendum. Et cum hanc perſonam poſt Thidericum et pro Thiderico preſentatam vel ipſum Thidericum ſacerdotem exiſtentem obire contigerit, tunc iterum Bernardus vel propinquior ſenior heres ſuus, maſculus vel femina, ad predictum altare preſentabunt aliam perſonam, quam voluerint, quam nos ad idem altare ſine omni

Im Orig. 18 *fehlt* in.

recuſatione recipiemus et ipſam de eodem altari inveſtiemus ad habendum ipſum et in beneficio canonice poſſidendum. Poſt has autem preſentationes premiſſas preſentatio et inveſtitura ad predictum altare pertinebit ad nos perpetuo, et nos idem altare conferemus uni eccleſie noſtre vicario vel alteri idoneo ſacerdoti. Verum quia Thidericus, filius Bernardi predicti, eſt infra viginti quinque annos nec poteſt ad ordinem ſacerdotii promoveri, propter hoc ipſe Bernardus pater ſuus vel heredes ſui, donec Thidericus in ſacerdotem fuerit ordinatus, totales proventus predictorum manſorum recipient, ſalvo tamen ipſi altari jure dotali et appropriationis eorum. Et nomine proviſorum ipſum altare de eisdem proventibus officiari procurabunt et dabunt ſacerdoti ipſum altare officianti ſingulis annis ſex talenta dativorum bruneswicenſium denariorum et miniſtrabunt ſibi preparamenta, vinum et luminaria et alia ſibi neceſſaria ad divinum officium exequendum. Et inſuper dabunt de eisdem proventibus triginta quatuor ſolidos in anniverſario Olrici, patris Bernardi, quem ſexto ydus May (ac eodem die ſimul anniverſarios matris ejus et uxoris ſue atque ſuum, poſtquam obierint) peragemus, distributuri eosdem triginta quatuor ſolidos inter dominos noſtros canonicos et viginti unum vicarios ſecundum portiones apud nos conſuetas, daturi eciam de eisdem ſcolaribus in dormitorio unum ſolidum, camerario, clavigero et campenario cuilibet duos nummos. Ad devotam eciam ſupplicationem ipſius Bernardi et affectum, quem ad eccleſiam noſtram et nos dinoſcitur habuiſſe, ipſum et matrem ejus et uxorem ſuam et animam patris ſui predicti in fraternitatem noſtram in Dei nomine recepimus et recipimus per preſentes, concedentes ipſis plenam et ſpetialem participationem omnium miſſarum, vigiliarum, orationum cunctorumque bonorum operum, que per congregationem noſtram perpetuo fieri donaverit dominus noſter Jheſus Chriſtus. Quilibet etiam ſacerdos idem altare officiaturus faciet domino noſtro decano obedientiam, ſicut ab aliis vicariis eſt conſuetum. Adicimus etiam, quod Bernardo ſepedicto ex ſpetiali gratia favorabiliter indulſimus, quod ipſe vel heredes ſui ſacerdotem altare predictum officiantem poſſunt infra primos tres annos a ſua preſentatione conputandos mutare et alium in locum illius deputare, ad dimidium tamen annum, videlicet in feſto paſche vel ſancti Michaelis, ſibi predicendo. Si vero idem ſacerdos infra jam dictum primum triennium non fuerit mutatus, tunc ipſe vel, ſi mutatur, ille alter, qui a predicto Bernardo vel ſuis heredibus denuo deputabitur ad officiandum ipſum altare, manebit in officiando idem altare et deſerviet choro noſtro vices ſuas obſervando, donec Thidericus in ſacerdotem ſit promotus, niſi per nos ipſum ſicut alium eccleſie noſtre mutabilem vicarium decreverimus dimittere vel mutare. Cum vero Thidericus in ſacerdotem fuerit promotus, tunc ipſe obedientiam faciet domino noſtro decano et perſonaliter altare ſuum officiabit et chorum noſtrum frequentabit et in cantando et legendo vices ſuas et ſeptimanam ſuam ſervabit, ſicut alii vicarii ſacerdotes, et ipſe et quilibet ejus ſucceſſores de dotalibus proventibus altaris procurabunt ſibi preparamenta, vinum et luminaria et alia neceſſaria ad divinum officium exequendum, et inſuper dabunt triginta quatuor ſolidos ad anniverſarium prenominatarum perſonarum die et modo, ut preſcriptum eſt, perpetuo ſingulis annis peragendum. Si tamen ipſe Thidericus ſacer-

dos exiſtens nollet ſuum altare perſonaliter officiare, tunc cum licentia noſtra ſemper ſibi danda et non neganda dabit pro ipſo officiando, quantum dat alius pro altari ſuo officiando et pro ſuis vicibus adimplendis. Ad idem etiam altare omni die miſſa ſervabitur, ſed inter alias miſſas ſingulis ſeptimanis tres miſſe ſpetiales, una de decem milibus militum et de ſancta Katherina, patronis altaris ejusdem, et due pro ſalute omnium fidelium defunctorum, ſervabuntur, niſi cum ſollempnia feſta anni et ſpetialia ſanctorum officia id impediunt obſervari. Igitur, ut hec omnia et ſingula apud nos et ſucceſſores noſtros inmutabiliter firma maneant atque rata, preſentem litteram inde conſcriptam ſigillo noſtro duximus patenter roborandam. Actum et datum in capitulo noſtro preſentibus dominis Sifrido de Alten, magiſtro Brunone, Thiderico de Omenshuſen, Thiderico de Godenſtede, Henrico de Luneborch, Hartberto de Cramme, Ludolpho de Honlaghe, Luthardo de Wenden, eccleſie noſtre canonicis, anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo octavo quarto kalendas Maji.

1328 Mai 11 Halberſtadt. Pfarrer Ludolf zu Kiſſenbrück verkauft an Burchard von Vahlberg und ſeine Frau eine Hufe zu Klein und Groß Biewende. [233

Original zu Dorſtadt mit vier Siegeln. Gedruckt im Aſſeburger Urk.-B. II, S. 150.

EGO Ludolfus plebanus in Kyſſenbrugge preſentibus publice recognoſco, quod utilitati et profectui eccleſie mee diligenter intendens de expreſſo conſenſu et approbatione reverendi in Chriſto patris ac domini Alberti Halberſtadenſis eccleſie epiſcopi necnon honorabilium virorum domini Hinrici prepoſiti ac domini Heydenrici decani totiusque capituli ejusdem eccleſie necnon honorabilis domini Borchardi ſenioris de Aſſeburg, archidyaconi et collatoris dicte eccleſie in Kyſſenbrugge, vendidi diſcreto viro Borchardo dicto de Valeberghe et Mechtildi uxori ſue eorumque heredibus unum manſum ſitum in campis villarum Oſterbywende et Weſterbywende pro xij marcis puri argenti michi integraliter perſolutis et in comparationem ac emptionem duorum manſorum ſitorum in campis ville Kyſſenbrugge totaliter converſis ad majorem utilitatem predicte mee eccleſie ipſis poſſidendum et habendum cum omnibus juribus in agris, pratis, paſcuis, ſilvis, viis et inviis et eorum uſibus ac pertinentiis unverſis ab omni ſervitute et quovis alio onere prorſus liberum et exemptum, ſicut ipſum prefata mea eccleſia hactenus pacifice ac libere habuit et poſſedit, ita tamen, quod ipſi et eorum heredes ſingulis annis in feſto ſancti Martini unum ſolidum de dicto manſo eccleſie mee perpetuo dabunt cenſualiter et perſolvent. Qui etiam vel ipſorum heredes ſi ſepedictum manſum extraneis ab ipſorum hereditate vendiderint vel alias legitime alienaverint, talis emptor ipſum a me vel meo ſucceſſore, qui pro tempore fuerit, recipiet et ſe ad ſolutionem dicti cenſus fideliter obligabit. Ad cujus venditionis inviola-

Im Orig. 25 tam in.

bilem firmitatem et obſervantiam me ſucceſſoresque meos preſentibus obligo et aſtringo renuntiando etiam pro me et ipſis nomine dicte mee eccleſie omni exceptioni et defenſioni juris et facti vere vel occaſionaliter competenti, exceptioni leſionis in contractu, beneficio reſtitutionis in integrum ac cuilibet alii auxilio, quo hujusmodi venditio retractari poſſet vel reſcindi. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Teſtes etiam ſunt dominus Wernherus, plebanus in Weſterbywende, Hinricus Widekindi, civis ibidem, et quam plures alii fide digni. Nos igitur Albertus Dei gratia epiſcopus Halberſtadenſis cum conſenſu noſtri capituli ac domini Borchardi de Aſſeburg predicti premiſſa omnia de noſtra approbatione facta appenſione noſtrorum ſigillorum firmiter communimus. Datum anno domini m° ccc° xxviij° in vigilia aſcenſionis domini in capitulo noſtro generali.

Im Orig. 4 alio recindi.

1328 Mai 11. Pfarrer Ludolf zu Kiſſenbrück verkauft an Heinrich Wardenberg und die Brüder Wedekindes ſammt ihren Frauen eine Hufe zu Groß Biewende. [234

Original zu Dorſtadt mit vier Siegeln. Auszüglich im Aſſeburger Urk.-B. II, S. 151.

AD Perpetuam rei memoriam ego Ludolfus plebanus eccleſie ſancti Stephani in Kyſſenbrugge in univerſorum noticiam infraſcripta cupiens pervenire preſentibus publice recognoſco, quod, cum utilitati eccleſie mee ac ſucceſſorum meorum intendens providere comparaverim ad ipſam duos manſos ſitos in campis ville Kyſſenbrugge, pro ſolutione eorumdem michi deficiente aliqua pecunia diligenti deliberatione ſuper hoc prehabita cum conſenſu et approbatione reverendi in Chriſto patris ac domini Alberti Halberſtadenſis eccleſie epiſcopi necnon honorabilium virorum domini Henrici prepoſiti, domini Heydenrici decani totiusque capituli ejusdem eccleſie dominique Borchardi ſenioris de Aſſeborch archidyaconi, collatoris ejusdem beneficii, vendidi diſcretis viris Henrico dicto Wardenberch et Alheydi uxori ſue, Henrico Widekindi et Widekindo ejus fratri, Alheydi et Alheydi, ipſorum uxoribus, civibus in Brunswich, eorumque heredibus unum manſum ſitum in campis ville Weſterenbywende cum omnibus juribus in agris, pratis, paſcuis, ſilvis, viis et inviis et eorum uſibus ac pertinentiis univerſis pro tredecim marcis puri argenti michi integraliter perſolutis ac in ſolutionem predictorum duorum manſorum totaliter cum alia pecunia converſis ipſis poſſidendum perpetuo et habendum ab omni ſervitute et quolibet alio onere prorſus liberum et exemptum, ita tamen, quod ipſi et eorum heredes eccleſie mee predicte cenſum unius ſolidi in feſto ſancti Martini de predicto manſo perpetuo annis ſingulis dabunt et perſolvent. Qui etiam vel heredes ipſorum ſi predictum manſum cuiquam extraneo ab ipſorum heredibus vendiderint vel alias legitime alienaverint, talis emptor ipſum a me vel meo ſucceſſore, qui pro tempore fuerit, recipiet et ad ſolutionem dicti cenſus ſe fideliter obligabit. Ad quorum omnium firmam obſervantiam me ſucceſſoresque meos pre-

Im Orig. 16 pubblice. 25 tam in.

ſentibus obligo et aſtringo renuntiando pro me et ipſis nomine eccleſie mee predicte omni exceptioni et defenſioni juris vel facti vere vel occaſionaliter competenti, exceptioni leſionis in contractu, beneficio reſtitutionis in integrum ac cuilibet auxilio, quo predicta venditio impediri valeat vel reſcindi. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Teſtes etiam ſunt Bartrammus de Dammone, Johannes advocati, cives in Brunswic, et quam plures alii ſide digni. Nos igitur Albertus Dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus cum conſenſu noſtri capituli ac domini Borchardi de Aſſeborch predicti premiſſa omnia de noſtra approbatione facta appenſione noſtrorum ſigillorum firmiter communimus. Datum anno domini m° ccc° xxviij° in vigilia aſcenſionis domini.

1328 Mai 19 Haus Harbke. Ritter Bertram v. Veltheim entſagt allem Anſpruch auf fünf Hufen zu Bornum, die ſein verſtorbener Bruder Ludolf dem Kloſter Marienthal zu Behuf einer ewigen Kerze geſchenkt hat. [235

Original mit Siegel im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche).

NOS Bertrammus miles dictus de Veltem univerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, recognoſcimus puplice proteſtantes, quod renunciavimus et in hiis ſcriptis renunciamus pro nobis noſtrisque filiis, ſcilicet Bertrammo, Hinrico, Arnoldo, Lodewico, aliisque noſtris heredibus quinque manſis in campis ville Bornum ſitis ac omnibus ipſorum pertinenciis, quos frater noſter Ludolfus miles pie memorie de Veltem religioſis viris . . abbati et conventui Vallis ſancte Marie ordinis Cyſtercienſis ac ipſorum monaſterio ad habendum ibidem lumen cereum perpetuo pro anime ſue remedio aſſignavit, ratum et gratum habituri, quidquid abbas et conventus predicti de memoratis bonis ſive per vendicionem ſeu modum alium pro utilitate ſue eccleſie ordinaverint, nolentes eosdem per nos ſeu per alios in hoc ullo umquam tempore inpedire. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus duximus apponendum. Datum in caſtro Herdbeke anno domini m° ccc° xxviij° in octava aſcenſionis domini.

1328 Mai 25 Braunſchweig. Abt Arnold von Marienthal verkauft an Johann Karlsoy fünf Hufen und zwei Höfe zu Bornum. [236

Zwei faſt buchſtäblich gleichlautende Ausfertigungen (A und B) im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche); beide mit grünem Wachsſiegel an rothem Seidenſtrange und dem Rückvermerk des XVI Jahrh. v hove tho Bornem.

FRATER Arnoldus dictus abbas monaſterii Vallis ſancte Marie Cyſtercienſis ordinis Halberſtadenſis dyoc. omnibus, ad quos preſentes pervenerint, ſalutem et ſempiternam in domino karitatem. Notum fieri volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod matura deliberatione prehabita unanimi conſenſu et concordi voluntate noſtri . . conventus et omnium, quorum intererat, ad eximendum nos pro noſtra poſſibilitate a multiplici onere noſtrorum debitorum vendidimus pro ſeptuaginta et quinque marcis examinati argenti nobis integraliter perſolutis

Johanni dicto Karlsoy, burgenſi in Bruneswich, quinque manſos ſitos in campis ville Bornum apud Luttere et duas curias in eadem villa ad eosdem manſos pertinentes cum omnibus etiam aliis eorum utilitatibus et juribus univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis cum proprietate ipſorum ab omni jure comicie, advocacie et quibuslibet ſerviciis prorſus liberos, ſicut eos pacifice et quiete poſſedimus, libere et jure proprietatis poſſidendos et habendos et miſimus ipſum in eorundem bonorum poſſeſſionem corporalem, renunciantes pro nobis et noſtris ſucceſſoribus predictis bonis et omnibus eorum pertinentiis necnon omni utilitati ac juri, quod nobis in eis conpetebat et conpetere potuiſſet aliqualiter in futuro, adicientes, quod volumus predictum Johannem et omnes, in quos eadem bona vendendo, donando vel quocumque contractu transtulerit, legitime et ſufficienter warandare et ab omni homine disbrigare et in poſſeſſione defendere ac de evictione cavere, ſi, quod abſit, litem, inpetitionem ſeu controverſiam ſibi vel hiis, in quos ea transtulerit, moveri contigerit ab aliquo in parte eorundem bonorum vel in toto, ac ſi per nos inmediate eadem bona vendita et translata fuiſſent in eos, in quos, videlicet locum vel perſonas, ea per ipſum alienari contigerit et transferri. Et ſi eadem bona non disbrigaremus, cum a nobis requireretur, de omni dampno, quod ſepedictus Johannes vel ſui ſucceſſores in eisdem bonis ex hoc reciperent, de hoc ipſos penitus reddemus indempnes. Ad que omnia et ſingula perficienda obligamus nos et ſucceſſores noſtros per preſentes predicto Johanni et ex parte ſui . . Conſulibus civitatis Bruneswic nunc exiſtentibus et futuris. Renunciamus inſuper beneficio reſtitutionis in integrum et omnibus juris beneficiis ac ordinis noſtri privilegiis conmunibus ac privatis, quibus aliquid premiſſorum poſſet quomodolibet calumpniari, inpediri vel reſcindi. Et in horum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum patenter preſentibus eſt appenſum. Teſtes etiam, qui huic venditioni principaliter aderant, ſunt Ludolfus prior, Henricus ſubprior, Albertus cellerarius, Tydericus ſubcellerarius, Fredericus camerarius, Henricus magiſter converſorum, Hildebrandus rector curie noſtre in Bruneswich, Bertrammus rector Nove curie, Henricus magiſter novi molendini in Oſchersleve, confratres noſtri, magiſter Conradus, Degenhardus, beneficiati ſacerdotes eccleſie ſancti Blaſii, Henricus Engelhardi, Conradus Holtnicker, cives in Bruneswich, et plures alii ſide digni. Datum et actum ibidem anno domini m° trecenteſimo viceſimo octavo in die beati Urbani pape et martyris.

Im Orig. 3 *in fehlt A B.* 23 *Tyderus A B.*

1328 Juni 5. Pröpſtin Lutgardis zu Wendhauſen verkauft mit Zuſtimmung ihres Conventes und ihrer Oberin, der Aebtiſſin von Quedlinburg, den Brüdern Heinrich und Heinrich v. Vallſtedt, weiland Heinrichs Söhnen, für 3 Mark l. S. zwei Hufen mit einem Hofe zu Immendorf, den ſelbige von ihr zu Lehen trugen, . . . ab omni jugo advocatie et qualibet ſervitute tytulo pro-

prietatis, ſicut ipſos hactenus poſſedimus, perpetuo libere poſſidendos et habendos, nullum jus in dictis manſis et curia et eorum pertinenciis nobis et noſtris ſucceſſoribus penitus reſervantes. Et eosdem burgenſes per preſentes abſolvimus ab homagio fidelitatis in receptione dictorum manſorum nobis facto, adicientes, quod dictos duos manſos cum curia et eorum pertinenciis poſſint per preſentes noſtras litteras dare et libere transferre in quamcumque voluerint eccleſiam vel perſonam. *Unter den Zeugen* Bertrammus [dictus de Veltſte]de et Hinricus dictus prope cymiterium, cives in Brunswich. [Actum et] datum anno [domini m° cc]c° xxviij° in die beati Bonifacii. [237

Original zu Wolfenbüttel, theilweis zerſtört.

1328 Juni 28. Herzog Otto eignet dem Altſtädter Rathe fünf Hufen und einen Hof zu Kiſſenbrück zu Behuf des Peter- und Paulsaltares in der H. Geiſtskapelle. [238

Zwei bis auf unweſentliche Abweichungen gleichlautende Originalausfertigungen im Stadtarchive, die eine unter den Urkunden gemeiner Stadt (A), die andere unter denen der Martinikirche (B); beide mit Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des XIV Jahrh. auf A littera ſuper redditus altaris ſanctorum Petri et Pauli in capella ſancti Spiritus; *des XVI Jahrh. auf A und B* de bonis in Kiſſenbrugge; *des XVII auf A* Jus patronatus et preſentandi capelle ſ. Spiritus pertinere ad ampliſſimum ſenatum Brunsvic. Antique civitatis affirmatur.

IN Nomine ſancte et individue trinitatis Dei gracia Otto dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Memoria hominum conſulte juvatur, dum geſte rei veritas litterarum teſtimonio roboratur. Hinc eſt, quod accedente conſenſu heredum et dilectorum fratrum noſtrorum Magni et Erneſti, quorum procurationem gerimus et tutelam, quinque manſos in campis ville Kiſſenbrugke et unam curiam in eadem villa ſitos ad dictos manſos pertinentem a discretis viris Conrado Holtnickere ſeniore et Olrico de Godenſtede a ſtrennuo milite Ludolfo de Weverlinghe et ſuis heredibus ad dotem altaris in capella ſancti Spiritus extra muros Bruneswich fundati et in honorem beatorum apoſtolorum Petri et Pauli conſecrati comparatos, cujus capelle et altarium in ea exiſtentium dilecti burgenſes noſtri, Conſules Antique civitatis Bruneswich, jus patronatus et ad ipſa preſentandi perpetue habere dinoſcuntur, quos quidem manſos et curiam predictos Ludolfus miles prefatus cum ſuis heredibus nobis benivole reſignavit, Conſulibus antedictis cum omnibus eorum pertinentiis et juribus in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis ab omni jure comicie, advocacie et quibuslibet ſerviciis omnino liberos et ſolutos dedimus et in Dei nomine donamus et appropriamus per preſentes, habito conſenſu Conradi et Olrici predictorum, transferendos per eosdem ad dictum altare dotali jure et eccleſiaſtica emunitate eidem perpetue permanſuros. Renunciavimus etiam ac renunciamus per preſentes pro

Im Orig. 23 ſeniore *fehlt B.* 29 in *fehlt A B.* 31 per preſentes *fehlt B.*

nobis et noſtris heredibus prefatis bonis et proprietati eorundem ac omni juri et utilitati, que nobis in eis conpetebant ſeu conpetere poſſent aliqualiter in futuro, et miſimus prefatos . . Conſules dicti altaris tytulo in predictorum bonorum poſſeſſionem corporalem, volentes ipſos et quoslibet rectores ejusdem altaris in poſſeſſione ac proprietate et libertate eorundem et ſuorum pertinencium defendere ac warandare et de evictione cavere et ab omni homine inpetente debite disbrigare, ſi, quod abſit, litem, inpeticionem aut controverſiam ipſis ab aliquo moveri contigerit de premiſſis in parte vel in toto. In quorum evidens teſtimonium dedimus preſens ſcriptum pro nobis et noſtris fratribus ac heredibus memoratis noſtro ſigillo firmiter roboratum. Teſtes etiam premiſſorum ſunt honorati viri domini Thidericus prothonotarius noſter, canonicus eccleſie ſancti Blaſii, Ludolfus de Honlaghe, Johannes de Ampleve, Gevehardus de Weverlinghe, Borchardus de Aſſeborch, milites, Wedego de Veltſtede, Bertrammus de Dammone, Conradus Holtnicker junior, burgenſes noſtri Brunswicenſes, et plures alii fide digni. Datum et actum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo octavo in vigilia beatorum Petri et Pauli apoſtolorum.

Im Orig. 1 bonis ac *B.* 5 defendere et *B* contingerit *A B.*

1328 Auguſt 6 (7?). Knappe Gebhard v. Bortfeld auf Peine ſendet Herzog Otten zu Behuf der Doringe in Braunſchweig vier Hufen zu Klein Lafferde, drei zu Bettmar und eine zu Kiſſenbrück auf. [239

Aus dem v. Döringſchen Copialbuche zu Badow, Bl. 37'. — Sixti (pape) *in der Hildesh. Diöceſe März 7.*

ILLUSTRI Principi domino ſuo, domino Ottoni duci in Brunswich, Gevehardus de Bortvelde famulus, morans in Peinis, ſervitium tam debitum quam paratum Noverit veſtra excellentia, quod reſigno vobis preſentibus quatuor manſos ſitos in campis ville Lafferde minoris et tres manſos ſitos in campis ville Betmere et unum manſum ſitum in campis ville Kiſſenbrugge cum omnibus ipſorum juribus et pertinentiis ac utilitatibus univerſis tam in villis quam extra villas, ſub hac forma videlicet, quod ipſos conferatis Theodorico et Conrado ac Theodorico dictis Doring necnon patruelibus ipſorum, Theodorico, Hermanno, Conrado et Ludolpho fratribus, filiis quondam Theodorici Doring, burgenſibus in Brunswich, aut eorum heredibus titulo pheodali. In cujus reſignationis teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Datum anno m° ccc° xxviij° in die beati Sixti pape

1328 Auguſt 9. Abt Heinrich und Convent zu St Aegidien bevollmächtigen die Proviſoren ihres Kloſters, den geweſenen Abt Herrn Gotfridus, *Herrn* Henricus Monetarius, *Herrn* Ekkelingus Panpowe *und Herrn* Ludolfus *den Küſter, den Brüdern v. der Aſſeburg, Ritter Burchard und Knappen Gunzelin, falls ſelbigen nicht verſprochener Maßen auf Galli 31 Mark entrichtet wer-*

den ſollten, dieſe Summe aus den diesjährigen Korngülten (redditus annone) *des Kloſters in Mönche-Vahlberg* (Weſterſten Valberghe), *von neuntehalb Huſen zu Remlingen* (Remelinge) *und aus dem Kiſſenbrücker Zehnt zu entrichten*, ſub hac forma, quod predicti proviſores tantam ſummam prefate pecunie . . . ab aliis noſtris bonis, choris ſcilicet ſeu lignis vendendis ac pueris veſtiendis, et omnibus aliis proventibus, recolligant in uſus conventus noſtri reponendam, prout noſtris dominis videbitur expedire. Datum anno domini m° ccc° xxviij° in vigilia beati Laurentii martiris. [240

Original zu Wolfenbüttel. Gedruckt im Aſſeburger Urk.-B. II, S. 152.

1328 October 5. Herzog Wilhelm belehnt die Doringe mit fünf Pfund Pfennigen an der Münze [241

Original im Stadtarchive: das Siegel fehlt. Rückvermerk des XV Jahrh. hertoge Wilhelm.

NOS Wylhelmus Dei gratia dux in Brunswich recognoſcimus et teſtamur lucide per preſentes, quod nomine noſtro ac dilecti fratris noſtri, illuſtris principis Henrici ducis in Brunswich, agentis in remotis, cujus vices gerimus in hac parte, redditus quinque talentorum brunswicenſium denariorum in moneta ejusdem civitatis, quos Ludemannus Hakelenberch dictus et ſuus frater nobis reſignaverunt, contulimus discretis viris Conrado dicto Dorigh, Theoderico filio Johannis ac Theoderico filio Theoderici, dictis Dorigh, civibus noſtris in Brunswich, pheodali jure necnon conthorali Conradi predicti eo jure, quod liftucht dicitur, pacifice poſſidendos, dantes eis hanc noſtram litteram ſigillo noſtro munitam in teſtimonium ſuper eo. Datum anno domini m° threcenteſimo viceſimo octavo feria quarta proxima poſt diem beati Mychahelis archangeli.

1328 October 16. Die Söhne und Witwe weiland Ritter Konrads von Gevensleben verkaufen an Gerhard v. Gevensleben zu Braunſchweig und ſeine Frau eine halbe Huſe und einen Hof zu Gevensleben ſammt ſechs Fuß breit Raum auf dem Kirchhoſe zum Bau einer Scheuer.

Original mit Siegel zu Magdeburg. Gedruckt bei v. Schmidt-Phiſeldeck, Urk. des Kloſters Stötterlingenburg, S. 77; Siegelabbildung ebd. Tafel V Nr 33.

NOS Conradus et Conradus, Ghevehardus, Hinricus et Guncelinus fratres, famuli, filii quondam domini Conradi militis de Ghevensleve, et Mechtildis, quondam uxor ejusdem domini Conradi, mater predictorum famulorum, litteris preſentibus publice recognoſcimus et teſtamur, quod matura deliberatione prehabita, requiſito conſenſu omnium, quorum conſenſus de jure et conſuetudine fuerat requirendus, vendidimus pro ſex marcis puri argenti brunswicenſis ponderis et valoris nobis perſolutis Gerhardo de Ghevensleve, burgenſi in Brunswich,

et Alheydi uxori ejusdem et eorum heredibus dimidium manſum ſitum in campis ville Ghevensleve et unam curiam in eadem villa ad dictum dimidium manſum pertinentem cum omni jure et utilitate tam in villa quam in campis ibidem perpetuo poſſidendum et habendum, quatuor tamen ſolidis de dicto dimidio manſo et curia monaſterio ſanctimonialium in Stoterlingheborch ſingulis annis in feſto ſancti Michahelis perpetuo cenſualiter perſolvendis. Item dedimus dicto Gerhardo ſpatium in latitudine ſex pedum in cimiterio dicte ville Ghevensleve ad horreum conſtruendum. Et renunciavimus ac renunciamus per preſentes pro nobis et omnibus noſtris omni juri, utilitati ac inpeticioni, que nobis in ſepedicto dimidio manſo et curia et ſpacio horrei et omnibus eorum pertinenciis competebant ſeu competere potuiſſent in futuro. Et in premiſſorum omnium evidenciam, quia ſigillis propriis caremus, ſigillo domini Conradi militis de Ghevensleve, quondam patris noſtri, preſentibus appoſito omnes coutimur in preſenti. Actum et datum anno domini m° ccc° viceſimo octavo in die beati Galli confeſſoris.

1328 October 16. Ritter Berthold v. Hondelage verkauft an Bernhard v. Achim und ſeine Frau eine halbe Hufe und einen Hof zu Gilzum und belehnt ſie damit. [243

Original zu Wolfenbüttel mit zwei Siegeln (unter den Urkunden des Kloſters Riddagshauſen).

EGO Bertoldus de Honlaghe miles litteris preſentibus publice recognoſco, quod honorabilis vir dominus Ludolfus de Honlaghe, canonicus eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich, una cum Bernardo de Achem et Frederico de Remninghe, burgenſibus ibidem, mecum placitavit et a me optinuit, quod pro novem fertonibus puri argenti michi perſolutis vendidi ac dimiſi predicto Bernardo de Achem ſex ſolidos brunswicenſium denariorum, quos de dimidio manſo ſito in campis ville Gilſem et una curia ad eundem dimidium manſum pertinente ſingulis annis cenſualiter michi dabat, et contuli ac confero per preſentes prefato Bernardo et Margarete uxori ſue dictum dimidium manſum cum curia ſita in eadem villa habendum et poſſidendum cum omni jure et utilitate tam in villa quam in campis ibidem libere et pacifice juſto titulo pheodali, obligans me et heredes meos in hiis ſcriptis, quod eadem bona eorum heredibus ſuo tempore in pheodum conferre volumus, cum a nobis duxerint requirendum. Volo eciam ipſis de hujusmodi bonis legitimam facere warandiam et ab inpetitione qualibet disbrigare, ſi ipſis opus fuerit vel neceſſe. Et in horum omnium evidens teſtimonium dedi ipſis preſentem litteram inde conſcriptam meo ſigillo una cum ſigillo domini Ludolfi de Honlaghe, canonici ſancti Blaſii predicti, fratris mei dilecti, pro me et meis heredibus patenter conmunitam. Teſtes hujus rei ſunt discreti viri Albertus Criſpus, Hinricus de Edzenrode et Tzabellus et Hinricus fratres dicti de Strobeke, burgenſes in Brunswich, fideles mei, et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini m° ccc° viceſimo octavo in die beati Galli confeſſoris.

1328 October 28. Graf Konrad von Wernigerode entbindet drei Braunſchweiger Bürger von einem namens des Rathes geleiſteten Gelöbniſſe. [244

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des xiv Jahrh. Werningrode.

NOS Dei gracia Conradus comes in Werningherode recognoſcendo publice omnibus preſencia viſuris ſeu audituris volumus notum eſſe, quod Ludolfum dictum Oſſe, Bertrammum dictum de Dammone ac Borchardum dictum Settere, cives in Brunswich, a promiſſo nobis facto pro triginta marcis et quinque marcis argenti puri ex parte Conſulum civitatis ejusdem preſentibus abſolvimus dimittendo cives prenominatos ac Conſules civitatis prefate quitos et ſolutos, omni eciam cum hoc inpeticioni renunciando, que nobis in dicta pecunia conpetebat ſeu conpetere poſſet in futuro. In premiſſorum evidenciam noſtrum ſigillum preſentibus duximus apponendum. Datum anno domini m° ccc° viceſimo octavo in die beatorum apoſtolorum Symonis et Jude.

1328 November 28 (Hildesheim). Biſchof Otto von Hildesheim eignet dem Euſtachiusaltar in der Bartholomäikapelle zwei Hufen zu Uefingen und eine halbe zu Sauingen, die ihm Bernhard und Albrecht vom Damme zu Hildesheim zu dieſem Zwecke aufgeſandt haben. [245

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden der Martinikirche); die beiden Siegel an rothen Seidenſträngen, das des Biſchofs mit grünem, das des Kapitels mit rothgrünem Zeugdeckel.

IN Nomine domini amen. Nos Otto Dei gracia Hildenſemenſis eccleſie epiſcopus recognoſcimus, quod, cum discreti viri Bernardus et Albertus fratres dicti de Dammone, burgenſes in Hildenſem, duos manſos in campis ville Uvinghe et dimidium manſum in campis ville Sowinghe ſitos cum areis et omnibus ſuis pertinentibus tam in ipſis villis quam extra villas, que bona a nobis in feodo tenuerant, nobis libere et ſine condicione aliqua reſignaſſent, nos de conſenſu noſtri capituli prefata bona cum omnibus ſuis juribus et utilitatibus propter Deum et anime noſtre remedium ad rogatum dictorum fratrum, ſicut pater eorum Albertus de Dammone in extremis agens eis devote conmiſerat et pie deſideraverat, ad altare beati Euſtathii in capella beati Bartholomei Brunswich cum proprietate et dominio in proprium donavimus et preſentibus donamus ac in poſſeſſionem perpetuam tradidimus et per preſentes tradimus proprietatis titulo jure perpetuo pacifice poſſidenda. Sacerdos vero ſeu clericus, qui dictam capellam pro tempore habuerit, ſicut nunc ſerenus vir dominus Henricus ipſam habet, quia prefatis gaudebit bonis, efficiet, quod die quolibet ad idem altare una miſſa obſervetur, ſicut predictus Albertus premortuus concepit, nec tamen miſſa ab antiquo in prefata capella ſolita celebrari ratione hujus miſſe aliqualiter obmittetur. Preterea rector ejusdem capelle animam ipſius Alberti in ſua ha-

Im Orig. 28 poſſidendum.

bebit memoria et anniverſarios infraſcriptos, videlicet dicti Alberti, qui occurrit Peregrini martiris, Alberti patris ſui Donati et Afre, Elice matris ſue Odelrici, Brunonis fratris ſui Ypoliti et Johanne, uxoris quondam filii ſui, Magni martiris, cum omnibus fidelibus defunctis in perpetuum peraget et ſollempnibus vigiliis atque miſſis. Item confidentes quam plurimum de maturitate, bonitate et providencia Conſulum in Brunswich tutelam et defenſionem dictorum bonorum ad uſum rectoris preſcripte capelle eis preſentibus litteris duximus conmittendum. Prefatis etiam Conſulibus et procuratoribus ejusdem capelle conmittimus, ut, ſi, quod abſit, miſſa predicta, ſicut preſcriptum eſt, minime ſervaretur, dicti Conſules et procuratores eandem miſſam per perſonam ydoneam de bonis prefatis faciant celebrari, ne honor Dei et inſtituentis pia ac devota intentio defraudentur, eo tamen cauto, quod, cum rector ſepedicte capelle errorem ſuum correxerit et ipſam miſſam obſervaverit, id ei ſit liberum atque ſalvum. Super quibus ne dubium oriatur et ut premiſſa inviolabiliter obſerventur, preſentem litteram ſigillis, noſtro ſcilicet et capituli noſtri, fecimus ſigillari. Actum et datum anno domini milleſimo ccc° xxviij° feria ſecunda adventus domini in noſtro capitulo generali.

Im Orig. 9 faciunt.

1328 December 7. Bertram und die Brüder Heinrich und Ludolf v. Werle verkaufen dem Marienſpitale eine halbe Hufe in Schlieſtedt. [246

Original im Stadtarchive mit fünf Siegeln an rothen Seidenſträngen; Rückvermerk des XIV Jahrh. de ½ manſo in Sliſtede.

IN Dei nomine amen. Nos Bertrammus ſenior, filius domini Lippoldi militis, necnon Henricus et Ludolfus fratres, filii Henrici de Werle famuli, recognoſcimus publice per preſentes, quod concorditer et unanimi conſenſu omnium heredum noſtrorum, quorum intererat, vendidimus et in corporalem poſſeſſionem miſimus pro undecim marcis cum dimidia puri argenti et ponderis bruneswicenſis nobis integraliter perſolutis novo hoſpitali infirmorum beate Marie virginis in Bruneswich ante Longum pontem ſito dimidium manſum in campis ville Slyſtede ſitum cum omnibus ſuis uſufructibus et proventibus in villis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, viis et inviis ceterisque ſuis pertinenciis et juribus univerſis ab omni comicia, advocacia et qualibet ſervitute prorſus liberum et ſolutum ac juſto proprietatis titulo perpetue poſſidendum, obligantes nos fide data firmiter per preſentes, quod dicto hoſpitali de dicto dimidio manſo cum ſua proprietate ac pertinenciis ſuis antedictis volumus debitam et legitimam preſtare warandiam et ab inpetenti debite quolibet disbrigare. Quod ſi facere non poſſemus, dictam pecuniam infra menſem reſtituemus, poſtquam ſuper eadem disbrigacione a prefati hoſpitalis procuratoribus fuerimus requiſiti. In cujus rei teſtimonium hoſpitali prenarrato dedimus preſens ſcriptum noſtris

Im Orig. 26 *fehlt* in.

ſigillis firmiter roboratum. Preterea nos Bertoldus de Velthem miles, gerens procuracionem et tutelam Henrici et Ludolfi fratrum predictorum, necnon Bertrammus de Werle, patruelis eorundem, famulus, recognoſcimus vendicionem antedicti dimidii manſi ac ſue proprietatis cum ſuis juribus et pertinenciis memoratis noſtro conſenſu et approbatione benivola ſore factam, nos fide data preſentibus firmiter obligantes, quod ſepedicto hoſpitali ex omni defectu, ſi quem ſustinuerit, quod abſit, in premiſſis ſatisfaciemus ac ab eodem ipſum cum ſuo intereſſe indempne conſervemus aut civitatem Bruneswich infra quindenam, poſtquam a procuratoribus ſuis, quicunque pro tempore fuerint, moniti fuerimus, intrabimus obſtagium preſtaturi et inde nullatenus exituri, quin ſibi de premiſſis ac quolibet premiſſorum fuerit integraliter ſatisfactum, vel cum eorum procuratorum fuerit amicicia et favore. In cujus rei teſtimonium noſtra ſigilla duximus patenter preſentibus apponenda. Teſtes etiam premiſſorum ſunt discreti viri Hillebrandus Eleri, Hillebrandus de Luckenum, Stephanus dictus Hako, cives in Bruneswich, et plures alii ſide digni. Datum et actum anno domini m° ccc° xx° octavo in craſtino beati Nicolai confeſſoris.

(1328—n. 33.) Herzog Ernſt theilt den Räthen zu Hildesheim, Goslar, Braunſchweig, Hannover und Helmſtedt die wider ihn von Landgraf Heinrich von Heſſen erhobenen Klagen und ſeine Replik mit. [247

Original zu Goslar, gedruckt bei Bode, Gosl. Urk.-B. III, S. 430ff. Den Zeitraum, dem die Urkunde angehören kann, beſtimmen der Regierungsantritt Landgraf Heinrichs II, des Eiſernen, und der nach 1333 erfolgte Tod ſeiner Mutter, der Landgräfin Adelheid, die laut der Klage des Landgrafen vom Herzoge ſeindlich angefallen ſein ſollte.

1329. Allerlei Theidung. [248

Aus dem Degedingebuche der Altſtadt. Fortſetzung von Nr 220.

Bl. 72' GESE, Kordes wif Simonis, de hevet xvj marc lodiges ſilveres tho erme lifgedinge in ener hove, de leget uppe deme Giresberge. Dar umme mogen ſe Egheling unde Symon, Kordes brodere, unde ere erven wederkopen van Korde unde ſinen erven. unde wanne ſe ſe wederkopet, ſo ſchal men deſſe xvj marc deſſer vrowen leghen an lifgedinc, dar ſchal me er iiij marc tho geven van Kordes redeſtem gude. Dit ſchal men don met der vrunde willen.

Hannus Roſeke hevet gegeven Greten ſiner ſuſter tho erme live iij chor. ſiliginis unde j chor. tritici imme tegeden tho Wirethe unde j tal. geldes, des leget xiiij ſol. in eme garden, de leget in der Deveſtrate, unde vj ſol. in eme garden upme Rennelberge, unde dar tho dat hus bi ſente Petere, dar ſe inne ys. Na erme dode ſo vallet dit al weder uppe de rechten erven. Dat dyd der erven wille ſy, dar vor ſteyt her Brun van Ringelum, her Thomas van Kalve, Henrik van Urs-

In der Handſchr. 26 deſſer] deſſe *nach* lifgedinc *wiederholt* legen. 27 redeſtes.

leve, Thilo Dorinch de grote, de Hanneſes teſtamentarii ſint. Unde wanne dyt de erven wilkoret, ſo ſint ſe los.

Heyneke Wolfram ſchal hern Werner ſinem broder geven alle jar dre marc geldes van ſines vader erve tho ſente Mychelis dage tho ſime live. De hevet he eme gewiſet in ſime erve alſo lange, bit he ſe eme anderswor wiſe, dar eme unde ſinen vrunden dunke, dat he bewaret ſy. Vortmer, her Herman | ſin veddere gaf eme l[a] marc. dar ſchal he ok eme vor geven vif marc geldes *Bl. 73* des jares, dewyles en beyden luſtet. Deſſe ſelven l[a] marc de mach her Werner keren, war he wil.

Ludeman Ylias hevet vorkoft Berneken Bolten j marc geldes, de men ſchal geven alle jar half tho paſchen unde half tho ſente Mychelis dage, in ſynen ij hoeven vor ſente Mychelis dore vor xvij marc. De ſulve marc geldes mach Ludeman unde ſine erven van Berneken unde ſinen erven wederkopen umme dat ſulve geld tho twen tyden, wanne he wil.

Ludeman Montarius hevet vorkoft Hanneſe hern Stevenes ene hoeve unde enen hof vry unde egen tho Lendorpe vor xx marc lodeges ſilveres. De mach he unde ſine erven wan Hanneſe unde ſinen erven binnen dren jaren, jo des jares tho lechtmiſſe, wederkopen umme dat ſelve geld.

Henrik hern Engelhardes unde Hannus Stapel hebbet ſek aldus vorliket umme dat ervetal, dar ſe umme ſchelleden. xlix[a] ſol. geldes, de de cloſtervrowen to Winhuſen, hern Herman ſuſtere Stapeles, hebbet, de vallet uppe Henrik unde ſine erven na erme dode. Dat gût, dat hir lyt upme velde, dat Henrik met Hanneſe in leneſchen weren hevet: wanne Hannes eder ſine erven eme gevet x marc, ſo ſchal he dat uplaten. Vortmer de Meyberneshof, den mach Hannes wederkoepen vor xxiiij marc unde j fert. Hir mede ſint ſe erſcheden van allen dingen.

Hannus, Albertes ſone van Peyne, hevet afgelaten ij chor. wetes unde ij chor. rochen liſgedinges, de he hadde tho Abbenrode.

Henrik unde Kord brodere van Ursleve de hebbet eyn ôvesval in Hermannes hof Backermannes. Wolden ſe dar wat bowen eder ere erven, dar ne ſchal men ſe nicht ane hinderen.

Berneke Bolte hevet gegeven ſiner husvrowen Geſen, Heynrikes dochter Elye, ſin hus, dar he inne wonet. Dar tho ſchal men er geven x marc lodeges ſilveres van ſime redeſten gude na ſime dode. Dit ſilve hus mach Hannus unde Conrad, ſine brodere, beholden vor cxx marc lodiges ſilveres. des ſchal en diſſe vrowe gegunnen. Hevet he ok kindere, de ſint dar neger wan ſine brodere umme dat ſelve geld.

Heynen Elye dochteren Ermgarde unde Aleken, cloſtervrowen to Woltinge-|rode, ſint bewiſet *Bl. 73'* iiij tal. geldes to erme live, alſo hir beſcreven is. Der ſelven iiij tal. hevet Bele vamme hus bewiſet van erme gude xv ſol. geldes upme Nickerkolke, de ſe dar hevet, unde xij ſol. iiij den. min an erme dele des kampes vor ſente Mychelis dore. Unde Berneke Bolte hevet bewiſet xxvij

In der Handſchr. 20 *fehlt* ſe. 25 dar] da. 31 beſcriven de ſelven.

ſol. geldes iiij den. min an ener marc geldes, de he hevet in ij hoeven, de Lud. Elye ſint. Unde Kord de Reſe hevet bewiſet j tal. unde vj den. geldes upme Nickerkolke, de he dar hevet, unde vj ſol. unde ij den. geldes an ſime dele des kampes vor ſente Mychelis dore. Wanne diſſer juncvrowen en ſtervet, ſo werdet ij tal. los, jwelekeme ſin del. unde wanne de ander ſtervet, ſo werden ech ij tal. los, echt jwelekeme ſin del unde er manlekes erven. Hir ſchal ok deſſen juncvrowen manlek vor ſinen del vol don.

Hildebrant van Guſtede hevet bekant, dat he dre punt geldes, de he hadde in der montye, unde den halven deyl der molen tho Lere unde dat verdeyl des tegeden tho Mertinesbutle unde j hoef to Alersbutle hebbe gelaten Hermanne van Guſtede, ſime vedderen. Vortmer ander gud, dat ſe toſamene hebbet in lenſchen weren, welk er dat vorkoepen wil, dat ſchal he deme anderen laten umme de pennige, de et gelden mach. Ne willes er en dem anderen nicht afkoepen, ſo en ſchal er nen den anderen hinderen, unde ſo mach he et vorkoepen, weme he wil.

Ludemannes ſuſtere des bederes bi ſente Olrike, Bele, Hanne, Rikkele unde Grete, hebbet afgelaten van alleme angevelle, dat en was angevallen van erer moder wegene. Dar gaf he er jevtliker umme v fert.

De pewelere hebbet ſek des vorbunden, dar is en ok alſo leve umme gedan, dat ſe allen den, de dot ſint ut uſer vrowen gilde, ſcholen alle werkedage ene ſelemiſſe ſingen to deme altare in deme oſtene to heyle unde to gnade, alle den, de dot ſint, des ſůnavendes van uſer vrowen. unde twey jartyt, ene verteynacht na paſchen unde ene verteynacht na ſente Michelis dage, ſchollen ſe began med viligen unde med miſſen hoegliken, alſo dat en lyeg jegenwordich were.[a] |

Bl. 74 De Rad van allen ſteden gemeyne ſint des over en komen met den gerweren unde den ſchoworten gemeyne over al de ſtad, dat er inninge ſchal al enes weſen unde gemene over al de ſtad. Unde we er inninge winnen wil, de dar nicht in gheboren en is, de ſchal ſe winnen umme ver marc lodeges ſilveres. Der ver marc wert en deme Rade in der ſtad, dar he inne wonet, de de inninghe winnet, de anderen dre werdet den gildebroderen. Kinder unde vrowen de ſcholen bliven by der wonheyt, alſo ſe oldinges geweſen hebbet. Twene meſtere ſchal men keſen ut der Oldenſtad, enen ut deme Hagen unde enen ut der Nyenſtat. Ses man, de tho deme werke ſweren, de mach men nemen van allen ſteden, wor ſe en eveneſt komen.

Hannus hern Ludeken hevet gelenet laten Mathie, ſines broder ſone Hildebrandes, den verden deyl des ammetes tho Stockem unde ſes punt geldes in deme ſolte to Scheninghe. Wanne he et eſchet van eme, ſo ſchal he et eme weder uplaten.

Hildebrant van Hone ſchal alle jar geven ij marc geldes, j to paſchen unde j to ſente Miche-

In der Handſchr. 13 Olrice. 15 jevtliker *deutlich ſo: v zwiſchen e und t übergeſchrieben.* 18 ſunavedes. 19 gartyt.

a Dieſe Aufzeichnung iſt ganz gleichlautend im zweiten Degedingebuche der Altſtadt Bl. 30' wiederholt.

lis dage, vorn Sophien ſiner ſtefmoder to erme live van deme ſeſten dele des tegeden unde ij hoeven to Bortvelde. Worde er hir enech broke an, dar ſchal er Thile Dorinch de grote unde Herman van Guſtede vôl dôn.

De barvoten brodere ſolen halden alle werkedage ene miſſe to ſente Nicolaes altare in erer kerken den gildebroderen van uſer vrowen gilde gemeyne unde ſcolen ok two jartid began, ene in deme ſomere unde ene in deme wintere, med miſſen unde med vigilien, wanne ſe dat eſchet, unde ſolen broderſchap hebben med en alle erer guden werch.

Henrik, Cord unde Eghelinch, hern Heynen ſone bi deme Kerchove, hebbet beſcheden Belen unde Sophien, cloſtervrowen tho Wolthingerode, Alheyde unde Geſen, cloſtervrowen upme Rennelberge, eren ſuſteren, v tal. geldes, er jkleker xxv ſol., to erme live in den ſcraderboden vor dem winkellere. brenden de af, ſo ſcholen ſe diſſes tynſes warden in eres vader hus. Unde wanne er en afgeyt, ſo gat xxv ſol. met er af, de vallet weder uppe deſſe brodere unde ere erven. |

Bl. 76' Albreycht de Gyr unde Mechtild ſin husvrowe hebbet Hennighe van Sthokeme unde Hennighe van Wetelmeſtede vorkoft unde gelaten viſtehalve hoeve tho Weſterbywende tho ſes jaren, dat ſe de vrucht unde alle nut ſcholen upnemen deſſe ſes jar. Wanne diſſe ſes jar ummekomen ſint, ſo ſint diſſe ſelven hoeve Albreychts unde ſiner erven weder ledech unde los. Dit is geſchen na Goddes bort drutteynhundert jar in deme negen und twinthegeſteme jare tho ſente Gerthruden dage.[a] Hyr hevet Heyneke Davites met en tho gelovet, tho entwerrende alle rechte anſprake.[b]

In der Handſchr. 4 *fehlt* werkedage. 11 *fehlt* ſe. 15 vruch. 17 drutteyhundert Gerthrude.

a März 17. b Dieſer Eintrag auf einem beſondern Bl. 76' angehefteten Pergamentblatte.

1329. Allerlei Theidung. [249

Aus dem Degedingebuche des Hagens. Fortſetzung von Nr 221.

Bl. 11 WE Eggelingh van Ringelum, Danel Cronesben, Henningh hern Vrederekes, Ludolf van Witinge, Ludegher Muntaries, Diderik van Hemſtidde, Ludolf Wenthuſen unde Conrad Cruſen, radman in dem Haghen, bekennet, dat Katerine de wedewe, de ichteswanne husvrowe was Lemmekens hern Alerdes, vor uns mit ereme ſone Lemmeken ghededinget heft, dat he van ſines vader erve unde van allem anghevalle nu unde umbermer heft afghelaten. Des heft ſe eme gheven dre mark.

Des ſilven jares. De meſtere van dem linenenwerke hebbet ere olde recht upghenomen vor dem menen Rade. De mene Rad bekennet eren ghilden over al de ſtat. in erer ghilde bekennet ſe den verden penningh deme Rade unde alle, dat on dar to valt. In welkeme richte he beſeten is, de ſchall et ſime Rade up antworden. Vortmer willet ſe ein recht keſen: dar ſe nicht alle an over eyn komen kunnet, ſo ſchollen ſe dat vor dem menen Rade ſûken.[a]

Vergl. 1330 Januar 12.

1329. Der Neuſtädter Rath bekundet die Abfindung der Frau Frickens v. Sickte. [250

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt; am Rande Van Vricken van Tzicte. *Vorher Nr 222.*

Bl. 10 WE Ludolf van Ringelem, Diderik des Abbetes, Albert Blivot, Diderik van Brokelde, Henning hern Gherwines unde Henning van Munſtede, radmanne tho dhere tyd in der Nyenſtat, bekennet, dat vor us heft ghewefen Vricke van Tzicte, uſe borghere, unde heft bekant ſiner husvrowen Diligen veſtich lodeghe marc in ſineme redeſten gude binnen jare unde daghe to betalende, ofte ſiner to kort worde ane erven van der vrowen weghene. Darmede ſcolde ſe irſcedhen weſen. weret aver, dat dere vrowen erven worden, ſo ſcolde men it holden na der ſtat rechte, unde diſſe bref ſcolde nicht weſen. M° ccc° xxix°.

1329. Der Neuſtädter Rath bekundet, daß der Pfaffe Heinrich v. Gadenſtedt an Meybom auf dem Radeklinte einen Erbzins an deſſen Hauſe auf Wiederkauf verſetzt hat. [251

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt; am Rande Van Meybome in deme Radeclinte. *Vorher Nr 250.*

Bl. 10' WE Ludolf van Ringelem, Tiderik des Abbetes, Albrecht Blivot, Tyle van Brokelde, Henning hern Gherwens, Henning van Munſtede, radman to dher tyd in der Nyenſtad, bekennet, dat vor us heft gheweſen Meybom uppe deme Radheclinte unde heft bekant, dat eme Henricus van Goddenſtede de pape heft gheſat ene halve mark gheldes ervestinſſes, de de ſulve Henricus hadde in ſineme huſe, vor achte lodeghe marc, dhe eme Meybom heft betalet, mit alſusdaneme underſcedhe: ſwanne Henricus van Goddenſtede eme de ſulven achte mark wederghift, unde anders nement, ſo ſcal he eme de ſulven halven mark ervestinſſes weder laten, alſo he de vore hadde. Dit is gheſchen unde in uſe bok gheſcreven na Goddes bord m° ccc° xxix° anno.

1329. Reiner v. Aken vermiethet an Ulrich vom Sickterwalde ſein Haus. [252

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt; am Rande van Olrikes huſe van dem Tzicterwolde. *Vorher Nr 251.*

Bl. 10' EGO Reynerus de Aken recognoſco, quod cum ſcitu dominorum Conſulum Nove civitatis infraſcriptorum locavi Olrico de Tzicterwolde domum meam ſitam in platea Nickerkolke pro quatuor marcis puri argenti ponderis et valoris brunswicenſis, ita videlicet, quod de predicta domo ſolventur et dabuntur quinque lotones annis ſingulis jure cenſuali. Poſſum tamen una cum heredibus meis redimere, quandocumque michi placuerit, pro pecunia memorata. Nos vero Ludolfus de Ringelem, Thidericus Abbatis, Albertus Blivot, Johannes Gherwini, Thidericus de Brokelde, Johannes de Munſtede, Conſules, premiſſa recognoſcimus facta anno domini m° ccc° xxix°.

1329 Januar 25. Herzog Otto eignet Ulrich Reſen einen Zins an ſechs Huſen zu Broitzen.

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel.

DEI Gracia nos Otto dux in Bruneswich, Antique Marchie dominus, ad noticiam univerſorum, tam preſentium quam futurorum publice cupimus pervenire, quod cum conſenſu kariſſimorum fratrum noſtrorum Magni et Erneſti, quorum tutelam adhuc gerimus, donavimus et appropriavimus et in Dei nomine damus et appropriamus per preſentes Olriko dicto Reſen, civi in Brunswich, et ſuis heredibus triginta ſolidos brunswicenſium denariorum annue penſionis, quos habuimus in ſex manſis ipſorum ſitis in campis ville Brötzem, qui quondam monaſterio in Rennelberch pertinebant, habendos et poſſidendos cum omni libertate et jure proprii, ſicut nos ipſos habebamus, ita eciam, quod dicti burgenſes cum eisdem triginta ſolidis annue penſionis prefate poſſunt facere, quicquid eis placet, dare eciam et transferre in quamcumque voluerint eccleſiam vel perſonam, ratum et firmum ſine omni excepcione cujuslibet juris habituri, quicquid ab ipſis cum eisdem triginta ſolidis factum fuerit, ac ſi inmediate fecerimus propria in perſona. Renunciamus eciam expreſſe per preſentes pro nobis et fratribus noſtris predictis ac omnibus heredibus et ſucceſſoribus omni juri et utilitati, que nobis et ipſis in dictis triginta ſolidis conpetebant vel quomodolibet in futuro conpetere potuiſſent. Et in horum omnium teſtimonium dedimus ipſis preſentem litteram inde conſcriptam pro nobis et noſtris fratribus et heredibus ſigillo noſtro patenter conmunitam. Teſtes hujus ſunt honeſti viri Ludolfus et Bertoldus de Honlaghe, milites, et dominus Thidericus, noſter notarius, canonicus eccleſie ſancti Blaſii in Brunswich, et plures alii ſide digni. Actum et datum anno domini milleſimo treceſimo viceſimo nono in die converſionis ſancti Pauli apoſtoli.

Im Orig. 11 mediate. 16 *fehlt* ſigillo noſtro.

1329 Februar 3. Propſt Henricus zu St Cyriaci bekundet, daß Dekan und Capitel von den Brüdern Heinrich, Johann und Heinrich Wulfgroven, *Knappen, ſechs Huſen und ſieben Wurten zu Vallſtedt* (Veltſtede) *und noch eine Hufe daſelbſt gekauft haben, deren Zins, 10 Schilling, nach dem Tode der* Sconehovedeſchen *dem Capitel anfallen wird — Güter, die die Käufer von der Propſtei zu Lehn trugen und nun aufgeſandt haben.* Quo facto nos ſollerter attendentes, ſi predicti manſi cum ſuis juribus et pertinentiis poſſiderentur a laycis, quod ex hoc decano et capitulo predictis in bonis eorum in eodem loco Veltſtede conſiſtentibus poſſent inbrigationes et discrimina multipliciter ſuboriri, unde merito utilitatem et comodum eorundem decani et capituli preferentes fidelitatis homagio, quod ſolum nobis pro predictis bonis poterat conpetere, cum non erat veriſimile, quod heredes eisdem bonis inpheodandi poſſint deficere, . . . pro perpetua beneficencie noſtre memoria prefatos ſeptem manſos cum prefatis areis et omnibus eorum utilitatibus et juribus et omni juri, quod predicti fratres in predicta villa a nobis habebant, ab omni jure advocacie, comicie et quibuslibet ſerviciis prorſus liberos dedimus cum proprietate

et jure proprii ac dominii . . . et appropriavimus decano et capitulo . . . *Zeugen* Wedego de Veltſtede, Conradus Holtnicker, Johannes de Achum, burgenſes in Brunswich. Datum et actum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo nono in die ſancti Blaſii epiſcopi et martyris.

Original zu Wolfenbüttel.

1329 Februar 14. Dekan und Capitel zu St Blaſien urkunden über die Altarſtiftung Helmolds v. Ohlendorf. [255

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel. Formular wie Nr 232.

ENGELBERTUS Dei gracia decanus totumque capitulum eccleſie ſancti Blaſii in Bruneswich omnibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, ſalutem in domino ſempiternam. Ad noticiam omnium tam preſencium quam futurorum publice volumus pervenire, quod Helmoldus dictus de Oldendorpe volens animabus, ſue videlicet et parentum ſuorum, ſalubriter providere donavit nomine et jure dotis ad altare, quod fundavit in cripta eccleſie noſtre verſus partem meridionalem et in honore beati Pauli apoſtoli dedicari procuravit, ſex manſos, quorum duo ſiti ſunt in campis ville Dettene, et unam curiam in eadem villa ad eosdem pertinentem, et reliqui quatuor manſi cum ſpacio unius aree ſiti ſunt in campis quondam ville Weſterem juxta campos ville Athleveſſen, eidem altari et omnibus ſuis rectoribus nomine et jure dotis perpetuo permanſuros cum omnibus ſuis utilitatibus, juribus ac pertinenciis univerſis in villis, ſilvis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis et inviis (quorum quidem duorum manſorum in campis ville Dettene ſitorum cum curia ad eos pertinente proprietatem ab illuſtri principe duce Ottone in Bruneswich et proprietatem reliquorum quatuor manſorum cum ſpacio aree in campis quondam ville Weſterem ſitorum ab honorabili viro . . prepoſito beati Allexandri in Embeke ſua prompta pecunia conparavit, ut in litteris ſuper hoc datis lucide continetur) tali condicione, quod idem Helmoldus wlt et debet uſufructum eorundem ſex manſorum ſibi retinere ad tempora vite ſue et poſt obitum ſuum per integrum annum a die, qua obierit, conputandum. poſt obitum vero Helmoldi predicti, quamcunque perſonam idem Helmoldus nobis nominaverit, ad idem altare recipiemus et de eodem altari inveſtiemus jure et nomine beneficii ad habendum ipſum et poſſidendum. Si vero talem perſonam nobis per Helmoldum nominatam mori contigerit ipſo Helmoldo adhuc vivente, tunc iterum, quamcunque perſonam ſepedictus Helmoldus aut ſui teſtamentarii nobis nominabunt, ad predictum altare recipiemus et ipſam de eodem altari inveſtiemus ad habendum ipſum et in beneficio canonice poſſidendum. Poſt mortem autem Helmoldi ac talis perſone nobis per ipſum aut ſuos teſtamentarios nominate preſentatio et inveſtitura ad predictum altare ad nos perpetuo pertinebit, et nos idem altare conferemus uni eccleſie noſtre vicario vel alteri idoneo ſacerdoti, et ille conparabit ſibi vinum, luminaria, carbones et omnia ſibi neceſſaria ad divinum officium exequendum de ſex manſorum proventibus predictorum, qui eciam ſingulis diebus leget miſſam in altari memorato, niſi ipſum inpediat legitimum

Im Orig. 17 fehlt in.

inpedimentum. Preterea rector altaris predicti dabit in anniverſario Helmoldi ſupradicti et parentum ſuorum de eisdem proventibus triginta tres ſolidos ſingulis annis inter dominos noſtros canonicos et vicarios perpetuo distribuendos, prout apud nos eſt conſuetum, et inſuper miniſtrabit annuatim Elizabeth, uxori Boſſonis Setteres, ſorori ipſius Helmoldi, unam marcam puri argenti, dimidiam videlicet in feſto paſche ac dimidiam in feſto Michaelis, quam diu vixerit, expedite. ipſa autem defuncta rector dicti altaris a datione illius marce penitus abſolvetur. Volumus eciam, ut idem rector cum reliquis eccleſie noſtre vicariis equam habeat portionem, ſi de novo alique conſolaciones in eccleſia noſtra fiant, inſuper, ſi ſepenominatus Helmoldus chorum noſtrum frequentare voluerit, quod ſecundum placitum ſuum faciet, nos enim ipſi in dormitorio noſtro locum aſſignabimus et in choro. Et in horum omnium evidens teſtimonium preſentem litteram ſigillo noſtro reddimus conmunitam. Actum in capitulo noſtro preſentibus dominis Sifrido de Alten, magiſtro Brunone, Florino, Thiderico de Omenshuſen, Thiderico de Godenſtede, Henrico de Luneborch, Hartberto de Cramme, Ludolfo de Honlaghe, Aſchwino de Saldere et Luthardo de Wenden, eccleſie noſtre canonicis, anno domini m° ccc° xx° nono in die beati Valentini martiris.

1329 Februar 23. Herzog Ernſt an den Rath zu Braunſchweig: bittet um Auszahlung von 100 Mark l. S. und 10 Mark braunſchweigiſcher Witte und Wichte an die Boten. [256

Original im Stadtarchive mit Siegel. Rückvermerk des XIV Jahrh. quitatio ducis Erneſti ſuper c° et x marc.

DEI Gracia Erneſtus dux Bruneswicenſis providis viris honeſtis et discretis Conſulibus ibidem, burgenſibus ſuis dilectis, ſalutem bone voluntatis cum affectu. Johannem ſcriptorem noſtrum et Gherbertum de Ganderſeym, famulum nobis dilectum, discretioni veſtre transmittimus cum diligentia deprecantes, quatenus predictis hujusmodi pecuniam, prout vobiscum placitavimus, videlicet centum marcas puri argenti et decem marcas bruneswicenſis ponderis ac valoris, ad noſtras manus preſentetis, non obſtante hoc articulo, quod a vobis taliter ſepararemur, cum proxime in noſtra conſtituti eſſetis preſentia, videlicet quod prenominatam pecuniam nulli niſi ſtrennuo militi Hermanno de Olderdeshuſen deberetis preſentare. ſed quibus prehabitis Johanni et Gherberto nomine noſtro perſolutis vos de hujusmodi pecunia in preſentibus quitos dicimus et ſolutos. In quorum evidens teſtimonium preſentem litteram noſtro ſigillo juſſimus roborari. Rogamus etiam diligenter, ut verbis predictorum vobis ultra noſtro nomine expoſitis fidem adhibeatis credulam et perfectam. Datum anno domini milleſimo ccc° viceſimo nono in vigilia Mathie apoſtoli.

Im Orig. 26 fehlt pecunia.

1329 Februar 24. Dekan Engelbert und Capitel zu St Blaſien bekunden, daß der Prieſter Herr Konrad v. Bornum (de Bornem) *den von ihm zu ſeiner und ſeiner Eltern Seeltröſtung*

geſtifteten Altar (St Michaelis) in aquilonari parte eccleſie noſtre apud columpnam, juxta quam quondam ſepulta fuit Alheydis duciſſa, *mit vier von dem Kloſter Marienthal gekauften Hufen zu Alversdorf bewidmet hat unter Vorbehalt ſeines Leibgedinges daran und daß das Beneficium nach ſeinem Tode zuerſt an Eggeling, den Sohn Konrad Rotgers* (Rotgheri), *verliehen werde. Falls dieſer Laie bleibt oder bei Konrads Lebzeiten mit Tode abgeht, ſoll ſelbiger einen Andern präſentieren.* . . Aſſignabimus eidem Ekkelingo locum in noſtro dormitorio cum aliis noſtris vicariis dormiendi, ſi chorum noſtrum frequentabit, et tunc equalem habebit porcionem cum vicariis noſtris de conſolacionibus anniverſariorum et feſtorum in poſterum in eccleſia noſtra faciendis. . . Anno domini trecenteſimo viceſimo nono in die beati Mathie apoſtoli. [257

Original in Wolfenbüttel mit Siegel.

1329 April 2. Helmold v. Ohlendorf bewidmet einen von ihm geſtifteten Altar zu St Blaſien.

Original zu Wolfenbüttel; vom Siegel nur der rothe Seidenſtrang erhalten. Vgl. Nr 255.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit, Helmoldus de Oldendorp, burgenſis in Bruneswich, in omnium creatore ſalutem. Litteris preſentibus recognoſco, quod volens in eccleſia ſancti Blaſii civitatis predicte animabus mee et parentum meorum perpetuam ac ſalubrem facere memoriam bona deliberatione prehabita cum conſenſu omnium meorum, quorum intererat, dedi et in Dei nomine do per preſentes cum omni proprietate et jure in dotem altaris, quod fundavi in cripta eccleſie prenotate et in honorem beati Pauli apoſtoli dedicari procuravi, ſex manſos eidem altari et omnibus ſuis rectoribus jure et nomine dotis perpetuo conmanſuros cum omnibus eorum utilitatibus ac pertinentiis univerſis (quorum quidem manſorum duo ſiti ſunt in campis ville Dettene, quos cum eorum proprietate ab illuſtribus principibus dominis meis Ottone, Magno et Erneſto, ducibus in Brunswich, et reliqui quatuor manſi ſiti ſunt in campis quondam ville Weſtrem apud campos ville Athleveſſen, quorum proprietatem ab honorabili viro domino Johanne, prepoſito beati Allexandri in Embeke, cum mea propria pecunia conparavi, ſicut in ipſorum litteris ſuper hoc datis lucide continetur) ita tamen, quod ego retineo ac reſervo michi ad recipiendum totalem uſufructum eorundem ſex manſorum ad tempora vite mee jure dotali et appropriationis eorum ipſi altari poſt mortem meam in omnibus ſalvo. Quilibet eciam rector altaris predicti ſervabit et faciet omnia ſecundum tenorem litterarum ab honorabilibus viris dominis . . decano et capitulo eccleſie ſancti Blaſii predicte ſuper hoc datarum. Ut autem premiſſa firma perpetuo maneant atque rata, preſentem litteram inde conſcriptam dedi prefatis dominis meo ſigillo patenter conmunitam. Teſtes hujus rei ſunt discreti viri Conradus Holtnickere ſenior, Wedego et Bertrammus fratrueles de Velſtede, Ludolfus Oſſe et Buſſo dictus Settere, burgenſes in Brunswich, et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo nono in dominica, qua cantatur Letare.

Im Orig. 15 meorum *ausgeſtrichen.*

1329 April 17. Ritter Wilhelm v. Sambleben (de Tzampleve) *überträgt mit Zuſtimmung ſeiner Frau und ſeines Sohnes Bertram dem Kloſter Riddagshauſen zur Seeltröſtung ſeiner Eltern das Eigenthums- und Lehnsrecht* (proprietatem et jus pheudi) *zweier Hufen zu Hemkenrode* (Hemkenrode) . . . quos manſos Bertoldus et Johannes dicti de Clitlinghe, burgenſes in Brunswich, [et] Johannes et Fridericus fratres dicti de Veltum a nobis titulo poſſederant pheodali. Qui a nobis hucusque inpheodati de cetero jus pheodi ab abbate et conventu recipient, a quibus tres marcas recepimus in reſtaurum. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo nono quinto decimo kalendas Maji. [259

Original zu Wolfenbüttel.

1329 April 23. Prior und Convent der Predigerbrüder nehmen die Marienbruderſchaft in die Gemeinſchaft ihrer guten Werke auf und bewilligen ihr eine tägliche Meſſe und zwei Jahrzeiten in der Kloſterkirche. [260

Original (unter den Urkunden des Marienſpitals) im Stadtarchive, von den beiden Siegeln in rothem Wachs iſt das erſte bis auf geringe Reſte abgefallen. Vgl. S. 189[168].

IN Nomine domini amen. Quia juxta ſalvatoris ſentenciam in medio illorum eſſe dignatur, qui in ſuo nomine congregantur, univerſitas autem ſocietatis et fraternitatis in civitate Brunswicenſi, que dicitur beate virginis, unita noſcitur et collecta pro ſalute animarum ſuarum et predeceſſorum ſuorum in ſalvatoris noſtri domini Jheſu Chriſti gloriam et honorem, hinc eſt, quod in medio ipſorum eſſe creditur dominus Jheſus Chriſtus, et juſte ab omnibus fidelibus in eorum ſocietate et fraternitate ſalvatori omnium honor et gloria exhibetur. Hujus igitur rei cauſa prior et conventus fratrum ordinis predicatorum in Brunswic ſocietatem et fraternitatem predictam beate Marie virginis venerantes ipſam et omnes et ſingulas perſonas ipſius fraternitatis tam preſentes quam futuros ad omnia ſuffragia conventus et ordinis predicatorum ſepius memorati tam in vita quam in morte aſcribunt preſentibus et aſſumunt ex nunc et in poſterum in eternum. Inſuper conmunicant eis merita et ſuffragia miſſarum, predicacionum, oracionum, jejuniorum, vigiliarum, abſtinenciarum, caſtigacionum, confeſſionum ceterorumque bonorum, que per fratres dicti conventus et ordinis predicatorum fieri dederit dominus Jheſus Chriſtus, ut ipſis proſint et ſint eis ſalubria ſicut fratribus conventus et ordinis memorati. Ut autem efficacius hujus ſocietatis et fraternitatis beate Dei genitricis virginis Marie ad conventum et eccleſiam ordinis predicatorum memorati vinculum unionis indiſſolubilis in perpetuum conſervetur, obligat ſe conventus predictus fraternitati predicte ad unam miſſam animarum ſingulis diebus ferialibus cum cantu in altari in orientali parte eccleſie ſemper inantea celebrandum, loco cujus in ſabbatis de beata virgine fiat miſſa, quia patrona et capud fraternitatis predicte eſſe noſcitur et

Im Orig. 29 beate—Marie *fälſchlich nach* eccleſiam.

conventus. Inſuper duo anniverſaria agentur in dicto conventu pro omnibus, qui de fraternitate ſepedicta de hoc ſeculo transierunt, unum ad quindenam poſt feſtum paſche, alterum ad quindenam poſt feſtum Michaelis ſolempniter cum vigiliis et cum miſſa, que inchoabitur tempore beneplaciti magiſtrorum. Poſt miſſam vero conventus exequias ſolempnes faciet, ſicut fieret, ſi preſens in eccleſia fieret funus. In eisdem eciam anniverſariis pro vivis ejusdem fraternitatis fiet de ſancto ſpiritu una miſſa. Petit inſuper dictus conventus, ut hoc actum ad perpetuam rei memoriam libello civitatis publico inſeratur. Hujus autem rei teſtes ſunt frater Heydenricus de Magdeborch prior, frater Johannes et frater Henricus germani dicti Cronesben, frater Gernandus, frater Hinricus de domo necnon magiſtri tunc temporis predicte fraternitatis Henricus Ruſchere et Henricus de Woltorpe, Henningus Ezenrode, Henricus de Borſum, Hermannus Molendinarius, Henningus de Valeberge. Inſuper invocamus teſtimonium Conſulum omnium civitatis Brunswicenſis, coram quibus publice hec acta ſunt. Actum et datum anno domini m° ccc° xxix° in feſto paſche. Ut autem hujus rei maneat indubitabilis certitudo, preſentem paginam duximus ſigillo prioris provincialis Saxonie et conventus Brunswicenſis predicatorum ordinis conſignandam.

Im Orig. 1 aniverſaria.

1329 Juni 7. Kloſter Drübeck verkauft der Andreaskirche zwei Höfe und drei Hufen in Beierſtedt. [261

Original im Stadtarchive mit drei beſchädigten Siegeln an rothen Seidenſträngen. Rückvermerke des xv Jahrh. von einer Hand 1 venditionis littera monaſterii in Drubecke ſuper tres manſos ſitos in campis ville Beyerſtede et duabus curiis *(!)* ibidem pro xl *(!)* marc. et dimidia argenti brunswicenſis, 2. tom altar ſancti Laurencii, **nympt up de perner, holt dar van j cappellan.**

NOS Johannes dictus de Erkeſtede, prepoſitus, Elizabet dicta de Rumesleve, abbatiſſa, totusque conventus ſanctimonialium ordinis ſancti Benedicti monaſterii in Drubeke Halberſtadenſis dyoc. recognoſcimus per preſentes, quod bona voluntate ac deliberacione et maturo conſilio prehabito vendidimus duas curias ſitas in villa Beyerſtede et tres manſos ſitos in campis ejusdem ville Beyerſtede, quos coluit Gevehardus dictus de Hoiersdorp villicus pro penſione ſibi deputata, et quos Willekinus et Henningus germani, filii, et ſoror ipſorum Adelheidis, filia quondam Heinrici de Slanſtede, a nobis tenuerunt jure emphytheotico pro certa penſione annali, noſtro ac ipſorum nomine cum omni jure in villa, campis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, viis, inviis, prout actenus nos ac ipſi habuimus, absque cujuslibet jugo ſervitutis pro quadraginta novem marcis cum dimidia examinati argenti brunswicenſis ponderis et valoris rectori ac procuratoribus eccleſie ſancti Andree in Brunswich Hyldenſemenſis dyoc. per ipſos perpetuo

Im Orig. 29 emphycheotico.

poſſidendos et poſſidendas, quam pecuniam idem rector et procuratores predicti nobis perſolverunt, et nos eandem pecuniam in utilitatem noſtram ac monaſterii noſtri predicti duximus convertendam, videlicet in diminucionem noſtrorum debitorum. Inſuper nos obligamus et ſucceſſores noſtros ac noſtras obligatos et obligatas volumus eſſe per preſentes, quod warandare volumus et debemus rectorem et procuratores memoratos et ipſos eripere ab omni inpeticione liberos et indempnes, ſi quis ipſos inpetere voluerit ſuper manſis et curiis prefatis ac ſuper proprietate eorundem, quos et quas ipſi proprietatis titulo ſine omni ſervitutis honere perpetuo poſſidebunt. In cujus rei certitudinem preſentem litteram dedimus ſigillorum noſtrorum robore communitam. Datum anno domini m° ccc° xxix° feria quarta feſtum penthecoſtes proxime precedente. Hujus rei teſtes ſunt Johannes dictus Sone, Johannes dictus Lentfort, Henricus dictus de Leyne, Albertus dictus Blyvot, Thidericus dictus de Brokelde, Hen. de Munſtede, Hen. Gerwini, Conradus Rutcheri, Arnoldus de Ringelnem et alii ſide digni.

Im Orig. 6 inpetetere.

1329 Juni 8 Langenſtein. Biſchof Albrecht von Halberſtadt beſtätigt vorſtehenden Verkauf.

Original im Stadtarchive mit Siegel an rothem Seidenſtrange. Rückvermerk des xv Jahrh. iij hove landes to Beyerſtede, dar de perner den cappellan af holt to ſunte Laurentz altar. eyn willebreff gegeven van dem byſſcoppe van Halverſtad aver dat . . . *(gut?).*

IN Nomine domini amen. Nos Albertus Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus recognoſcimus per preſentes, quod ad peticionem honorabilis viri domini Johannis dicti de Erkeſtede, prepoſiti, ac religioſe domine Elizabet dicte de Rumesleve, abbatiſſe, et tocius conventus ſanctimonialium ordinis ſancti Benedicti monaſterii in Drubeke noſtre dyoc. vendicionem duarum curiarum in villa Beyerſtede ſitarum et trium manſorum in campis ejusdem ville Beyerſtede ſitorum ac proprietatis eorundem factam pro quadraginta novem marcis cum dimidia examinati argenti brunswicenſis ponderis et valoris rectori ac procuratoribus eccleſie ſancti Andree in Brunswich Hyldenſemenſis dyoc. proprietatis titulo per ipſos poſſidendorum ac poſſidendarum, quos manſos actenus coluit Gevehardus dictus de Hoyersdorp pro penſione annua ſibi deputata, quia nos certificaverunt, quod eandem pecuniam in utilitatem ſuam ac ſui monaſterii predicti D. converterunt, ipſam approbamus et alienacionem predictorum bonorum inviolabiliter permanſuram confirmamus preſencium per tenorem. In cujus rei certitudinem preſentem litteram dedimus ſigillo noſtro roboratam. Actum et datum Langenſtein anno domini m°ccc° xxix° feria quinta feſtum penthecoſtes proxime precedente. Hujus rei teſtes ſunt magiſter Johannes de Gytelde, magiſter Jacobus officialis curie noſtre, canonici eccleſie ſancte Marie in Halberſtad, ac magiſter Thymo notarius noſter et alii ſide digni.

Im Orig. 23 proprietatem. 25 poſſidendos ac poſſidendas.

1329 Juni 12. Die Grafen von Wernigerode entſagen zu Gunſten der Andreaskirche ihrer Vogtei über drei Hufen und zwei Höfe zu Beierſtedt. [263

Original im Stadtarchive mit acht z. Th. beſchädigten Siegeln an rothen Seidenſträngen, die letzten vier paarweis über einander an je einem. Rückvermerk des xv Jahrh. iij hove landes to Beyerſtede to ſunte Laurentz altar, nympt up de perner. *Vgl. Jacobs, Urk.-B. des Kl. Drübeck S. 62 Nr 73.*

NOS Fredericus, Conradus et Conradus, ejusdem Conradi filius, Dei gracia comites de Wernigerode, recognoſcimus publice per preſentes, quod bona deliberatione prehabita ob Dei reverenciam ac ob remedium et ſalutem animarum noſtrarum atque parentum noſtrorum de conſenſu omnium coheredum et heredum noſtrorum et omnium eorum, quorum conſenſus fuerat merito requirendus, et propter peticionem honorabilis viri domini Johannis dicti de Erkeſtede, prepoſiti, ac religioſe domine Elizabet dicte de Rumesleve, abbatiſſe, et tocius conventus ſanctimonialium ordinis ſancti Benedicti monaſterii in Drubeke advocaciam, quam actenus habuimus in tribus manſis ſitis in campis ville Beyerſtede et duabus curiis ad eosdem manſos pertinentibus ſitis in villa Beyerſtede memorata, quos actenus coluit Gevehardus dictus de Hoyersdorp pro penſione ſibi deputata, quam advocaciam Willekinus et Henningus germani, filii quondam Henrici de Slanſtede, noſtri fideles, cum ſorore eorum Adelheide a nobis actenus habuerunt in feudum, noſtro ac coheredum et heredum noſtrorum et ipſorum nomine reſignamus ac reſignavimus per preſentes ac renunctiamus omni juri, quod nobis ac noſtris coheredibus et heredibus omnibus ac ipſis in predictis bonis conpetebat ſeu conpetere poſſet in futurum, et predictos tres manſos cum curiis ad eos pertinentibus ab omni jugo advocacie noſtro ac predictorum Willekini et Henningi ac Adelheidis, ſororis eorum, nomine dimittimus perpetuo abſolutos per eccleſiam ſancti Andree in Brunswich ac rectorem ſeu procuratores ejusdem eccleſie ſine cujuslibet honere advocacie perpetuo libere poſſidendos, obligantes nos cum Willekino, Henningo et Adelheide predictis rectori ac procuratoribus eccleſie ſancti Andree predicte, quod eos volumus et debemus warandare contra quamlibet perſonam, que ipſos poſſet ſeu voluerit inpetere ſuper advocacia curiarum ac manſorum predictorum coram quocunque judice eccleſiaſtico vel civili, quando et quocienscunque fuerimus requiſiti ab ipſis, tam noſtris laboribus quam expenſis. In cujus rei certitudinem preſentem litteram pro nobis ac Willekino, Henningo ac Adelheide predictis dedimus ſigillorum noſtrorum robore conmunitam. Actum et datum anno domini m° ccc° xxix° feria ſecunda in ſeptimana penthecoſtes. Hujus rei teſtes ſunt validi viri Anno de Hartesrode, Johannes de Langele et Olricus dictus Bok, Aſchwinus de Minsleve, Conradus de Quernbeke, milites, noſtri fideles, qui in teſtimonium omnium premiſſorum ſigilla ipſorum preſentibus appenderunt.

Im Orig. 25 folgt auf perſonam, *durch Klammern und Punkte als ungültig bezeichnet,* poſſet vel voluerit. 31 *fehlt, wie das Siegel ergiebt,* Olricus

1329 Juni 17 Braunſchweig. Gunzelin v. der Aſſeburg entſagt für ſich und ſeinen Bruder Werner, Domherrn zu Paderborn, allem Anſpruch auf den von ihrem Vater dem Kloſter Marienthal verkauften Hof zu Braunſchweig. [264

Transſumpt des Abtes und Convents zu Riddagshauſen vom 18. Juli 1337 zu Wolfenbüttel (unter den Urkunden des Kloſters Marienthal), die Schrift ſtellenweiſe verlöſcht. Gedruckt im Aſſeburger Urk.-B. II, S. 157.

EGO Gunzelinus famulus, filius domini Ecberti quondam militis dicti de Aſſeborch pie recordacionis, univerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, recognoſco publice proteſtando, quod, cum predictus pater meus habito plenario conſenſu heredum ſuorum et quorum aſſenſus fuerat habendus, curiam ſuam in Brunswich inter curias monachorum de Riddageshuſen et militum Chriſti de Luckenum in Indagine ſituatam religioſis viris domino abbati et conventui monaſterii Vallis ſancte Marie ordinis Cyſtercienſis Halberſtadenſis dyoceſis pro condigna pecunia vendidiſſet ipſamque in dictos religioſos cum omni jure ſuo liberam ac perpetuo poſſidendam, prout ipſe eam poſſederat a rectroacto tempore, transtuliſſet, ego exiſtimans mihi aliquid jure hereditario in dicta curia conpetere pro ipſa religioſos impecii memoratos. Cum igitur ſtatuto termino placiti ſuper premiſſis coram copioſa multitudine ſtrennuorum militum ac famulorum aliorumque honorabilium hominum pariter conveniſſemus, egoque meam actionem contra religioſos proponerem antedictos, ipſi e converſo aſſeruerunt, ſe dictam curiam cum omni jure ſuo liberam ac perpetuo poſſidendam, ſicut premiſſum eſt, a patre meo prefato juſto emptionis titulo comparaſſe, hoc ipſum litteris patentibus ac teſtimonialibus patris mei in medium prolatis veriſſime et evidentiſſime confirmantes. Quibus ego viſis, auditis et diligenter per omnia examinatis actionem, quam occaſione dicte curie contra eos habere ceperam, frivolam eſſe conperi penitus et injuſtam, proinde et dictam patris mei vendicionem rite et rationabiliter factam laudavi, approbavi, ratificavi et, ut decuit, confirmavi, inſuper et renunciavi ac preſentibus renuncio pro me et fratre meo domino Wernero, canonico in Padelbůrnen, dicte curie cum omni jure ſuo ſciens et omni actioni . . . . . , ſi qua tam mihi vel dicto fratri meo in eadem curia conpetiit vel poſſet conpetere quomodolibet in futurum, nolens per me neque per alium nomine meo, directe ſeu indirecte huic ſepedicte patris mei venditioni ullo unquam tempore in aliquo contraire, quin immo, et ſi prefatus frater meus ſeu aliquis vel aliqui nomine ſuo, quod abſit, contra dictos religioſos occaſione dicte curie aliquid ſimile attemptaverint, quod ipſis poſſit in poſterum aliquod prejudicium [generare], . . . ego pro ſepedictis religioſis reſpondere curabo, ubicunque et quandocunque fuero requiſitus, ita ut ipſi occaſione talis inpeticionis absque gravamine ſint, et eorum eccleſia ex hoc omnino illeſa permaneat et indempnis. Teſtes hujus rei ſunt honorabiles et ſtrennui milites domini Bertrammus dictus de Veltem, Rodolfus de Garsnebutle, Ludolfus de Weverlinghe, Ludolfus de Honleghe, Luderus de Garsnebutle, Johannes de Ampe-

leve, Gevehardus de Weverlinghe, Bertoldus de Veltem, Borchardus de Weverlinghe et quam plures alii fide digni. In cujus renunciacionis mee evidens teſtimonium ſigillum meum duxi preſentibus appendendum. Actum et datum Brunswich anno domini m° ccc° viceſimo nono in vigilia ſanctiſſime et individue trinitatis.

1329 Juli 2. Herzog Otto eignet dem Kreuzkloſter den Wald Kolinge. [265

Original zu Wolfenbüttel mit Siegel.

IN Nomine domini amen. Dei gracia nos Otto dux in Bruneswich omnibus in perpetuum. Ne ea, que aguntur in tempore, ſimul labantur cum tempore, expedit, ut litteris et teſtibus perhennentur. Hinc eſt, ut ad tam futurorum quam modernorum noticiam cupiamus pervenire, quod, cum Margareta, uxor Conradi Rammesberch, quondam relicta Hildebrandi Herſekopere pie memorie, et Thidericus, filius dictorum Hildebrandi et Margarete, ſilvam, que dicitur Kolinghe, apud Dutze . . prepoſito et ſanctimonialibus et eccleſie ſancte Crucis in monte dicto Rennelberg extra muros Brunswich pro ſpeciali ſumma pecunie vendidiſſent et ad manus noſtras eandem ſilvam, quia ipſam dicta Margareta nomine dotalicii et idem Thidericus juſto feodo a nobis tenuerant, libere et voluntarie reſignaſſent, nos cum conſenſu et voluntate dilectorum fratrum noſtrorum Magni et Erneſti et omnium, quorum intererat, in honorem Dei omnipotentis et glorioſe genitricis ſue virginis Marie necnon ob remedium animarum parentum noſtrorum et noſtre atque ad preces et inſtantias honorabilis viri domini Ludolfi de Honlaghe, cuſtodis eccleſie ſancti Blaſii in Brunswich, necnon ſtrennuorum militum Bertoldi et Ludolfi dictorum de Honlaghe proprietatem dicte ſilve et ipſam ſilvam cum omni jure et utilitate ad ipſam pertinentibus predictis . . prepoſito et ſanctimonialibus et eccleſie ſancte Crucis memorate in Dei nomine appropriavimus et preſentibus appropriamus, mittentes ipſos per preſentes in poſſeſſionem ipſius ſilve, et volumus eosdem in dicta proprietate legitime warandare et in quantum poſſumus defendere et tueri, renunciantes pro nobis et noſtris omni juri, quod nobis et ipſis in dicta ſilva conpetebat vel conpetere poſſet in futuro. Ut autem hec noſtra donacio rata ac perpetuo firma permaneat, preſentem litteram inde conſcriptam dedimus . . prepoſito, ſanctimonialibus et eccleſie ſancte Crucis ſepedictis pro nobis et noſtris ſigillo noſtro patenter conmunitam. Teſtes hujus ſunt Johannes de Ampleve, Ghevehardus de Weverlinge, milites noſtri, dominus Thidericus notarius noſter, Wedego de Velſtede, Conradus Holtnicker, Thidericus Dûring junior, burgenſes noſtri in Brunswich, et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo nono in die beatorum Proceſſi et Martiniani martirum.

Im Orig. 9 cupimus. 26 perpetua. 31 Matiniani.

1329 Juli 13. Dietrich Doring und Heinrich v. Pohle bekunden, daß ihnen Ludolf Muntaries eine Hufe und eine Wurt zu Lehndorf verkauft hat. [266

Original zu Wolfenbüttel, von den vier Siegeln nur das zweite unverletzt.

NOS Thidericus Dhoring et Hinricus de Polde, cives in Bruneswich, litteris preſentibus recognoſcimus et teſtamur, quod Ludolfus dictus Monetarius ſenior, eciam burgenſis in Brunswich, cum approbatione honorabilium virorum dominorum Engelberti decani tociusque capituli ecleſie ſancti Blaſii in Brunswich vendidit nobis pro viginti marcis puri argenti brunswicenſis ponderis unum manſum ſitum in campis ville Lendorp, habentem triginta et unum jugera, et unam aream in eadem villa, quem a prefatis . . dominis tenuerat in pheodo, et eundem ipſis reſignavit et optinuit ab eisdem, quod ipſi eundem manſum cum predicta area et omnibus ſuis utilitatibus et pertinentiis contulerunt nobis cum ſuis litteris poſſidendum et habendum titulo pheodali. Adjectum eſt tamen et conditionatum inter nos, quod predictus Ludolfus poteſt predictum manſum reemere tribus annis elapſis ante diem ſancte Walburgis pro predicta ſumma pecunie a nobis vel noſtris heredibus. Quod ſi non fecerit, extunc nos Thidericus Dhoring et Hinricus de Polde predicti ſuperaddemus predicto Ludolfo duas marcas et retinebimus eundem manſum cum ſuis pertinentiis perpetuo a predictis dominis jure feodali. Verumque . . decanus et capitulum ecleſie ſancti Blaſii prenotati habent unum ſolidum cenſus in eodem manſo. Ob hoc, ſi predictus Ludolfus tribus annis elapſis ante diem ſancte Walburgis eundem manſum non reemerit, tunc ipſi poſſunt in vigilia ſancte Walburgis dare pro eodem manſo nobis Thiderico et Hinrico predictis aut noſtris heredibus viginti duas marcas predicti argenti, et dimittemus eisdem eundem manſum liberum et ſolutum. Quod ſi non fecerint, extunc, ut premiſſum eſt, remanebit nobis et noſtris heredibus perpetuo jure pheodali. Et in horum omnium evidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Nos eciam Bertrammus de Damme et Thidericus Dhoring major, teſtes omnium premiſſorum, in evidens ſignum teſtificationis noſtre ſigilla noſtra ad petitiones Thiderici et Hinrici ſepedictorum preſentibus eciam duximus apponenda. Datum anno domini m° ccc° viceſimo nono in die beate Margarete virginis.

1329 Juli 13. Der Neuſtädter Rath bekundet, daß Dietrich v. Bröckel, deſſen Schwager Dening und Heneke Gerwins der Mutter des letzten zu gewiſſen Leibgedingen verpflichtet ſind.

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt; am Rande Van vrowen Greten hern Gerwines. *Vorher Nr 252.*

WE Ludolf van Ringelem, Albert Blivot, Diderik des Abbetes, Henning Gherwens unde *Bl. 11* Henning van Munſtede, radmanne to den tyden in dere Nyenſtad, bekennet, dat Diderik van Brokelde, uſe borghere, unde Dening ſin ſwager ſculdich ſint unde gheven ſcullet alle

jar twô mark lodeghes ſilveres brunswikeſcher wichte unde witte vern Margreten der wedewen hern Gherwens to ereme live unde nemende mer. Weret, dat ere jenech brocke worde an den twen marken, ſo ſcolde de Rad in der Nyenſtad ere de twô mark gheven van Diderkes unde van Deninges beſtem gude, wor ſe dat allerwiſſeſt hedden. Vortmer bekennet we, dat Heneke Gherwens, dere ſulven vorn Margareten ſone, ere ſcal gheven alle jar, de wile dat ſe levet, ene mark geldes des vorebenomden ſilveres mit deme ſulven underſcede, alſe hir vore gheſcreven is. Diſſe ding ſint gheſchen unde in uſer ſtad bok gheſcreven anno domini m° ccc° xxix Margarete virginis.

In der Hſ. 4 beſte.

1329 Juli 14. Das Vehmgericht gehegt. [268

Aus dem Liber proſcriptionum et judicii vemeding. *Fortſetzung von Nr 179.*

Bl. 35 ANNIS Domini m° ccc° xxvij° et xxviij^a domini Conſules judicium vemeding non habuerunt. Anno domini m° ccc° xxix° factum eſt judicium in foſſa Nove civitatis feria vj^a poſt diem Margarete.

¶ Heneke Nutte citatus, quod furtive octo ſolidos deportavit. ¶ Hillebrant de Lurlenberghe citatus ex parte Johannis de Bortvelde. ¶ Henning Dene citatus pro ſiligine, quam furatus eſt Tzabello de Strobeke. ¶ Gheſe Fabri de Peyna citata pro furto ex parte Olrici Reſen. ¶ Detmer de Kiriz citatus pro hiis, que furatus eſt Conrado Symonis. ¶ Spiſere furatus eſt ſchalen argenteam, citatus non conparuit. ¶ Meteke Bokenowe citata pro furto, quod fecit Hermanno Meybome. ¶ Jan Kop et uxor ſua citati pro furto ex parte Ludolfi Floreken. ¶ Gebeke uxor Nicolai Segheres citata pro furto facto duabus feminis. ¶ Henning Liſiferen citatus ex parte Henrici tornatoris pro iij choris ſiliginis furtim abductis. ¶ Vritzo citatus ex parte Henrici de Dalem pro plumbo, quod dedit ſibi in marſubio pro argento. ¶ Ancilla Hermanni Kroſeres citata pro furto ſibi facto. ¶ Stegkeſche venditrix veſtium citata pro furto ex parte Henrici Rotgheri. ¶ Gheſe Karlowe citata pro furto ex parte Ludemanni Dordenbuſch. ¶ Conradus Spilde citatus pro furto ex parte balneatoris ante Valvam lapideam. ¶ Servus Henrici Borneman citatus pro furto ex parte ejudem Henrici. ¶ Hermen Saſſe citatus pro furto ex parte Johannis pergamentarii. ¶ Ancilla quedam in novo conventu citata pro furto ſorori Sifridi Schereres facto. ¶ Peperkorn citatus ex parte Ludolfi Remeſnideres pro furto. ¶ Henning Monek de Embeke fuit citatus ex parte Johannis de Dorſtat. ¶ Henning Hameſtere citatus pro furto, quod fecit Conſulibus in Sacco. Arnoldus de Lemego citatus pro furto ex parte Rutzen pellificis. ¶ Gherardus Hantſcomekere citatus pro furto ex parte Tilen de Lenepe, juravit ſolus. ¶ Ebeling Ro-

Im Orig. 15 Henek. 26 *fehlt* ex parte.

bele furatus eſt ollas, quas alias obligavit. ¶ Henricus Rinesberghe citatus eſt pro panno, quem ſurabatur in Veteri vico. ¶ Tilo Bokenowe et uxor ſua citati pro furto ex parte Johannis Voghet. ¶ Fricko de Berſle citatus pro furto, quod fecit in Veteri vico.

1329 Auguſt 11. Albertus v. Hondelage, Mönch zu St Aegidien und Pfarrer zu St Magni, bekundet die Ausſage Ritter Ludolfs v. Hondelage, daß er von Herzog Otto nicht beauftragt worden ſei, für dieſen und ſeine Erben die Vogtei oder irgend welchen Dienſt an St Godehardi in Hildesheim Gütern zu Bettmar und Liedingen in Anſpruch zu nehmen. [269

Original zu Hannover mit Siegel.

NOVERINT Univerſi, quod ego Albertus dictus de Holghen, monachus ſancti Egidii et plebanus ſancti Magni in Bruneswic, audivi in preſencia relligioſi viri domini Waltheri, abbatis ſancti Ghodehardi de Hildenſem, ubi Ludolfus de Holghen miles, Bertrammus Boc, cantor montis ſancti Mauritii Hildenſem, Henricus de Ofen, miles cruce ſignatus, Bertoldus de Holghen miles et Bertoldus de Heresleve famulus et plures alii in Bruneswich fuerant congregati, quod Ludolfus de Holghen, miles ſupradictus, dixit filio ſuo Ludolfo famulo et Bernardo, ſuo advocato ſuper bonis rurenſibus: Notificio vobis, quod a domino meo Ottone, duce de Bruneswich, in mandatis non accepi, quod ſibi et heredibus ſuis advocaciam aut ſervitutem aliquam in bonis monaſterii ſancti Ghodehardi Hildenſem Bethmere et Lidinghe jacentibus debeam uſurpare. Cavete michi et vobis, ne eadem bona libera in ſervitutem meo nomine pertrahantur. In cujus teſtimonium, rogatus a partibus, preſentem cartulam ſigillavi. Factum anno domini m° ccc° xxviiij° feria ſexta proxima ante feſtum ſancte Marie virginis glorioſe.

1329 September 30 Braunſchweig. Gardian und Convent der Minderbrüder nehmen die Marienbruderſchaft in die Gemeinſchaft ihrer guten Werke auf und gewähren ihr eine tägliche Meſſe und zwei Jahrzeiten in der Kloſterkirche. [270

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Marienſpitals); die drei paraboliſchen Siegel aus rothem Wachs in Kapſeln von ungefärbtem. Vgl. S. 190[4ff].

UNIVERSIS Has litteras inſpecturis frater Vromoldus gardianus totusque conventus fratrum minorum Brunswiccenſis ſalutem et ſinceram in domino caritatem. Sanctam et ſalubrem oracionem eo eſſe domino graciorem, quo a majori congregacione juſtorum offertur per phialas aureas plenas odoramentorum, que ſunt oraciones ſanctorum, apercius demonſtratur. Enimvero ſicut diviſio deſolacionem regni molitur, ita econtrario ſocia unio bonorum fidelium conſolacionem et graciam plurimam promeretur. Nam ſi unius juſti deprecacio multum valet aſſidua, cui dubium, quin multorum devocio, quanto quaſi ex conpactis viribus magis fuerit

unita, tanto peramplius et perfectius in ſuo eſt robore infinita? Quam profecto virtutem ſic conpacte oracionis cujuscunque honeſte ſeu jocunde unionis honorabiles viri magiſtri fraternitatis beate Marie virginis Brunswiccenſis devocius attendentes ex parte ſua et confratrum ſuorum, ut ipſos ad fraternitatem noſtri conventus ſpecialem ſuperaddendo ipſis quedam ſpecialia ſuffragia dignaremur recipere, devocione perhumili a nobis petere curaverunt. Sane nos, qui in ipſorum piis affectibus delectamur quique illa, ex quibus cultus divinus augetur et ſalus fidelium cumulatur, libenter, ut tenemur, proſequimur, dictos magiſtros ac omnes et ſingulas perſonas dicte fraternitatis beate virginis preſentes pariter et futuras ad ſpiritualem ſocietatem ac fraternitatem omnimodam recipimus tenore preſencium in vita pariter et in morte, plenam participacionem omnium miſſarum, vigiliarum, oracionum, jejuniorum, caſtigacionum, predicacionum ac aliorum quorumcunque bonorum concedentes eisdem, que per fratres noſtri prefati Brunswiccenſis conventus ex hoc et in omne tempus Jheſus Chriſtus, bonorum omnium operator et auctor, dignabitur operari, ita ut iſta ſuffragia equali participacione conmunicent per omnia ſicut fratres de noſtrorum conventualium numero exiſtentes. Inſuper unum ſpeciale altare, videlicet altare ſitum ad plagam auſtralem vicinius ambitui, in quo ſanctus Nicolaus una cum omnibus confeſſoribus eſt patronus, ipſis taliter deputamus, quod ipſis in eo apropriamus perpetuo omni die unam miſſam inibi celebrandam. Duos preterea anniverſarios dies pro defunctis in fraternitate eadem annis ſingulis peragemus perpetuo, unum in eſtate et alterum hyeme, vigilias novem lectionum et miſſam de mortuis ſollempniter celebrantes, illis videlicet diebus, cum a prefatis magiſtris fuerimus requiſiti. In quibus diebus exequiarum ſollempnia taliter peragemus, quod tam ad vigilias quam ad miſſam ſternetur tapete, ponentur quatuor candelabra cum cereis, ſicut preſente funere fieri conmuniter eſt conſuetum. Ut autem prefata connexio tocius dicte fraternitatis Brunswiccenſis ad nos mutue caritatis vinculo irrefragabili firmitate inconvulſa permaneat, ipſam ſigillorum noſtrorum appenſione et litterarum harum ſerie perhennamus. Hujus rei teſtes ſunt Hermannus de Guſtede, Johannes Stapel, Rodolfus de Prerowe, fratres, necnon Heynricus Ruſchere, Heynricus de Woltorpe, Henninghus de Etzenrode, Henninghus de Burſum, Hermannus Molendinarius, Henninghus de Valberghe, Edelerus, magiſtri tunc temporis dicte fraternitatis, et quamplures alii fide digni. Verum quia ſepedicti magiſtri et confraternitas deſiderant, ut dicta pia, ſalubris Deoque placita ſocietas mee confirmacionis acceſſu in domino approbetur, ego frater Wernherus, fratrum minorum provincie Saxonie miniſter et ſervus, ipſam gratam accepto et mei appenſione ſigilli approbo et confirmo. Datum Brunswic pridie kalendas Octobris anno domini m° ccc° xxix°, concurrente vj, epacta xviij, indictione xij[a].

1329 October 16. Ritter Gebhard und Knappe Ludolf von Bortfeld und vom Hagen verkaufen der Wittwe Johanns von Woltwieſche 8 Schillinge Zins an einer Hufe zu Woltwieſche.

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Marienſpitals) mit zwei Siegeln.

NOS Gevehardus miles et Ludolfus famulus, patrui, dicti de Bortvelde et de Haghen recognoſcimus publice per preſentes, quod pro tribus marcis puri argenti brunswicenſis valoris et ponderis vendidimus Johanne, relicte Johannis de Woltwiſche, olim civis in Brunswich, et heredibus ſuis redditus octo ſolidorum brunswicenſium denariorum percipiendos de uno manſo ſito in campis dicte ville Woltwiſche, quem ſibi conparaverunt a Sifrido dicto Lampen, cive ejusdem ville, annis ſingulis in feſto Michaelis, hac interpoſita conditione, quod nos una cum heredibus noſtris poſſumus dictos octo ſolidorum redditus reemere ab ipſa Johanna vel ab heredibus ſuis, dum nobis placuerit, anno quolibet in die beati Galli confeſſoris pro quantitate pecunie ſuperius enarrate. Quod ſi ipſa die non fecerimus, videlicet beati Galli, reemptio hujusmodi ſemper, quousque annus revolutus fuerit, expectabit. In cujus rei teſtimonium noſtris ſigillis hanc litteram reddimus conmunitam. Teſtes etiam ſunt Ludolfus Oſſe ac Hermannus Holtnicker, burgenſes in Brunswich, et plures alii fide digni. Datum anno domini m° ccc° xx° nono in die beati Galli confeſſoris.

1329 November 30. Albert Abbenrod und ſeine Söhne, Bauern zu Remlingen, verkaufen den Siechen zu St Leonhard $2^5/_8$ Hufen, zwei Höfe und eine Hütte zu Remlingen. [272

Original im Stadtarchive mit vier Siegeln in grünem Wachs.

WI Albert Abbenrod, Henrik unde Albert ſine ſone, bure to Remninghe, bekennet openbare in diſſeme jeghenwerdegen breve, dat we hebbet vorkoft unde ghelaten . . den ſeken to ſunte Lenharde bi Brunswich driddehalve hove unde eyn half verndel van ener hove, dhe ligget uppe dem velde to Remninghe, unde twene hôve in deme dorpe unde eyne hutten uppe dem kerchove darſulves, dat dere ſulven ſeken lat was unde is, unde galt en achte ſcepele wetes unde ſes ſcillinghe brunswikeſcher ghever penninghe alle jar to tinſſe. Dar vore hebbet ſe us gheven unde rede betalet vere unde twintich mark eynes verdinges min lodeghes ſulveres unde brunswikeſcher wichte. We bekennet oc des in diſſeme ſulven breve, dat we diſſes voreſprokenen gudes unde alles, des dar to behort, hebbet eyne rechte aftichte ghedan vor us unde uſe erven unde verſaket alles rechtes in diſſeme breve, it ſi geyſtlik eder werlik, dat we dar an hadden eder noch hebben mochten. Des to eyneme orkunde hebbe we gheven diſſen bref, den we hebben ghebeden beſegelet mit diſſer vromer lude: Bertrammes van dem Damme, Conredes Holtnickeres, Heynen van Ursleve, Bertrammes van Veltſtede, borghere to Brunswich, ingheſeglen, wente we ſulven neyne ingheſegle ne hadden. Unde we Bertram, Conred, Heyne unde Bertram vore-

benomet, wente diſſe vorbeſcrevenen ding vor us gheſchen ſin unde us bekant ſin, dor bede willen Albertes, Henrikes unde Albertes, ſiner ſone, unde to ener betůghinge unde wiſſenheyt hebbe we uſe ingheſegle henget to diſſeme breve. Diſſer dinghe ſint oc tughe her Werner de pernere to Remninghe, Diderik van Vordhem, Herwich unde Goceke brodere heten van Adenſtede unde anderer vromer lude ghenoch. Diſſe ding ſint gheſchen na Goddes bord duſent jar drehundert jar in deme neghene unde twintegheſten jare in ſunte Andreas daghe des apoſtelen.

1329 November 30. Pfarrer Werner zu Remlingen bezeugt vorſtehenden Verkauf. [273
Original im Stadtarchive mit Siegel in rothem Wachs.

EK Her Werner, pernere to Remninge, bekenne in diſſeme jeghenwerdegen breve, dat Albert Abbenrod, eyn bur to Remninghe, heft gheweſen vor me unde vor den buren to Remninghe, dar ſe to ſamene waren, unde bekande, dat he hedde verkoft unde ghelaten den ſeken to ſunte Lenharde bi Brunswich driddehalve hove unde eyn half verndel van ener hove, dhe ligget uppe deme velde to Remninghe, unde twene hove in deme ſulven dorpe unde ene hutten uppe dem kerchove darſulves vor vere unde twintich lodeghe mark eynes verdinges min brunswikeſcher wichte unde witte, dhe he rede upghenomen hedde mit ſinen kinderen vor dat ſulve gut, dar de ſeken vore an hadden achte ſcepele wetes unde ſes ſcillinge brunswikeſcher penninge alle jar erveſtinſſes, unde dat ſulve gut vore ere latgud was unde noch is. Vort bekennek, dat Henrik unde Albert, ſine erſten ſone, Albertes vorebenomet, unde vor Kine, ſin husvrowe, unde Hermen unde Egkeling unde Vricke, ſine jungeſten ſone, waren al to ſamene mit Alberte ereme vadere vor me unde vor den buren unde leten al to ſamene af van deme gude mit gudeme willen na der wonheyt des landes unde vorteghen alles rechtes, geyſtlekes unde werlekes, des ſe an deme gude hadden unde noch an hebben mǒchten. To eynem orkunde unde to eyner betuginghe diſſer voreſprokenen redhe ſo hebbek min ingheſegel ghehenget to diſſeme breve. Diſſer dinge ſint oc tughe Henrik Abbenrod, Wasmod bi deme kerchove, de buremeſtere waren to der tid, Hennig Bertoldinghe, Conred Wasmodinge unde Hermen ſin ſone, Holtat, Boſſe Stenmannes, Cort van Bansleve, Fricke de meyer, Keyſer, Hennig Abbenrod, Jan de meyer unde anderer guder lude ghenoch, beyde old unde jung, de dar over waren unde dat ber hulpen drinken, dat dar up gheven wart to eyner dechtniſſe. Diſſe ding ſint gheſchen na Goddes bord duſent jar drehundert jar in dem neghene unde twintegheſten jare in ſunte Andreas daghe des apoſtolen.

1329 December 9 Neugattersleben. Biſchof Ludolf von Brandenburg, Generalvikar Biſchof Giſelberts von Halberſtadt, verkündet der Diöceſangeiſtlichkeit die Excommunication Herzog Albrechts von Braunſchweig wegen Uſurpation des Stiftes. [274

Original im Stadtarchive, Siegel mit der vorderen Hälfte der Falte abgeriſſen. Rückvermerke des XIV Jahrh. 1. ſententia Brandeb. contra dominum Alb. de Brunsw. pro epiſcopo Halb. ſe gerentem ſumma, 2. exconmunicationis contra Halb. *Gedruckt bei Schmidt, Urk.-B. des Hochſt. H. III, S. 323.*

LUDEWICUS Dei gracia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus, vicarius generalis in ſpiritualibus et temporalibus venerabilis in Chriſto patris ac domini domini Ghiſelberti eccleſie Halberſtadenſis electi et confirmati, univerſis . . prepoſitis, . . decanis, . . archidyaconis, . . plebanis, . . viceplebanis cappellarumque rectoribus per dictam dyoceſim conſtitutis, ad quos preſentes pervenerint, ſinceram in domino karitatem. Quia Albertus de Brůnswyk violenter intruſus ad eandem eccleſiam Halberſtadenſem eam contra Deum et juſticiam occupando fortalicia, municiones, caſtra, villas et bona alia ad eandem eccleſiam Halberſtadenſem ſpectancia nobis nomine dicti electi quamquam pluries canonice monitus minime preſentavit, ipſum exigente juſticia reputavimus contumacem et racione contumacie ipſum in Dei nomine exconmunicamus in hiis ſcriptis, mandantes vobis univerſis et ſingulis, qui requiſiti fueritis, ea auctoritate, qua fungimur, ut in litteris publicis inde confectis et inſtrumentis plenius continetur, quarum litterarum copiam vobis trademus requiſiti, ut ipſum Albertum ſingulis diebus dominicis et feſtivis veſtris in eccleſiis infra miſſarum ſolempnia coram Chriſti fidelibus exconmunicatum publice nunccietis, donec a nobis aliud receperitis in mandatis. In ſignum execucionis hujus noſtri mandati reddite litteram veſtris ſub ſigillis vos, qui fueritis requiſiti. Datum et actum prope caſtrum Novi Ghatersleve ſupra Bodam Halberſtadenſis dyoceſis anno domini m° ccc° xxix° quinto ydus Decembris.

Im Orig. 9 ocupando. 17 execucionis] exconmunicacionis.

(1329) December 21. Notat des Rathes zu Dortmund, daß er ſeinen Kaufleuten zu Antwerpen geſtattet hat, u. a. die von Braunſchweig in ihre Geſellſchaft aufzunehmen. [275

Aus dem Liber civium *zu Dortmund gedruckt bei Höhlbaum, Hanſ. Urk.-B. II, S. 212.*

NOS Conſules Tremonienſes ſcripſimus noſtris civibus et mercatoribus univerſis in Antwerpia, quod eorum litteram bene intelleximus, nobis quoque omnia bene placere in littera contenta et ea ratificantes confirmare. et petivimus, ut in illo federe procederent et in ſuo vigore tenerent. Si autem aliquis rebellis inter eos excederet, quod illum, ſi poſſent, per ſe corrigerent ad emendam. ſi non, extunc, quod cito ipſum rebellem aput nos habere poſſemus, illum taliter corrigere vellemus, quod alter, qui perciperet, de cetero cavens abſtineret. Item ſcripſimus eis, ſi conveniret eis recipere illos de Brunswic in commune jus et conſorcia eorum, nobis placeret, ex quo ipſi de Brunswic pro eo peterent, quia Conſules Lubicenſes et Soſatienſes nos pro ipſis ſuis litteris petiverunt. Datum Thome apoſtoli.

1330. Allerlei Theidung. [276

Aus dem Degedingebuche der Altſtadt. Fortſetzung von Nr 248.

Anno domini m° ccc° xxx°.

Bl. 74' FREDERIC Van Woltorpe hevet beſceden Hannen ſiner huswrowen ſin gût half, ofte ſe nene kindere by eme ne heft. heft ſe aver kindere by eme, ſo ſchal ſe hebben xxiiij marc in ſime redeſten gude, unde ere kindere ſcholen med ſinen erſten kinderen to likemedele gan na ſime dode.

Hennig van Daldorpe hevet gegeven ſiner dochter Geſen unde erme manne Henrike ij marc. dar mede ſint ſe vorſcheden van ſime erve, dat ſe dar nicht mer an ſpreken ne mogen.

Hildebrant van Velthem hevet gelaten Thilen van Apelderſtede xviij morgene, de leget hyr upper ſtad velde, de eme worden met ſime wive. Worde dar enech anſprake an, dar ſchal he Tylen van untwerren.

Bok de jode unde David ſyn broder hebbet gedegedinget metme Rade, dat ſe de Rat vordegedingen ſchal lic eren borgeren. Dar umme ſcholen ſe deme Rade geven iiij marc, ij to paſchen unde ij to ſente Mychelis dage, alle jar. Koften ſe hir erve, des ſchal en de Rad gunnen, unde darvan ſcholen ſe plicht don als en ander borgere. Voren ſe aver van hinnen, ſo weren diſſe dinch nicht.

Jacob van der apoteken hevet in Hanneſes hus van Weverlinge in der Schowortenſtrate j marc geldes gekoft vor xv marc lodeges ſilveres. dar mach ſe Hannes eder ſine erven van Jacobe unde ſinen erven weder umme kopen, wanne he wil.

Vor Alheyt, Albertes wedewe Backerman, unde ere kyndere hebbet ghekoft two marc gheldes in Dedeken hus Crameres vor xxx lodege marc. de ſelven ij marc mach Dedeke eder ſine erven weder kopen vor xxx marc, wanne ſe willet.

Van den boden achter den ſchernen, de Bomgarden geweſen hadden, ſchal de Rad geven Vrederune unde Hillegunde, Claweſes dochteren des aptekeres, cloſtervrowen to Dorſtat, ½ marc geldes to erer beyder live unde ½ marc Andree, deſſes ſulven Claweſes ſone, de monek is to Polede, ok to ſime live.

Bl. 75 Reyneke van deme Broke unde Hannes Stapel hebbet vorkoft deme proveſte unde deme kloſtere to Stederborch ene hoeve tho Thyde, de ſe van en tho lene hadden. der wil Reyneke med Hanneſe deme kloſtere en were weſen.

Henningh hern Ludeken hevet beſcheden Berten ſiner huswrowen xxx marc in ſime erve up der Breden ſtrate, dar he inne wonet. de ſchal ſe tovoren hebben, ofte he afgeyt ane erven.

Henrikes wedewe van Eveſſum unde ere erven hebbet ij marc geldes ervestynſes in deme lutteken ſtenhus by ſente Mychele, dat Hennighes is van Goslare.

In der Handſchr. 4 *fehlt* ſe. 8 erve. 12 *fehlt* de *vor* Rat. 20—22 *auf Raſur von ſpäterer Hand.* 24 desj de. 28 *fehlt* ſe. hadden] hadde. 33 dar dat.

Reyneke vamme Broke hevet deme Rade in der Oldenſtad vorkoft j marc geldes in Kordes huſe Wasmodes vor xv mark. de mach Kord eder ſine erven umme de ſelven xv marc wederkopen, wanne he wil.

Kord van Oberge hevet xiij marc lodeges ſilveres, de ſint Thiderikes Doringes, ſines ſteffones. de ſchal he eme wedergeven, wan he ſe van eme eſchet. Unde wan he ſe eme gegeven hevet, ſo ſint ſe dar mede vorſcheden van allen dingen.

1330. Allerlei Theidung. [277

Aus dem Hägener Degedingebuche. Fortſetzung von Nr 249.

Anno domini m° ccc° xxx°.

WE Jorden Stapel, Ghereke Peperkelre, Diderik van Hemeſtidde, Conrad van Luttere, *Bl. 11* Conrad Cruſe, Hannes van Witinge, Herman van Wetelemſtidde unde Henningh van Seggerde, radman in dem Haghen, bekennet, dat vor os heft ghewefen Hermen van Tzampeleve, Juriefes ſone van Tzampeleve, unde heft bekant Alheyde Daneles enes rechten lifghedinges to eren levedaghen an dem tegheden to Oͤrne, den he ere vorboden hadde; unde na ereme dode to vallende up erer fûſter kindere, de ſine halfbrodere ſint, mit alleme rechte. unde heft aftichte dan alles rechtes unde aller nut, de he dar an hadde eder hebben môchte, unde dat he ſek vrûntliken hebbe verliket mit den ſilven ſinen broderen umme allerhande ſchulde van ſines vader weghene, unde dat allerleye werre under on dot ſchal weſen. Vortmer heft he bekant umme dat gud to Stenbeke, dat he dar af ghelaten hebbe ghentzliken unde heft dat upgheſeghet den lenherren. unde | alſodane ſchap, alſe ſe anſament hebbet, ſcal me delen, unde malk ſcal ſinen del nemen umbeworren. *Bl. 11'*

Des ſilven jares hebbet ſek Ludegher Muntaries unde Hermen van Tzampeleve vrûntliken vorliket umme dat gud to Werkesbutle vor uns, alſo dat diſſe ſilve Herman ne ſcal umme dat gud nene anſprake vortmer hebben. Wôrde ok Herman alſo ſtathaftich, dat he Ludeghere mochte gheven van ſime eghenen ghelde ſeventeghedehalve mark lodich, ſo ſcholde eme weder volghen de helfte des vorſprokenen gudes. Unde al de wile, dat he des gheldes nicht ne ghift, ſo ſcal Ludegher diſſes gudes weſen eyn beſittere unde ſcal des brûken unde neten, wor he mach, mit alleme rechte.

Des ſilven jares hebbet Gheſe, Hanne unde Bele, Hinrekes dochtere van Schepenſtidde, ghekoren to eneme vormûndere eren ſwagher Hinreke van Ledinghuſen uppe vif verdinge gheldes, der ſe eme laten hebbet vrede unde ban, de on ere veddere Jan van Rotne gheven heft an Gherardes hus van Winningeſtide uppe deme Stenweghe, ſwan men gheit to dem Stendore. De ſilven vif verdinge gheldes mach de vorbenomde Gherard eder ſine erven weder afkopen vor

In der Handſchr. 23 *ſtatt des erſten* umme] unme. 27 bûken.

xix mark lodich to rechter tinstid, wanne ſe willet. unde des gheldes ſcal me nerghen keren ſunder mit des Rades witſcap an ſodane gulde, dar de vorbenomden dochtere Hinrekes van Scepenſtidde anwardinge an hebben, de wile dat ſe leven. Unde na erer drier dode ſcal dat ſilve ghelt eder de gulde, de me dar mede kofte, vallen uppe Ermegarde unde Hanneſe, Conredes kindere Gallinen, de dar rechte erven to ſint.

Des ſilven jares heft Conrad van Edzenrode ghenomen Belen de wedewen, de ichteswanne husvrowe was Ropeken, de wonhaftich was bi dem graven. De ſilve vrowe heft dre kindere, Aleken, Hanneken unde Gheſeken. den is upghelaten vor eres vader erve to er ſameden hant vor dem voghede xxj mark lodich an dem ſilven erve bi dem graven. Des heft ſik de vorbenomde Conrad der kindere underwunden unde ſcal ſe vorſtan unde in ſiner coſt hebben. Quemet aver alſo, dat he ſek welde van den kinderen ledighen, ſo ſcolde he on dat eyn half jar vore to wetene don unde ſcolde on dat vorbenomde ghelt gheven in dem ſilven halven jare, unde he ſcolde van on ledich unde los ſin. Swanne aver de kindere willet gheſcheden werden van Conrede erem ſtefvadere, ſo ſcolet ſe eme dat ok eyn half jar vore witlik don: ſo ſcal he on de ſilven xxj mark bereden, unde en ſcolet nene anſprake mer hebben up eres vader erve.

Des ſilven jares heft Heneke Papedude Alberte Cruſen uppe ſine wantboden ghedan ſes marc lodich. Worde Albert eder ſine erven alſo ſtathaftich, dat he ſine bode welde weder hebben, dat ſcolden ſe Heneken eyn verndel jares vore to wetene don unde ſcholden eme ſin ghelt wedergheven.

In der Handſchr. 9 erven. 11 wore. 16 *Zwiſchen dieſem und dem vorigen Eintrage die Beſtätigung des Leinweberrechtes in der unter Januar 12 (Nr 287) gegebenen Faſſung.*

1330. Der Neuſtädter Rath räumt Henning Slammen den Wiederkauf eines Zinſes an ſeinem Hauſe ein. [278

Aus dem Degedingebuche der Neuſtadt; am Rande De Henningo Slammen. *Vorher der Eintrag von 1330 December 13.*

Bl. 12' NOS Boſſo Settere, Thidericus Abbatis, Henningus Gherwini, Dedolfus Widenvelt, Conemannus Blivot et Egkelingus de Ringelem, Conſules Nove civitatis illo anno, recognoſcimus, quod liberam facultatem dedimus Henningo dicto Slammen reemendi pro ſeptem marcis examinati argenti quolibet anno debito tempore dimidiam marcam cenſus annuatim, quam nobis in domo ſua, quam emit a Henningo dicto Kalen, pro memorata pecunia vendidit et reſignavit. In cujus rei teſtimonium premiſſa ad librum noſtre inſcribi fecimus civitatis anno domini m° ccc° xxx°.

(1330.) Vermerk über einen Erbwurtzins Tilen Dorings. [279

Im Neuſtädter Degedingebuche unter früheren Handlungen (zwiſchen Nr 118 und Nr 154) am Fuße von Bl. 3 nachgetragen; am Rande Van Thilen Dhoringe.

DHEME Rade is dat witlik, dat Thile Dhoring, Henninges ſone Dhoringes, heft ene halve mark gheldes erveswordtinſſes, dhe men half gyft to ſunte Micheles daghe unde half to paſchen alle jar, in den erven, dede ligget in der Beckenwerchtenſtrate in de norderen half twiſchen Conredes hus Kopperſmedes unde Henrekes huſe Heledes. unde de ſulve halve mark geldes ſcal weſen de erſte unde de beſte tins an den ſulven huſen.

(1330.) Regeln für die Führung des Säcker Degedingebuches. [280

Aus dem Degedingebuche des Sackes. Ohne Zweifel iſt dieſer Rathserlaß zwei oder drei Jahr jünger. Ich ſtelle ihn ſchon hier ein, um ihn nicht von der als Nr 281 folgenden Reihe von Handlungen meiſt wohl etwas älteren Datums zu trennen, die wahrſcheinlich zugleich mit ihm in das neu angelegte Buch übertragen worden ſind und, da ſie nicht verſtückelt werden durften, zu 1330 als dem gleichſam neutralen Mitteljahre konnten eingerückt werden. Das Nähere ſ. im Vorwort.

WANNE Men in dith bok wat ſcriven ſcal, deme ſcal me aldus don. *Bl. 1'*

¶ Wanne de olde Rad uthgheyt, unde ſe beſcreven hebbet, dat bi erer tyd in deme jare ſchen is, dar dat went, dar ſcal me ſcriven de nyen jartale anno domini m^c ccc^o etc., wo ſik dat gheboret.

¶ Denne in dat erſte ſtucke, dat to ſcrivene boret, ſcal men de nyen radlude bi namen alle ſcriven: ſo vortmer en bedorvet is de anderen ſtucke nicht mer, dat men ſe darto nome.

¶ Wanne ok dat laſte word der ſake ute is, ſo en darf men nicht ſcriven: Diſſe bref is ghegheven, ſunder men ſcal ſcriven: Dith is to eneme orkunde in uſe bok gheſcreven, eder: Dith betughe we mit uſer ſtad boke.

¶ Men ſcal ok alle ſtucke under de jartale unde under den Rad ſcriven, alſe ſe ſchen ſint, lat weſen, dat ſe kort ſin eder nicht lange waren ſcullen. men ſtrikt dar alſe wol over in der rechten ſtedde alſe in deme ende des bokes. So ward dar nen werre af, dat men is nicht vinden kůnde.

¶ We oc ghelard is in deme Rade, de ſcal to der ſcrift ſen unde to deme dudeſchen, dat ſe redhelik ſin.

¶ Men darf hir oc nene breve inhengen. hir is permentes ghenŏch to drittich jaren: de denne leve, de ſe, dat de lowenſten nicht ne valle.

In der Handſchr. roth 15 Wanne — don, 17 anno — etc., 22 eder, 29 de denne *uſw.*

(1330.) Allerlei Theidung. [281

Aus dem Degedingebuche des Sackes. S. die Vorbemerkung zu Nr 280.

